Emptus Romae die 7 februarij 1623
pretio Jul. 2.

Ext. 11. tab. A.

ci

MAVRI BVRGII SICVLI CATANENSIS IVRISCONSVLTISSIMI

Tractatus DE LAVDIMIO

Tribus In Partibus Distinctus.

IN QVO AD AMVSSIM IVRIS NORMAM, DECEM ſupra centum enodantur Inſpectiones plena eruditione congeſtę, omnibus iudicia præſertim exercentibus admodum vtiles, & perneceſſariæ.

CVM SVMMARIIS, EPIGRAMMA INSPECTIONVM, & Indice materiarum omnium fideliſſimo.

Nunc primùm accuratisſimè excuſus ex Superiorum nutu, AC PRIVILEGIO.

Astra decora magis clarent hoc Stemmate nostri



Authoris [illegible]ius viuet vt astra decus.

PANHORMI, Apud Io. Antonium de Franciſcis. M. D. XCVII.



ILLVSTRISSIMO DOMINO IO. BAPTISTAE CELESTRI

SVPREMI CONSILII CATHOLICÆ MAIESTATIS Inuictissimi Hyspaniarum Regis Regenti, atque Consiliario meritissimo.

MAVRVS BVRGIVS S. D.

COnsueuerunt scriptores, & graues authores (Illustrissime Regens) quòd quicquid diuturna meditatione, longoq; studendi usu quotidie obseruabant, Id in commune bonum iuuandæ posteritatis gratia in publicum proferendum censerent: hinc non minus rationi, quàm officio meo consentaneum duxi, postquàm me per decennium laurea Doctoratus corona insignitum agnoui, cum ocio mihi locus erat materiam Iuris Laudimij, & Notorij in lucem edere decreui, & cogitans cui Laudimialem materiam dicare potuissem; cùm sit infelix huius seculi conditio, vt quisquis quantumuis suæ artis expers scriptis in publicum prodiens magnam sui nominis, & famæ iacturam sit passurus, ea propter præ oculis habendum statui quod Viri Sapientes sapienter tradiderunt. In omni munere largiendo duo spectanda esse, primum vt quàm Illustri, deinde beneficentissimo

† 2 ficentissimo

ficentissimo receptori munus offeratur; splendor tui nominis. Si quidem de Antiquissimo, & Nobilissimo familiæ tuæ Stemmate iure habes hæreditarium, ea est beneficentia, vt ad animos ingenuis artibus excolendos optime consulas, eisdemq; mihi consecrandum persuasi, vt instar cuiuspiam propugnaculi contra calumniatores auxilio sint, ne eorum inuidiæ ictibus oppugnetur: accedit & huic quòd licet munus hoc sit per exiguum, tamen grandescentem inspicito cordis hiatum, grandis est quidem labor, grandiaq; flatu tuo anhelat, & sufflat, & nil tibi insigni vtriusq; litteraturæ peritia prædito gratius offerre potui in perpetuum obseruantiæ meæ tuorum vulgarium meritorum testimonium, tuisq; tantis virtutibus multis regiminis hominibus debitum, iustis de causis voueo, & consecro: & mearum vigiliarum non auctorem modò, sed spectatorem, & arbitrum te requiro; quandoquidem omnium bonarum artium, omnium disciplinarum, omniumq; virtutum copia redundas, quarum munere per tot annos Magistratus exercens, pluries laudatus esse merueris, adeo vt in Regentum numero Hyspaniarum Sacri Regij Consilij adscriptus es; quis ergo alij quam Tibi memoratas Inspectiones dicari debere iure optimo contendet? Certè nemo: Serena igitur fronte primum hunc mearum vigiliarū fructum accipito, sub tuæ dignitatis amplitudine editum, & post manuum tuarum osculum, Nestoreis annis perpetuò potiaris, Vale Regens amplissime, è tua etiam Clarissima Catana Kalendis Iunij IX. Inditionis. M. D. XCVI.



D. VINCENTII GRÆCO CATANENSIS HEXASTICON AD LECTOREM.

HVnc tibi Landimij, Lector, de Iure libellum
Auctor (pro meritis munera parua) dicat
Qua paucis tentata via est, irrupit aceruos
BVRGIVS, ut fructus redderet inde tibi.
Tantum gratus habe, sint hæc sibi munera MAVRVS
Et tibi pro grato munere gratus erit.

D. ROCCHI PERRI NETINI CARMEN AD AVTHOREM.

ARbore de varia ramos ut carpit hirundo.
Fœtibus & nidum fabricat inde nouum.
Non secus è cunctis mentem Doctoribus vnam
MAVRE legens nidum construis arte tuum;
Hìc fœtum ingenij nutris doctissime BVRGI
Laudimium, mentis semper alendo cibis.





TRACTATVS DE LAVDIMIO

Auctore

MAVRO BVRGIO

SICVLO CATANENSE

Pontificij, Cæsarijq; Iuris Consultissimo.

IN QVO AFFATIM DECEM SVPRA CENTVM Explicantur Inspectiones Accuratissimè Digesta.

Pars Prima



INSPECTIO PRIMA

Quot modis nuncupetur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij materia frequens est, & necessaria.*
2 *Ordo attendendus est.*
3 *Diuisionis effectus.*
4 *Nomen rei prius est distinguendum, quàm deffiniendum.*

Laudimij

5 *Laudimij vox à quo iure originem traxit, & an sit apud Latinos?*
6 *Laudimium in genere quid sit?*
7 *Laudimium ex iure Romano Quinquagesima appellatur.*
8 *Laudimium dicitur Quartaria, & Gradans.*
9 *Item dicitur Tertiaria.*
10 *Item penna aurea.*
11 *Item apud Gallos appellatur Vente, & Vende.*
12 *Item dicitur Accordamentum.*
13 *Item nominatur Rachatum.*
14 *Item apud Catanenses, & Mantuanos dicitur Decima.*
15 *Decima soluitur pro feudorum venditione, & permutatione.*
16 *Laudimium apud Catalonenses Foriscapium appellatur.*
17 *Laudimium dicitur Releuium.*
18 *Releuium debetur ex alienatione rei feudalis.*
19 *Releuij materia in Regno Siciliæ vbi tractatur.*
20 *Releuij deriuatio.*
21 *Laudimium dicitur laudatiuum.*
22 *Item Appellatur Capsoldus.*
23 *Rursus Balliuiatus, & senescallias.*
24 *Communis vsus loquendi attenditur in nomine Laudimij, & num. 25. vbi relatiuè qualiter probetur.*



1 AVDIMII materia quam sit † frequens, vt sit, & necessaria ob geminatas bonorum emphyteuticorum alienationes, Me tacente res ipsa loquitur; vnde vlla egere commendatione videre videor, iuxta celebre Vulpiani responsum ad l. pri-
2 mam D. de Restit. in integ. è re maximè visum est vt † cuncta suo tradantur ordine cùm; & DEVS cunctorum plasmator omnia suo ordine gubernanda præceperit, vt Romani eloquii facile princeps Cicero non immerito secun. de nat. deo. lib. tradiderit, tractatum ipsum triplici parte secernere, quarum in prima non nulla generalia ad ius Laudimii pertinētia præfabor, in secunda, quibus in alienationibus illud debeatur, vel non, in tertia, & postrema de accidentalibus ad illius exactionem
3 verba faciam. † Dilucidius enim per diuisionem illud apparet, quod enodandum proponitur, vt probarunt Mozz. in tract: de cont. sub tit. de contra: in gen: num. 3. Mascar. in tract. de proba: in prohe: nu. 6. Prius igitur Diuino Nomine inuocato, hac in prima parte generatim procedēdo primariè cumulandom fore duxi quotupliciter huiusmodi nomen La
4 udimium, seu Laudemium, à iuris interpretibus vsurpetur. cum † nomen rei sit prius distinguendum, quàm deffiniedum pro æquiuocatione euitā-

da,

5 da, vt probaui in meo Tract. de Notorio in præfatio. num. 2. † Laudimii itaq; vox in Iure Romano cauta non inueniatur, sed ex vulgar Vltramōtanorum loquutione originem sumpsit; vt post Isern. do. et Afflict. super lib. 3. feudo. cap. primo §. similiter de cap. t. corra. num. 14. propè finem fol. 79. neq; apud Latinos scriptores nota est, vt docet Amed. à Pō-
6 te in suis quæst. Laudi. in princ. Primo enim modo † Laudimium in sua generali significatione capitur pro omni iure pecuniario debito domino directo in recognitionē, & adimissionem noui emphyteute, perfecta emphyteusis, vel liuelli distractione, quemadmodum admonēt omnes in l. vlti. Co. de iure emphyt. teste Iaco. Meno. cons. 444. num. 14. vol. 5. cui
7 accedit Solso. in simili tract. prelu. 4. num. 3. Secundo † Laudimium de Iure Romano Quinquagesima nuncupatur, vt rescipsit Iustinianus Imperator in d. l. vlti. vers. (*& ne auaritia*) vbi Ias. num. 39. Specul. in tit. de locat. §. 6. vers. centesimo, Cassan. in cons. Burgu. de retraiz rub. §. 1. num. 2. Afflict. in lib. 3. feud. de prohib. feud. alien. per Fed. ri. cap. 1. §. illud quoque num. 14. & in loco superius memorato, Pet. co. in sua pract. sub tit. de act. in rem pro re emphyte. col. 6. vers. item emphyteota, præceptor ac promotor meus Ioseph Cumia in cap. si aliquē de succe. feudo. ver. antiquis num. 34. Angel. in l. queritur num. 2. D. de stat. hom. Socc. Iun. cons. 70. num. 8. & 12. vol. 3. Burs. cons. 127. num. 53. Sola in com. Duca. subaudiæ tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 1. Cagno. in l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vend. num. 235. & 237. vers. est autem, Summa Sylue. in ver. Laudemium inprin. par. 2. Meno. d. cons. 444. num. 15. & in tract. de præsump. lib. 3. præsump. 105. num. 8. Becc. cons. 2. num. 2. Ciofius cons. 49. num. 5. lib. primo Laure. de Pinu cons. 125. num. 5. Bertazzo. cons. ciuil. 85. num. 32. lib.
8 1. Tertio Laudimium † appellatur Quartaria seu Gradans, quæ est quarta pars pretii rei emphyteuticæ venditę, vt appellari testatur in Terra Sancti Seuerini Folle. in prag. de censib. vers. huiusmodi num. 2. idemq; affirmant Affli. d. num. 14. Frecc. de feud. lib. 2. de autho. Baro. num. 80. cum seque. Bertra. cons. 3. vol. 3. Cumia in precit. loco in fine Paris de puteo de Reinte. feud. fol. 97. num. 4. idemq; sentit. Sforti. Odd. cōs.
9 4. num. 18. lib. 1. Quarto dicitur Laudimium † Terciaria quę est tertia pars pretii emphteusis, quæ domino directi debetur pro assensu ipsius emphyteusis vendite, vt placuit Folle. Affli. Bertra. Frecc. Cum. Par. de Put. in memoratis locis & Raynal. in comprehen. feud. §. preterea n. 16.
10 Quinto vocatur † Penna Aurea, idest quod tantum debet consequi dominus pro approbatione alienationis rei emphyteuticę, quod possit fieri vnica penna aurea secundum Afflict. Bertra. & Frecc. vbi supra: Sex-
11 to Laudimium † appellatur Vente vt testantur appellari in Regno Francię

Fab. in §. 1. institu. de empt. & vendit. Cassan. in consu. Burgun. tit. de retraiz rub. 11. §. 1. vers. loz. in princip. Boer. in consu. Biturig. sub tit. des coustumes des fiez. §. 18. glo. 1. vbi etiam subdit aliquando appellari Vende. idem scripsit Aymo. Publi. in cosue. Aluer. tit. 16. Septi-
12 mo dicitur † Accordamentum, quandoquidem vt plurimum eo precedete distrahitur emphyteusis, vt tradunt Boer. in d. consuet. sub tit. des coustumes vsaiges de droict. §. 12. glo. 2. in princ. & in d. tit. des coustumes des fiez §. 18. glo. 1. in princ. Folleri. in pragmat. de censibus
13 vers. huiusmodi num. 52. Octauo appellatur † Rachatum, vt testatur Boer. in precit. locis, & in decis. 231. num. 3. in fine. Decimo Laudi-
14 mium † capitur pro Decima, vt Mantuæ ita appellari testantur Socc. Iun. cons. 70. num. 5. & 20. vol. 3. Alexa. cons. 123. colu. penul. vol. 5. Burs. cons. 137. num. 40. Meno. cons. 297. num. 33. par. 3. Bertaz. cons. ciuili 17. num. 9. lib. 1. quemadmodum vniformi loquutione, & consuetudine appellari videmus in hac Clarissima Vrbe Catanæ, idemq; affirmat conciuis meus Cumia in cap. si aliquem ver. antiquis num. 234.
15 cum sequ. quæ autē † Decimæ solutio habet locū quandoq; in feudorum venditione, & permutatione licentiam Curiæ requirentevt elicitur ex cap. R. Federi. 28. & 110. & docent Solso. in simili tract. prelu. 4. n. 4. dum ait quod Laudimium dicitur propriè decima pars quæ datur domino directo feudi per nouum feudatarium, Canne. de feudis in vers. at non est ommittendum fol. 189. item quandoq; debetur Ecclesiis seu Ecclesiasticis personis ex fructibus prediorum, & aliarum rerum, quæ ex iure diuino dictāte naturali ratione originem sumpsit, de qua plenè Rebuff. in suo tract. de
16 decimis quest. 7. 8. & 1. Vndecimo appellatur † Foriscapium vt concordant Capell. Thol. dec. 75. in princ. Celsus Hugo cons. 57. num. 1. & cons. 60. num. 23. vbi refert ita nuncupari secundum vulgarem Catalonię loquutionem idemq; asseuerat Solso. in memorato loco. Duodecimo
17 dicitur Releuium † secundum Iser. de feud. tit. de capit. corra. §. simili-
18 ter num. 3. quod nomen † propriè cadit in alienatione rei feudalis, comi-
19 tatus, & similium, de cuius † solutione agitur in Cap. Regni Regis Marti. 55. Reg. Fede. cap. 110. Reg. Ioan. cap. 67. & docent Frecc. de feud. lib. 2. fol. 119. num. 83. & plenè in eodem lib. sub 7. autho. fol. 182. col. 2. Cumia in d. ver. antiquis num. 234. Anna alleg. 95. num. 1. Ratio
20 enim affertur, quia † dicitur à releuo cum ea pecuniæ perceptio releuat dominum directi dominii, vt concordant Afflict. lib. 2. feudo tit. per quos fiat inuest. num. 39. fol. 17. Vinc. de Franc. dec. Neap. 121. num. 16.
21 Decimotertio sumitur † Laudimium pro laudatiuo à laudando deriuatū, prout voluerunt Alciat. in lib. parerg. cap. 45. Rimin. Iun. cons. 579. num. 21. par. 5. Meno. cons. 297. num. 15. vol. 3. Becc. cons. 2. in princ.

princ. Paris de Puteo de reinte. feud. fol. 55. col. 1. Aym. Publi. in con ſu. Aluern. tit. 16. Feder. Scot. reſp. 2. num. 22. tom. 1. lib. 4. Decimo
22 quarto dicitur † Laudimium Capſoldus, vt conſuluerunt Alex. conſ. 5. num. 2. & conſ. 18. num. 2. lib. 5. Goza. conſ. 45. n. 13. Rimina. Iun. conſ. 1. num. 49. cum ſeq. vol. 1 Meno. conſ. 444. num. 20. vol. 5. & conſ. 297. in princ. vol. 3. Proſpe. Paſet. conſ. 3. num. 4. Bertaz. conſ. ciuil. 112. num. 4. lib. 1. idemq; tenet Peregrin. in tract. de iur. & priuil.
23 fiſci. tit. de vendit. & emptio. fiſcal. n. 47. & 48. † Decimoquinto dicitur. Ba-
24 illiuiatus, & Seneſcallias, vt per Burſ. conſ. 137. nu. 40. vol. 2. † vel ſi alio nomine nuncupetur ex communi vſu loquendi, qui omnino attendendus eſt, ſecundum communem opinionem de qua Suarez in ſuis com. op. ſub litera V. num. 108. Villalob. eodem, n. 50. Plot. conſ. 16. num. 12.
25 Seraph. de priui. iura. priuil. 77. nu. 20. † qui vſus qualiter probetur, legito Maſcar. de proba. conclu. 329. Ruin. conſ. 88. nu. 12. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 176. num. 3. Becc. conſ. 1. num. 31. Meno. conſ. 566. num. 7. vol. 6. meum tracta. de Noto. par. 3. effe. 38. Monticell. in repert. de teſtib. verſ. communis vſus Nepita in conſ. Cat. fol. 21. num. 174. Caualc. de vſufru. num. 82.

INSPECTIO II.

Laudimij deffinitio, deriuatio, & introductio.

SVMMARIVM.

1 *Deffinitio rei proponenda eſt.*
2 *Laudimium in ſpecie quid ſit?*
3 *Eßentia rei deffinitè ponderanda eſt.*
4 *Deffinitio in iure eſt ſubuertibilis.*
5 *Laudimij deriuatio.*
6 *Laudimium fuit introductum de iure ciuili.*

INSEQVENDO Senecæ prouerbium, ac illius eloquentie pa-
1 tris, & magiſtri in 1. offic. lib. tritum axioma quod ante omnia † de deffinitione rei pertractandum eſt, de qua agendum proponitur, vt intelligatur quid ſit, id, de quo diſſeritur quemadmodum Noſtrates pariter tradũt in §. 1. Inſtit. de iuſt. & iur. & non nullos in hanc ſententiam concordes recenſui in meo tract. de Notorio in præfat. num. 89. vnde cùm de Iure Laudimii ſumus acturi rem rei conſentaneam maximè nos facturos exiſti

mauimus, si primus Laudimii deffinitionē, seu descriptionem potius prælibamus
2 est igitur † Laudimium, vt deffiniuit, seu verius descripsit Aym. Public. in cons. Aluer. tit. 76. art. 1. num. 3. ius quod soluitur domino directo, pro inuestitura nouiter acquisitæ per emptorem de pretio emphyteusis emptæ, quæ hisce deffinitio satis apertè colligitur ex l. fin. ib. (& ne auaritia) C. de iure emphyte. & cū ea videtur concordare Amed. in simil. tract. quæst. 1. vers. est igitur, & licèt secundum Philosophos †
3 essentia, & quidditas rei deffinitæ sit ponderanda quòd etiam per Iuristas approbari videtur ad not. in l. 1. cum glo. D. de iust. & iure, attamen quia super deffinitione insisti non debet nisi quandoq; in scholis, cū in praxi admodum conferre non dicatur, † ac in iure sit periculosa, & subuertibilis,
4 vt exponunt per illum tex. Dec. Cagno. & cæteri in l. omnis deffinitio D. de reg. iur. ac præceptor, & promotor meus Nepita in consu. Cat. in prohe. num. 51. Seb. Medic. in tract. de definit. in prohe. num. 7 vbi subdit rationes, propterea circa illius explicationem haud verba faciā
5 qua de re Laudimii deriuationem amplector † quòd dicitur à laudando, seu nominando authore seu domino directo, vt deriuauit Pyrrhus in consue. Aurel. tit. de feudis cap. 3. vers. hæc autem, & in tit. de Laudimio capi. pen. fol. 121. hinc consuluit Socc. Iun. cons. 70. num. 2. vol. 3. Laudimium dici ob laudationem, & approbationem alienationis emphyteusis factam per dominum directum idem voluit Afflict. super lib. 3. feud. tit. de cap. corra. §. similiter num. 14. propè finem fol. 79. Burs. ex Alcia. & Oldra. in cons. 127. num. 5. vol. 2. & Ponte in simili tract. quæst. 1.
6 Circa reliquum quæsitum breuiter dicimus † Laudimium de Iure Ciuili introductum fuisse quemadmodum & contractus emphyteuticus vt elicitur ex l. fin. in ver. (*& ne auaritia*) Co. de iure emphyt. Glos. pen. in §. ius autem Instit. de iure nat. addita l. ius autem ciuile D. de iust. & iure, & ibi Doct. testatur communem opinionem Velas. in tract. de iure emphi. quæst. 2. num. 8.

INSPECTIO III.

Qui tenentur soluere Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta nouus acquisitor emphyteusis tenetur ad Laudimium.*
2 *Gabellam emptor an venditor soluere tenetur?*
3 *Decima pro venditione rei feudalis, à quo sit soluenda.*
4 *Laudimium, per quem debetur si emphyteusis vendita fuit recuperata iure*

re prothomiseos, & num. 5 vbi amoliatur.
6 Laudimium si fuit remissum emptori, an sit soluendum à retrahente.
7 Immunis ab oneribus, an sit immunis à Laudemij solutione.
8 Laudimium est onus.
9 Laudimium est onus ordinarium.
10 Laudimij solutio priuatam vtilitatem concernit.
11 Filiorum numerus non excusat ab onere soluendi Laudimium.
12 Filiorum numerus praestat immunitatem in oneribus merè realibus.
13 Immunis à Laudimij solutione, an possit illud exigere à retrahente.
14 Immunis à Iure Laudimii an possit illud exigere vt domino consignet.
15 Immunis à solutione gabellę an eam consequitur a retrahente.
16 Ecclesia emens tenetur soluere Laudimium.
17 Clericus emens emphyteusim tenetur ad Laudimium.
18 Ecclesia, vel Clericus priuatur iure suo ob emphyteusim alienatam inconsulto domino, vel ob canonem non solutum.
19 Ecclesia vendens non soluit Laudimium.
20 Laudimium soluitur si Ecclesia concedat ad liuellum rem emphyteuticam laico.
21 Venditor soluit Laudimiũ, si emptor ignorauit rem fuiße emphyteuticam.
22 Emens emphyteusim vti allodialem, non cadit à iure suo illam alienando irrequisito domino.
23 Limitatur, nisi probetur scientia emptoris; quæ qualiter probetur, ibidem.
24 Dominus emens emphyteusim, an retrahens ab eo teneatur ei soluere Laudimium.
25 Dominus directus præfertur in retractu consanguineo, & vicino, & num. 26. vbi ampliatur.
27 Pupillus emens emphyteusim non excusatur à solutione Laudimij.
28 Pupillus ob non solutum canonem cadit à iure suo.
29 Tertius possessor emphyteusis an teneatur ad Laudimium pro præteritis alienationibus, remissiuè.
30 Emphyteuta nouus quis dicatur?
31 Emphyteusis si peruenit ad filios, vel nepotes emphiteutæ, qui pro eis stipulatus fuit non soluitur Laudimium, & num. 32. vbi ampliatur.
33 Laudimium num debeatur si emphyteusis fuit concessa cum clausula pro se & hæredibus, & alijs habentibus ius & causam ab eo, & num. 34 vbi ampliatur.
35 Hæredes emphyteutæ non tenetur ad Laudimium, si emphyteusis fuit concessa cum clausula pro se, & hæredibus.
36 Laudimium an debeatur, si fuit concessa emphyteutæ facultas alienandi emphyteusim, & num. 37. vbi ampliatur.

Pactum,

38 *Pactum, vt emphyteuta valeat alienare, operatur vt alienando irrequisito domino non cadat in commissum.*
39 *Hæres empyteute tenetur soluere Laudimium.*
40 *Heres representat personam defuncti, omnesq; obligationes transeũt in eum.*
41 *obligationes actiuæ, & passiuæ transmittuntur in hæredes.*

POSTQVAM Laudimium soluitur pro distractione emphyteusis, vt superioribus inspect. sensimus congruum est videre, qui tenentur ad illud soluendum, & regulariter concludimus quod † nouus emphyteuta, seu liuellarius acquirens emphyteusim à vetere emphyteuta tenetur soluere Laudimium, Glosa est communiter approbata in l. fin. Co. de iure emphyt. & ita seruari testantur Ias. ibi num. 41. Bal. & Salic. ambo num. 17. Neuiza. cons. 88. num. 18. Cagno. in l. 2. num. 236. Co. de pact. inter empt. & vendit. Redoan. de reb. Eccles. non aliæ. quæst. 11. vers. & ad solutionem, Bursa. cons. 137. num. 11. Crauc. cons. 332. n. 14. Vezinus in 2. tom. com. opin. nouiter impressarum pag. 112. col. 1. Peregrin. in tract. de iure, & priui. fisci lib. 6, tit. 4. num. 48. Puteus de reinte. feud. fol. 82. col. 1. num. 3. Bertra. cons. 221. n. 2. lib. 1. Goza. cons. 65. in princ. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 23. vers. vlterius Foller. in prag. de censib. vers. huiusmodi num. 53. Tiraquel. de retra. ligna. §. 1. glo. 18. num. 19. Boer. in cons. Bitur. de feudis, & cens. §. 3. circa princ. & in tit. de retin. rer. feud. & cens. §. 2. Cassan. in consu. Burgu. tit. de retraiz rub. 11. §. 1. num. 3. Gabr. cons. 84. num. 10. Socc. Iun. cons. 70. num. 8. lib. 3. Amed. à Ponte in simil. tract. de Laud. quæst. 9. Solso. etiam in simili tract. prelu. 5. num. 1. vbi multos cumulat, & in tit. consue. anti: quæ olim fuit num. 16. vbi hoc limitat nisi pacto contrahentium immutatum sit. Decis. Auen. o. 143. num. 3. testantur com. opin. Arnal. Ferro. in cons. Burdeg. tit. de retra. §. 18. Burs. cons. 56. num. 16. lib. 1. Rinin. Iun. cons. 58. num. 9. lib. 1. & cons. 579. ante num. 19. lib. 5. Aymon Public. in cons. Alnern. tit. 16. art. 1. num. 3. Summa Sylue. in ver. Laudemium par. 2. Meno. cons. 444. num. 16. vol. 5. ratio est quia nouus emphyteuta tenetur recognoscere dominũ directum, Surdus in tract. de alimen. tit. 8. priuile. 52. num 4. pro qua recognitione soluitur Laudimium, vt dicam in hac eadem parte Inspe. 5. 2 num. 3. quemadmodum regulariter idem ius statutum est † in emptoribus, & acquisitoribus rerum allodialium pro soluendo iure gabellæ gabellariis, ex earum dominij translatione. secundum Ias. in d. l. fin. num. 41. Nouell. de reg. iur. Reg. 6. Rom. sing. 588. & ibi Add. qui refert esse, communem opin. Ludo. decis. perus. 113. num. 3. conciuis meus Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis num. 241. de success. feudo. Socc.

fen.

sen. cons. 247. col. 2. lib. 2 Cagno. in l. 2. Co. pact. inter empt. & vend. num. 236. Silua. cons. 8. num. 18, cum seq. Iul. Ferret. in tract. de gabell. num. 363 in fine Bertha. in tract. de gabell. Par. 7. Cephalus. cons. 488. n. 34. lib. 4. Gozad. cons. 65. num. 2. Cap. Tholo. dec. 452. Mant. in suo dialo. c. lib. 7. cap. 22. num. 4. Surdus nouissimè in tract. de Alime. tit. 1 quæst. 86 num. 2 testatur com. opin. Bursa. cons. 56 num. 16 vol. 1. ratio secundum præcit. est ob perceptionem fructuum, quos emptor ex re acquisita lucratur, quamuis venditor commodum pretii sentiat Sed contrarium asseuerat Cepoll. in l. debet num. 2. D. de edili. edict. nempe quod gabella æquè soluenda sit per emptorem, & venditorem quemadmodum vniformiter seruari videmus in hoc Siciliæ Regno vigore statutorum hoc expressim disponentium, quæ procul dubio obseruanda sunt secundum à P. ... quest. 9 in princ. At quid concludendum est in alienatione
3 rei feudalis † num decima sit etiam soluenda fisco per emptorem ad instar emphyteutæ, & dicimus quod non, sed per venditorem, vt clarè legitur in Cap. Regni R. Federi. 28. de alie. feud. ponderantes illam celullam, (*dummodo de pecunia venditionis ipsius integra decima fisco nostro soluatur*,) & ibi Guglie. de Perno in impressis apostill. sub vers. fisco nostro ac Hiero. Fimia in vers. de pecunia, & latissimè disputando Boniornus post Petrum de Greg. in apost. ad dictum cap. Paris de puteo de re nte. feud. fol. 87. subdens rationem, quia assensus qui præstari debet per fiscum pro feudi alienatione est cautela emptoris, cui venditor omnes cautelas præstare tenetur, sequitur Bursa. cons. 56. num. 17. vol. 1. qui ex multis rationibus, & authoritatibus id probat, Afflict. super lib. 3. feud. tit. de prohib. feud. alie. per Fede. cap. 1. § illud quoq; num. 14. vbi allegat Iser. idem tenentem, Capic. de inuest. feud. in cap. Imperialem col. 248. quicquid teneat Cannet. in dicto cap. vers. sed restat in fine fol. 196. Sed quid iuris
4 † quando emphyteusis alienatur, deindeq; infra legitima tempora sit iure prothomiseos recuperata, quis nam tenetur ad prestationem Laudimii emptor ne, an verò recuperans; & dicimus quod recuperans, ratione dominii, & possessionis rei emphyteuticæ recuperatæ tenetur soluere Laudimium, non autem emptor qui cogente statuto inuitus retrocedit rem emptam, vt ore Tiraque. loquar de retra. sangui. 29. glo. 1. num. 1. cum seq. & in glo. seq. num. 2. cum seq. & iterum de retra. conue. §. 6. glo. 2. num. 3. vbi etiam subdit quod si Laudimium fuisset solutum per emptorem ei restitui debet per recuperantem, idemq; firmant Redo. de reb. Eccle. non alien. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 29. 32. & 33. Cassan. in cons. Burgun. tit. de retraiz §. 9. num. 1. fol. 1340. Amed. in simili tract. quæst. 26. circa finem, vbi subdit rationē quia censeur perinde ac si vnica esset emptio, & id cedere debet in commodo retrahentis qui

omnem

omnem indemnitatem præstare debet emptori Solso. etiam in simili
tract. prelu. 4. num. 10. quod pronuntiatum eo axiomate etiam suaderi
videtur, quia emptor censetur emere sub pacto, vt trasferat rem emptam
in proximiorē, si voluerit cùm ad id sciat se teneri, & sic primus contractus
dicitur conditionalis teste Aym. Publi. in cons. Aluer. tit. 23. art. 20. quod
5 adeo verum est quod si ipse † emptor Laudimium huiusmodi domino di-
recto soluisset attamen in recuperatione quam facit consanguineus, seu
vicinus proculdubio illud soluere tenetur ipsi emptori (vt dixi) quia ali-
às sequeretur absurdum vt sine illius satisfactione indemnis non discederet
ab emptione, vt determinat Cagno. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & ven-
dit. num. 236. vers. secundo stringit, Boer dec. 231. num. 3. Tiraquell.
de retra. ligna. §. 29. glo. 4. num. 2. Sola in com. Duca. subau. tit. de iure
emphyt. glo. 1. num. 38. pag. 33. idem pariter extenditur militare etiā
6 † si Laudimium non fuisset solutum per ipsum emptorem, sed fortè esset
ei remissum, vel donatum per dominum, nam iure optimo illud à retra-
hente exigere potest Tiraquell. in d. glo. 4. num. 5. cum seq. Hiero. à Lau-
ren. dec. Auen. 26. num. 3. Sola in dicta glo. 1. num. 34. pag. 33.
quia remanet ipse emptor domino vti benefacienti ad antidora obligatus,
7 Sed † an habens immunitatem, & exemptionē ab omnibus, & quibus cūq;
oneribus super bonis suis, emendo rem emphyteuticam sit immunis à
Laudimii solutione, videtur prima facie affirmatiuè respondēdum quādo
8 quidem † Laudimii solutio onus est, vt probatū relinquērunt Burs. cons.
161. num. 35. vol. 2. Meno. cons. 297. num. 1. vol. 3. & mediante im-
munitate iam dicta, si illud soluit præmissa protestatione sibi non præiu-
dicari, ex his quæ consuluit Roman. con. 252. in vltimo dubio, quem
sequitur Gigas in tra. de pensio. quæst. 61. At in contrarium est veritas
quod dicta immunitas intelligitur respectu onerum, factionum, & anga-
riarum, quæ solent per Principem imponi prædiis, aut eorum possessioni-
bus, pro vt ei occurrit in fauorem publicæ vtilitatis inter quas nō compræ-
ditur Laudimii onus, quod intuitu inuæstiture, consensus, & immissionis
inpossessionem rei emphyteuticæ præstatur, vt ore Socc. Iun. loquar in
cons. 70. num. 29. vol. 3. Rursus, nec dicta immunitas sortitur effectus
suos, quò ad onera ordinaria, sed ad extraordinaria duntaxat, vt proba-
runt Laure. de Pin. cons. 148. num. 6. Purpu. cons. 580. num. 1. Me-
no. cons. 276. num. 7. & cons. 297. num. 7. Natta. cons. 139. um. 11.
9 † munus enim soluendi Laudimium, ob memoratam rationem dicitur or-
dinarium, meritò concludendum est Laudimium deberi dicta immuni-
tate penitus cessante. vt per Meno. d. cons. 297. num. 7. Anna sing.
700. Item huiusmodi immunitas censetur se tantùm extendere quo ad pu-
10 blica munera, non autem ad priuata, at † Laudimii præstatio priuatam
vtilitatem

vtilitatem respicit Burs. d. loco (scilicet domini directi) secundum eumdē Meno. d. cons. num. 12. & 13. & in numeris seq. vbi duodecim mediis, concludit immunem huiusmodi teneri ad Laudimii præstationem, ergo
11 &cet. Itidem dicendum est † de habente immunitatem ob numerum duodecim filiorum, vt nec minus excusatur à præstatione Laudimii, si rem emphyteuticam emit, vt in indiuiduo responderunt Alex. cons. 123. col. 2. vers. præterea ista vol. 5. Natta. cons. 508. num. 15. lib. 3. Burs. cons. 161. num. 35. Anna d. sing. in fine Meno. d. cons. 297. num. 19. Ame
12 deus à Ponte in simili tract. quæst. 46. † vbi testatur immunitatem iam dictam habere locum in oneribus merè realibus, secus in mixtis prout sūt onera præstandi Laudimium quæ sunt patrimonialia à quibus numerus liberorum non excusat, Idemq; tenent Cagnol. in l. 2. num. 237. vers. est autem Co. de pact. inter emp. & vend. Redoan. de reb. Eccles. non
13 aliæ, quæst. 11. num. 2. Sed quid dicendum de habente † immunitatem in specie nō soluendi ius Laudimii, in casu acquisitionis rei emphyteuticæ, num si res empta sit titulo retractus cessa consanguinco, vel vicino venditoris valeat ipse emptor exigere à recuperante? & dicimus quod non, cùm sua non interest, quia Laudimium non soluit, vt in facti contingentia fuit decisum Aucnioni teste Hiero. à Laure. dec. 26. vbi ad partes hoc examinat Boer dec. 231. Tiraque. non nullos cumulans de retra. ligna. §. 29. glo. 4. num. 2. & 3. Sola in com. Duca. Subau. tit. de iure emphy. glo. 1 nu. 34. pag. 33. à Ponte in tract. de Laudimio quæst. 37. in fine. Difficul-
14 tas enim sepissime contingit, vtrum ipse † priuilegiatus possit Laudimium exigere ad effectum consignandi domino directo, vel ipsi domino sol ui debet per retrahentem, & dicimus quod sic ex sententia Tiraquelli in
15 precit. num. 3. in fine, quemadmodum † in gabella non soluta per priuilegiatum firmat idem Tiraquell. d. glo. num. 4. & sentit Boer. d. dec.
16 Quæro vlterius an † Ecclesia emens emphyteusim teneatur Laudimium soluere, & dicimus quod sic ex Boer. dec. 231. num. 2 Meno. cons. 444 num. 53. vol. 5. quod axioma sanè militare arbitror quando Ecclesia alio titulo quàm ex fauore, & intuitu pietatis cultusque diuini emphyteusim nanciscitur, vt considerauit Pet. PecKius in tract. de amortiz bono.
17 cap. 21. num. 2. & idem seruatur in Clerico † emente, qui etiam ad Laudimium tenetur in casu emphyteusis acquisitæ secundum Boer. in præcit.
18 loco, quemadmodum † Ecclesia, quæ ab alia Ecclesia, vel à priuato domino emphyteusim obtinens, si cessauerit soluere ius canonis per biennium, vel triennium, cadit a iure suo, secundum veram, & communem op in. quàm sequitur Corbul. de caus. ex quib. emphyte. tit. de caus. priua ob non solu. cano. Ampli. 27. quemadmodum si Ecclesia recipiat aliquam rem in feudum tenetur seruare omnia, quę tenentur seruare alii vasalli

ex Cannet. in cap. volentes verſ. at quod num. 6. & 7. pag. 183. Quid
19 è conuerſo † ſi Eccleſia vendat emphyteuſim in caſu à iure permiſſo an teneatur ſoluere Laudimium, & dicimus quod, non pro vt voluerũt Boer. d. dec. num. 1. Rebuffus in compe. alien. rer. Eccleſ. ſub verſ. proſpiciat
20 num. 75. in fine. Si autem † Eccleſia concedat ad liuellum rem aliquam emphyteuticam laico, proculdubio debetur Laudimiũ domino principali cùm illud non priuilegio perſonæ domini, ſed ratione prædiorum præſtetur onuſq; reale appelletur, vt voluit Meno. conſ. 444. num. 51. & 53.
21 vol. 5. Sed pone quod res † emphyteutica ſit alienata pacto tamen præeunte, vt illius emptor, ſeu acquiſitor aſtringatur ſoluere Laudimium, qui emptor ignorabat rem eſſe emphyteuticam, quis nam teneatur ſoluere Laudimium venditor nè an emptor, & dicimus quod venditor, qui vere ſciebat rem eſſe emphyteuticam, vt conſuluit Alex. conſ. 14. vol. 5. ſequitur Sola in com. Duca. ſuba. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 31.
22 pag. 33. ſicuti in caſu huiuſmodi † emphyteuta alienando irrequiſito domino effectualiter, & irremiſibiliter caducitatem euitat, & beneficio reſtitutionis in integrum inſpecta equitate nititur, Rimin. Iun. conſ. 93. num. 40. Sfort. de reſtit. in integ. quæſt. 51. art. 1. num. 21. & adlate tradita per Corbul. de cauſa priua. ob alien. lim. 25. & de cauſa priua. ob non ſolut. lim. 20. Ignorantia enim regulariter præſumitur, vt latè per Maſcar. de probat. conſ. 897. Meno. de præſum. lib. 6. Præſu. 23. Seraphin. de
23 priuileg. iur. priuilegio 4. Gabr. de Reg. Iur. conc. 5. niſi † probaretur ſcientia ipſius emphyteutæ, quia tunc omnino cadit à iure ſuo, Quæ ſcientia quo pacto probetur habes ex Corbu. in d. lim. 20. num. 10. vſq; ad finem, vbi refert ſex modos, & per conſequens mediante dicta ſcientia adhærendum eſt regulæ Laudimium per ipſum emptorem ſolui debere.
23 Sæpiſſime dubitari contingit † an emphyteutarius emens emphyteuſim, vel ſi iure prelationis ea ad eum perueniat, vtrum conſanguineus venditoris ab eo retrahens, teneatur ei ſoluere Laudimium, quòd ipſe emphyteutarius minimè ſoluit ſibimet mediante iurium confuſione Tiraque. de retract. ligna. §. 29. glo. 2. num. 9. cum. ſeq. adductus potius ex Regni Franciæ conſuetudine, quàm ex iure communi determinat quod ſic, Nos autem iuris communis mentem conſulentes, totum oppſitum verius eſſe
25 exiſtimamus, ea potiſſima ratione, quia † emphyteutarius ipſe in re emphyteutica vendita prefertur cuicunque recuperare volenti, & conſequenter ab eius poſſe res iure retractus euelli nequit. ita ex minerua Bart. Guglie. de Cun. Alber. Iaſ. & Simo. Viuic. aſſeruerant Cumia in cap. 99. Ritus num. 31. Nepita in conſ. Cat. tit. 40. num. 16. Pãciro. conſ. 144 num. 7. Rimi. Iun. conſ. 511. num. 26. eandem ſententiam amplectũtur, Afflict. in tract. de iure protho. verſ. pater num. 8. & in verſ. con-
ſtitutionis

stitutionis num. 11. Tiraqu. in d. tract. §. 21. caducitatis, alias pactum, 25
dec. 99. ita fuisse iudicatum per Senatum Pedemon. sententiam, Iul. Clar.
26 dec. 169. num. 2. quod etiam procedit esto † quod alia in 2. toh. com.
ni consenserit prout alias in facti contingentia testamur Rola. à valle cõs.
27 decisum, & tradit Capic. d. dec. Item † pupillus, seu eius tu. de causa pri.
emphyteusim, tenetur soluere Laudimium, cùm priuilegium emphy-
in hoc ei non excusat Boer. in cons. Biturig. tit. des coustumes, & debebit
28 ges §. 12. glo. 2. in princ. quemadmodum ipse † pupillus ob non solutu co
canonem cadit à iure suo, vt disputando concludit Corbul. de cau. priua.
29 ob non solut. cano. ampli. 29. † Tertius autem possessor emphyteusis an
teneatur ad Laudimii solutionem pro anterioribus alienatonibus, dicam
(Deo duce) in hac parte Insp. 9. num. 3. Postquàm in princ. præsentis
diximus nouum emphyteutam teneri ad Laudimii solutionem, non absre
30 igitur dilucidandum expedit † quis nam dicatur nouus emphyteuta, &
secundum communem intellectum ille dicitur, qui sub primæua inuesti-
tura emphyteutica compræhensus, vel nominatus non legitur, vt nota-
biliter docet Salic. communiter receptus in l. fin. num. 17. cum seq. vbi
etiam Ias. num. 41. Co. de iure emphyt. Bero. cons. 123. num. 4. vol. 1
Gabr. cons. 84. num. 9. vol. 1. Brun. cons. 44. num. 4. Alex. cons. 5.
num. 2. vers. 3. lib. 5. Socc. Iun. cons. 70. num. 3. lib. 3. Burs. cons.
137. num. 11. Bal. in d. l. fin. num. 17. Rimin. Iun. cons. 38. num. 10.
& 39. & cons. 17. num. 4. & con. 1. num. 64. lib. 1. ita ait communi-
ter teneri Corbu. de caus. priua. ob alien. quæst. 1. num. 2. & in ampli.
27. eiusdem causæ num. 4. & ampliat. 35. num. 4. Redoan. de reb. Ec-
cles. non alie. quæst. 11. vers. & ad solutionẽ nu. 3. Goza. cons. 65. in prin.
Bertra. cons. 221. num. 2. lib. 2. Paris. cons. 86. num. 9. vol. 4. à
Ponte in simili tract. quæst. 10. in prin. Ruin. cons. 159. num. 8. vol. 1
Vezinus in lib. 2. com. opin. nouiter impressarum fol. 112. col. 1. vers.
31 qui sub priori. Hinc infertur quod † stipulans emphyteusim pro se filiis
vel nepotibus, dicti filii vel nepotes ad Laudimii solutionem non tenẽtur
si inter eos emphyteusis quocunque titulo perueniat, cum à principio in
primæua inuestitura compræhensi legantur, nec noua potest dici acquisi-
tio, sed potius quædam dominii continuatio, vt docuerunt, Bal. Ias. in
precit. locis, Decius cons. 331. num. 2. Bertra. cons. 221. num. 2. lib.
1. Rimin. Iun. cons. 1. num. 54. vol. 1. & cons. 579. num. 3. vol. 5.
Brunus cons. 210. vol. 2. & ita omnes concludere fatetur Amedeus in
simili tract. quæst. 12. vers. & quo ad renouationem. Vezinus in preci-
tato loco. Redoan. in d. vers. num. 4. Bertazzo in cons. ciuil. 85. num.
31. & cons. 112. num. 4. lib. 1. Vinc. Anna sing. 297. & alleg. 106. n. 5.
32 quæ pariter militant esto quòd † emphyteusis perueniret ad eos quocun-

quæ alienationis titulo præter vti filios, vel nepotes, quandoquidē ita
principio quilibet ex eis in solidum fuit admissus, & approbatus à domino
directo, vt cõsuluit Gabri. cons. 84. num. 6. lib. 1. & tradit Aurel. Corbu.
de caus. priuat. ob aliena lim. 6. in princ. tres assignans rationes. quas hic
repetere minime foré duxi, cum eius eruditio sit omnibus cõspicua, quę sanè
admittimus dummodo emphyteusis ordine successiuo, & charitatiuo eis ob
niat alias, secus, vt declarat Rimin. Iun. cõs. 979. nu. 17. cũ seq. & quod filii
vel nepotes non sint à vinculo patriæ potestatis emancipationis medio
liberati vt per Zuccar. in l. fin. num. 38. Co. de edicto diui adri. tolle. ali
as Laudimio locum esse arbitramur, vt ex dictis Legumlatoribus colligi-
33 mus. Difficultas sæpe euenire solet quando † in primæua inuestitura fuis-
set dictũ pro se & hæredibus suis vtriusque sexus ex eo legitimè descẽdẽti-
bus, vel pro aliis quibuscunque habentibus, seu habituris causam ab eo,
nũ per huiusmodi verba cẽsetur quod quicunq; habuerint causam ab ipso
emphyteuta dicantur cõpræhensi in primeua inuestitura, taliter vt non te-
neãtur soluere Laudimiũ, si in eos trãslata sit emphyteusis, Socc. Iun. con.
70. num. 9. cum seq. referens communem opinionem lib. 3. concludit
quòd memoratis verbis parum refragantibus haud dubio debetur Laudi-
mium, cùm ex eis nulla alia facultas tribui censetur, nisi vt emphyteusis
valeat citra domini directi licentiam, & consensum in aliam personam
transferri, idem affirmant Bal. in l. fin. num. 3. Salic. num. 2. Ias. num.
4. & 5. Co. de iure emphyt. Imola in cap. potuit num. 64. de locat. Cor
bul. in dicta caus. priuat ob alien. amplia. 2. num. 7. Iul. Clar. §. emphy-
34 teusis quæst. 23. vers. 3. & dicemus in 2. parte Inspe. 1. num. 17. † Quæ
fortius procedunt docet ipse Soccinus in præcit. cons. num. 19. cùm
seq. si in inuestitura adesset clausula saluo & reseruato iure domini, quo-
35 niam de iure Laudimii intelligitur, Bene verum est quòd † hæredes ipsius
emphyteutæ non tenentur Laudimium soluere, tanquam compræhensi
in primæua inuestitura, vt voluit Vinc. Anna alleg. 106. num. 5. & sing.
36 297. Sed quid si † dominus in antiqua inuestitura concessisset emphy-
teutæ liberam aliénandi facultatem rem emphyteuticam, an in casu alie-
nationis debeatur Laudimium ipsi domino, & dicimus quòd sic, quia per
talem facultatem non videtur remissum ius Laudimii, ita Meno. cons. 297
37 num. 27 vol. 3. de quo etiam dicam infra in 2. par. Inspe. 2. num. 4. †
etiam si fuisset cautum quod cuicunque placuerit liceat alienare secundũ
Amedeum à Ponte in simili tract. quæst. 14. Bellacomba in 2. tho. com.
opin. nouiter impressarum pag. 112. vers. Laudimium idem tenet ex
Bal. Salic. Socc. Iul. Claro & Redoan. Bertazzo. cons. ciuil. 46. nu. 3.
38 vol. 1. quic quid dixerit Craue. cons. 828 num. 9. † Sed dicta facultas,
seu pactum sortitur effectus suos, vt ipse emphyteuta valeat alienare em-

phyteusim

phyteusim irrequisito domino citra incursum caducitatis, alias pactum esset superuacaneum, testatur hanc esse comunem sententiam, Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 13. vers. sed pone Bellacomba in 2. tom. com. opi. nouissimè impressarum pag. 108. vers. contraria in Rola. à valle cōs. 79. num. 31. vol. 2. Ruin. cons. 81. num. 6. lib. 1. Corbul. de causa priua. ob alien. limi. 1. nu. 1. nō autem quod vigore dicti pacti valeat emphyteuta propria authoritate introducere emptorē in possessionē, sed debebit requirere dominū, & illū expectare secūdū Bellacomba in memorato loco.

39 Omictēdū displicet referre † quod heres amphyteutæ nouelli tenetur soluere Laudimium pro emphyteusi nouiter acquisita ab eius predecessore, qui illud minimè soluit, vt in facti specie consuluit Bertra. cons. 78. in

40 prin. parte 1. in 2. impressione, quandoquidem † hæ[illegible] quæ sunt iuris representat personā defuncti, etiam quod si[illegible] Ozascus dec.

41 30. num. 13. & late per Crass. in §. hæreditas q[illegible] 2. † Item omnes obligationes actiuæ, & passiuæ transeunt ad hæredes Seraphi. de priuil. iura. priuil. 68. num. 1. Ludo. dec. Perus. 15. num. 13. Caualc. dec. 17. num. 27. par. 2.

INSPECTIO IIII.

Laudimium quibus debetur.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium soluendum est domino directo.*

2 *Ecclesia consequitur Laudimium etiam ex re concessa ad emphyteusim sine sollemnitatibus, ac ei soluendum est Canon.*

3 *Laudimium soluendum pupillo, vti domino directo, Id eius tutori rectè soluitur.*

4 *Tutor potest inuestire nouum emphyteutam de re emphyteutica.*

5 *Adultus qualiter inuestiat nouum emphyteutam de emphyteusi.*

6 *Laudimium an soluatur prælato, cui est mota quæstio de prælatura.*

7 *Emphyteuta soluens prælato intruso ius canonis, an liberetur.*

8 *Laudimium debetur vsufructuario, non autem proprietario.*

9 *Vsusfructus dicitur esse in bonis.*

10. *Vsufructuario interest mutatio debitoris.*

11 *Fructus sunt vtilitas ex re prouenientes.*

12 *Vsufructuario debentur debita.*

13 *Appellatione vsusfructus venit Laudimium.*

14 *Vsufructuario omnium bonorum debetur Laudimium.*

15 *Maritus consequitur Laudimium ex emphyteusi dotata, & ex inde alienata, & num. 16. vbi ampliatur.*

17 *Marito datur ius prælationis si emphyteusis dotalis alienatur, sicut & mulctæ, & num. 18. vbi limitatur.*

19 *Bona dotalia, vel paraphernalia, quæ sint? remissiuè.*

20 *Vsufructuarius, an verò proprietarius teneatur inuestire nouum emphyteutam de emphyteusi nouiter acquisita.*

21 *Emphyteusis si cecidit in commissum, an applicetur vsufructuario, an verò proprietario, & num. 22. vbi declaratur.*

23 *Pater vsufructuarius bonorum filij consequitur Laudimium.*

24 *Filius vti proprietarius inuestit nouum emphyteutam, non autem pater vti vsufructuarius.*

25 *Pater non habet vsumfructum in re dotata filio.*

26 *Flius dicitur emancipatus per ductionem vxoris, etiam soluto matrimonio.*

27 *Vsusfructus non quæritur patri quando expressè, vel tacitè esset prohibitus per testatorem, & ibidem declaratur.*

28 *Laudimium soluitur immediato domino secundum aliquos.*

29 *Authoris distinctio, & num. 33.*

30 *Dominus prior, & mediatus est requirendus pro inuestiendo nouum emphyteutam.*

31 *Dominus immediatus sub concedendo emphyteusim desinit esset dominus, & possessor illius.*

32 *Emphyteuta prior subconcedens emphyteusim de consensu prioris domini consequitur canonis ius, actione personali.*

34 *Dominorum plurium vnius emphyteusis si ambigitur de prioritate, consensus omnium requiritur in illius alienatione.*

35 *Laudimium debetur etiam immediato domino concedenti emphyteusim de consensu domini mediati.*

36 *Laudimium præstatur priori domino, non autem cui ex voluntate domini præstatur quid annuum super emphyteusi.*

37 *Laudimium, & caducitas competūt domino, cui certa pars fructuum super emphyteusi debetur.*

38 *Dominus directus quando vtatur iure prælationis si alienatur emphyteusis.*

39 *Laudimium an consequatur dominus si recuperat emphyteusim iure prælationis.*

40 *Dominus qualiter vtatur iure prelationis.*

41 *Dominus emens vtile dominium non deducit Laudimium de pretio.*

Emphyteuta

DILVCIDATVM est qui ad Laudimii præstationem tenentur, non immeritò inspiciendum
1 † expedit quibus illud debetur, & regulare est id domino directo, seu proprietario deberi, non autem ab vno emphyteuta alteri, vt in facti specie respondit, Meno. cons. 444. num. 17. volu. 5. estquè communis scola in l. fin. Co. de iure emphyt. Boer. in consu. Bitur. tit. des coustum. des fiez. §. 24. glos. 1. col. 2. in princ. Rebuff. de constitut. Reddit. art. 1. glos. 17. nu. 9. thom. 2. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 23. Aym. Publi. in cons. Aluer. tit. 16. art. 1. num. 3. Summa Sylue. in vers. Laudimium part. 2. Cephal. cons. 699. num. 31. Meno. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsu. 105. num. 8.

Redoan.

Redoan. de reb. Eccles. non alie. quæst. 11. in princ. Becc. cons. 2. num. 2. Ciosius cons. 49. num. 5. lib. 1. Putc. de reinte. feudo. fol. 55. col. prima,
2 Quòd regulare ampliatur † etiam si emphyteusis à principio esset fortè concessa ab Ecclesia non seruatis sollemnitatibus à iure requisitis, sicuti in iuris canonis solutione, docet Redo. de reb. Eccles. non alie. rub. de hiis qui consc. cap. 11. num. 16. sequitur Corbul. de caus. priuat. ob non so-
3 lut. can. amplia. 13. Rursus ampliatur militare † in pupillo, quia licèt
4 ipse sit dominus directus, attamen eius tutori debetur ius Laudimii, ac † ab ipso tutore tutorio nomine inuestiendus est nouus emphyteuta, vt scriptum reliquit, Io. Fab. in §. ideoquè, num. 3. Instit. quib. alie. lic. vel non, & in l. sancimus Co. de admi. tuto. Boer. in d. tit. des coust. des
5 fiez §. 13. glos. 2. in princ. vel † ab ipso minore si est maior quatuordecim annis cum authoritate eius curatoris, vel Iudicis competentis, iuxta Cap. Regni Regis Caro. 78. de contra. non celeb. cum min. Granut. Theor. 25. num. 21. quamuis citra memoratam authoritatem poterit ipse minor renouationem veteris inuestituræ antiqui feudi facere; quia non dicitur alienatio, vt per Thom. de Marin. de feud. sub rub. de feud. ex pacto & prouid. num. 25. pag. 20. Item ampliatur principalis nostra
6 traditio dato quòd † Prælato, seu rectori Ecclesiæ, cui Laudimium est soluendum sit mota quæstio de Ecclesia, seu prelatura nam etiam dicta questione pendente procul dubio ei solui debet Laudimium, nisi ei sit interdicta administratio, vel ipsi emphyteutæ esset interdictum per iuris Ministrum ne soluat ius Laudimii, vt in terminis solutionis canonis tenet Corbu. de caus. priua. ob non solu. cano. Amplia. 18. quemadmodum
7 † si ipse emphyteuta soluendo Laudimium, vel ius Canonis ipsi prælato intruso existenti iusta credulitate ductus eum esse prælatum liberatur per dictam solutionem, secundum eumdem Corb. in de causa, limit. 24. Præ-
8 rerea extenditur † in vsufructuario, nempe quando dominus directus decessit relictis rei emphyteuticæ vni proprietate alteri verò vsufructu, & cõtingat alienari res ipsa emphyteutica, tunc enim casu vsufructuario non autem proprietario Laudimium soluendum est. vt consultus respondit Socc. Iun. cons. 70. num. 31. lib. 3. quem sequitur, Iul. Clar. in §. emphyteusis, quest. 23. in fine, eandem sententiam sequuntur, Paris de Put. de Reinte. feudo. fol. 55. col. 1. num. 3. & fol. 99. col. 3. num. 3. Io. Pet. Surd. cons. 57. num. 25. Ias. in l. fin. num. 45. Co. de iure emphyt. vbi Meno. In addit. sub litera C. Guid. Pap. dec. 477. num. 3. Marc. dec. 605. par. 1. Bursa. cons. 165. num. 55. Peregri. in tract. de fideicom. artic. 10. num. 6. pag. 80. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 22. nu. 12. pag. 147. Solso. in tract. de Laud. cellu. 2. num. 15. Bellacomba. in 2. thom. opi. nouiter impressarum pag. 112. vers. Laudimium Tiraquel.
de retra,

de retra. sangui. in fine num. 106. Amedeus in simili tract. quæst. 20. Bellon. cons. 6. num. 16. cum seq. Alciat. cons. 688. Craue. cons. 212. in fine, Meno. cons. 66. num. 36. lib. 1. Redo. de reb. Eccles. non alie. quæst. 11. nu. 15. Io. Vinc. Anna, & ibi Fabius eius filius in addit. sing. 298. Hinc docet Sola in com. Duca. Subau tit. de iure emphy. glo 1. nu. 33. pag. 33. legato vsusfructus iura Laudimiorum contineri, vt dicam infra hac eadem insp. num. 13. quinimmo si ipse vsufructuarius retrahit emphyteusim ab extraneo emere volenti, restituta enim emphyteusi proprietario ob finitum vsumfructum, ipse vsufructuarius iure optimo poterit recuperare Laudimium ab ipso domino directo, quia tunc vsufructuarius retraxit tanquam procurator proprietarii, & non tanquam ipse vti vsufructuarius, quare non debet amittere Laudimium, quod lucrari debebat si ipse non retraxisset, vt voluit Solso. in simili tract. Cellu. 2. nu. 28. cum seq. & in 3. quæst. princ. num. 35. Sed quid si ipse dominus directus emat emphyteusim in vim iuris prælationis, an vsufructuarius frustrabitur Laudimio, quod solui debebat ex illa alienatione, dic quod non, quia facto domini directi ipse vsufructuarius non debet Laudimio priuari secundum Solso. in d. tract. quæst. 3. princ. num. 37. Prima ratio
9 affertur quandoquidem vsusfructus † in bonis esse existimatur sicut & Laudimium, secundum Oldra. cons. 24. quem omnes sequuntur, Boer. In consuet. Bitur. tit. des coustumes, & vsagies des droctz §. 9. glos. vniuers. sed quid è conuerso Io. Sanxon in consue. Turonens. tit. de rach 2 artic. 15. vbi testatur hanc quæstionem habuisse præ manibus & sic determinasse, Rimin. Iun. cons. 481. num. 123. & 131. vol. 5. Paris de
10 Puteo in præc t. loco. Secunda ratio militat quia in † mutatione emphyteutæ debitoris in iure canonis versatur incommodũ vsufructuarii, ne sibi inuito detur debitor quẽ spernit, & cõsequenter requir tur eius cõsensus, cuius intu tu debetur Laudimium, vt per eundem Oldr. d. loco ac Rimin. & Puteum num. 6. Tertia redditur ratio ex minerua Iul Cl r. in d. quæst.
11 23. circa finem, quia † cum fructus sit vtilitas ex re, vel propter rem descendẽs, hoc meritò emolumẽtum ad ipsum vsufructuarium iure optimo pertinet, asserens, ita vidisse pluries obseruari, & quod Laudimi sint fructus ciuiles asseuerat Solso. in simili tract. tit. de Laude. dupli. col. 13. in fine & Peregri. in d. num. 6. Quarta & postrema ratio assignatur, quia
12 † vsufructuario debentur debita ex obligatione etiam legali, & Laudimium esse sub huiusmodi obligatione non ambigitur, vt placuit Puteo d.
13 col. num. 8. & 9. Accedat præmissis illud axioma † quod relicto vsufructu omnium bonorum contineantur Laudimia cùm ea dicantur fructus iurium, & actionum, vt considerauit, Meno. in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 142. in fine. Hinc infertur quòd † vxor relicta vsufructuaria
14
C per

per maritum omnium bonorum aliò hærede vniuersaliter instituto, ei vti vsufructuariæ debetur ius Laudimii, vt nuncupatim tradunt Cassan. in Consue. Burgu. des droictz. rub. 4. §. 6. vers. pour en iouyr in fine Ki-
15 min. Iun. con. 481. num. 123. in fine. Item † maritus qui est dominus, seu vsufructuarius directi dominii dotalis ipse consequitur Laudimium non autem vxor Boer. in terminis in Consue. Bituric. tit. des coustu. des
8 cons. 57. nu. 1. quemadmodum † dispositum est in feudatario, qui si per annum, & diem non denuntiauerit mortem feudatarii tenetur duplicatum releuium soluere, vt probat Vinc. de Franch. dec. 121. nu. 15. & de hoc vide plenè Frecc. de feud. lib. 2. autho. 3. num. 6. cum seq. fol. 183.
9 Aduertendum tamen est, quòd requiritur, † vt consuetudo de qua mentionem fecimus sit antiquissima memoriam hominum in contrarium non extare obtinens, iuxta tradita per Alex. cons. 5. nu. 3. vol. 5. Bertra. cons.
10 78. nu. 2. lib. 1. in 2. impress. † Quæ consuetudo, vt maius ius Laudimii soluatur quàm quinquagesimæ maximi est effectus quia emphyteusis poterit alienari citra domini consensum, & licentiam Frecc. in tract. de feud. lib. 2. num. 82. fol. 119. & per Afflict. in d. §. illud quoq; nu. 15. Sola. in comm. Duca. Subau. tit. de iure emphy. glosa 1. num. 6. & 7. vbi etiam subdit

sub.lit alium effectum vt ratione dictæ consuetudinis, non habeat locum dispositio l.quoties Co.de reiuc. in alienatione rei emphyteuticæ ante do-
11 mini consensum. Vnum tamen notandum est † quòd quantitas, seu summa pecuniarum quæ pro Laudimii iure soluitur debetur ex pretio, seu æstimatione vtilis dominii tantum, non autem vnito valore iuris directi domini, vt puta si est vendita emphyteusis pro centū si dominus pro iure canonis annuatim debet habere super ea vnciam vnam cuius sors reputatur esse valoris vnciarum viginti (si debetur Ecclesiæ, si autem priuato vnciarum quindecim secundum estimationem quæ quotidie fit in hac Clarissima Vrbe Catanæ) tunc Laudimium debendum Ecclesiæ erit ad summam vnciarum octuaginta, si verò laico ad summam vnciarum octuaginta quinque nisi aliter seruetur de consuetudine secundum Athe-
12 deum à Ponte in simili tract. quæst. 5. & Bursa.cons.127.nu.53. † Releuium autem quòd soluitur per hæredem petentem feudi inuestituram, si non fuit conuentum de quantitate tempore concessionis seu primeuæ inuestituræ, est medietas fructuum illius anni, in quo moritur feudatarius quamuis in eo anno nulli, vel pauci fructus ex feudo percepti sint vt fuisse decisum testatur Vinc. de Franch. dec. 121. nu. 9. cum seq. Sed de hac releuii quantitate soluendi extat Cap. Regni Regis Marti. 55.
13 † Sed an emphyteuta possit inuito domino soluere Laudimium pro parte, & dicimus quòd non sed integrè debet illud soluere domino vt colligimus ex Tiraquel. de retra. conue. §. 4 glo. 6. nu. 21. Io. de Amic.cons. 55. nu. 18. testatur communem opinionem Suarez.in suo thesau.recept.
14 sen. sub litera P. nu. 21. Cum. in cap. 30. Ritus nu. 18. † Quemadmodum idem ius statutum est in solutione canonis, quod etiam integrè est soluendum, vt probat Corbul. de caus. priua. ob non solu.cano.quæst.7.
15 Item † neq; puto, quòd ipse dominus possit petere partem Laudimii inuito ipso emphyteuta, sed debet agere ad integram quantitatem Laudimii, per ea quæ tradit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsu. 137. & hoc ne continentia causæ seu summæ diuidatur secundum Cum. in d. Cap.num. 17. vbi ait hoc procedere de iure communi parte opponente, & subdit cautelam vt petatur pars summæ tanquam debita ex maiori summa descendens per doctrinam Castren. in l. scire debemus nu. 6. de verb. obli-
16 gat. cui accedere vereor eo magis quòd ita seruatur in Praxi † Caueant igitur domini directi petere Laudimia excessiua, vel minimè debita, quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, vt aduertit Solso. in simili tract. cellu. 7. num. 5. vers. caueant. Ac etiam in foro fori possunt conditione indebiti ad illa restituenda conueniri, & condemnari iuxta ea quæ dicemus in præcedente parte sub Inspect. 50.

INSPE-

INSPECTIO VII.

Laudimium quo tempore petendum, & soluendũ sit.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium num possit peti feriarum tempore.*
2 *Feriarum tempore officium Iudicis conquiescit, & nu. 3. vbi ampliatur.*
4 *Feriatis diebus hebdomadæ sanctę an fieri possit iudicium.*
5 *Emphyteuta suspectus de fuga potest capi die feriato pro debito Laudimij.*
6 *Suspicio fugæ qualiter probetur, remissiuè.*
7 *Laudimiũ debetur statim sequuta traditione emphyteusis, & n 8. vbi declaratur.*
9 *Obligatus sine temporis præfinitione statim cogitur adimplere.*
10 *Dies tacita constituit in mora sicut dies expressa.*
11 *Consuetudo seruanda est quando Laudimium sit soluendum.*
12 *Consuetudo attenditur quando sunt soluẽdæ, pensio, decima, vel ius canonis.*
13 *Laudimium quando soluatur ex alienatione conditionali.*
14 *Laudimium non debetur pro declaratione nominis eius quem emptor in in contractu sibi associauerat.*
15 *Releuium quando soluatur.*

INSPECTIS à quibus, quibus, quare, & quid; debetur pro iure Laudimii, inspiciendum expedit quando illud petendũ, & soluendum
1 sit, circa primũ sic breuiter statuendum censemus, † quòd Laudimiũ nullatenus peti valeat feriarum tempore in honorem DEI inductarũ, quan-
2 doquidem † eo in tempore exercitium iurisdictionis est suspensum, iudicisq; officium conquiescit l. dies festos Co. de feriis ita omnes fateri testatur, Alex. cons. 53. nu. 8. vol. 5. quem sequitur Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defe. iurisdi. nu 131. Tessau. dec. 95. nu. 1. Suarez in l. post rem iudicatam D. de re iudic. in decla. l. regni exten. 4. nu. 1. fol. 567. Sur. in tract. de alime. tit. 8. priui. 2. nu. 9. Foller. in Prag. de cens. vers. quæ quidẽ executio nu. 11. inquit com. opin. Mara. de ordi. iudi. par. 6. de libell. obla. nu. 13. & 14. Paris. de Put. in tract. Synd. vers. feriæ fol. 138. † vbi hoc
3 etiam ampliat in causis summariè tractandis, † & hoc etiam procedere in
4 diebus feriatis in honrem DEI, qui tamen à Populo, & Clero non seruantur quales sunt dies hebdomadæ sanctæ fatetur fuisse decisum per Senatũ Pedem. Tessau. decis. iam dicta nu. 2. quamuis in cęteris feriis ob necessitatem hominum inductis, ac in eorum vtilitatem quæuis petitio, & executio fieri permittatur secundũ Vant. & Tessau. vbi supra Benè verũ est † quòd si
5 periculũ est in mora quòd emphyteuta debitor in iure Laudimii esset suspectus

spectus de fuga, tûc iure optimo die feriato capi potest pro executione instrumenti, vel rei iudicatæ secundû Glosam singularem in l. fin. Co. de feriis refert ita communiter teneri Maran. in d. par. actu 10. nu. 35. Caualc. dec. 1. n. 41. par. 1. Sur. in tract. de alime. tit. 8. priui. 2. nu. 12. Carauit. in
6 Rit. Neap. 80. nu. 3. Suarez in d. extens. in fine † Quæ suspicio quo pacto probetur plenissimè tradit Masca. in tract. de probat. con 455. & conc. 477. vol. 1. Circa secundum articulû Sola in com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. nu. 32. pag. 23. ex mente Amedei à Ponte docet nullû esse
7 stabilitum tempus, vnde Nos breuiter dicimus, quòd vna semel quòd † res emphyteutica alienatur, traditaq; est illius naturalis, ac actualis possessio nouo emphyteutæ obiter (si dominus nolit agere ad commissum) debetur Laudimium cùm statim ei fit acquisitû ius ita ex Frecc. probamus lib. 2.
8 de feud. nu. 7. fol. 177. Prospe. Pasc. con. 4. nu. 2. dummodo † quòd dominus nouum emphyteutam inuestiat de ipsa emphyteusi illumq; approbet,
9 vt volu t Bertra. cons. 3. nu. 33. par. 3. Quę suadentur † ex eo quia emphyteuta ipse simpliciter dicitur obligatus à lege ad Laudimii solutionē, absq; temporis præfinitione, & consequenter statim dicitur obligatus soluere l. in omnibus obligationibus D. de reg. iur. Craue. cons. 246. in princ. Se-
10 raphin de priu. iur. priuil. 1. nu. 23. & 42. & in priuil. 87. num. 6. Vnde † isthæc dies tacita a lege subintellecta ita interpellat, & constituit in mora ipsum nouum emphyteutam sicut dies expressa partium conuentione inita, vt per Corbul. de caus. priua. ob non solut. cano. amplia. 3. nu. 2. Item facit quia minus soluere diceretur ipse emphyteuta si tardius solueret l. si cui in fine D. de ver. signi. & sic ius domini efficeretur deterius, quòd esse minimè debet, ex communi sententia in l. iure naturæ D. de reg. iuris
11 Declaratur † tamen hæc proxima traditio non habere locum quando consuetudo oppositum seruaret scilicet in certo tempore Laudimiû solui debere, quia tunc ei locum esse arbitramur iuxtà ea quę diximus in hac ea-
12 dem parte Inspe. 6. nu. 5. cum seq. † Quemadmodum de soluenda pensione fatetur Gigas in tract. de pensio. quæst. 93. nu. 2. & in solutione decimæ meminit Rebuff. in tract. de decim. quæst. 12. nu. 3. & quæst. seq. nu. 52. & in iure canonis probat Corbul. de causa priuat. ob non solut.
13 cano. quæst. 8. † Sed quid dicendum si alienatio rei emphyteuticæ conditionaliter concepta sit, vtrum pendente conditione sit locus solutioni Laudimii, & dicimus quòd non, sed ipsius conditionis purificatio omnifariam expectanda est, iuxtà ea quæ dicemus (Deo fauente) in 2. parte
14 Insp. 16. † Sed an facta emptione emphyteusis pro se ac pro eo quē emptor declarabit, an Laudimium soluatur tēpore emptionis vel declarationis, & dicimus quòd tēpore emptionis, etiā si nullû esset expressû tēpus ad declarandum ex Sola in Com. Duca. Subaud. tit. de iure emphyt. glo. 1. nu. 11.

Quemadmodum

Quemadmodum in solutione Laudimii facienda conductori cuius condu-ctionis tempore celebratus fuit contractus alienationis rei emphyteuticæ, non autem secundo conductori licèt ipsi spectet onus inuestiendi nouum emphyteutam tenet idem Sola. in d. glo. nu. 40. ea ratione quia huiusmodi inuestitura explicationem prioris negotii concernit, vnde tempus illius attendi minimè debet, sed contractus, maximè cum Laudimium soluatur ratione contractus, & non eius quòd venit in consequentiam, secundum eum ibidem. Idemq; sentit Amed. in suo tract. de Laudi. quæst. 38. vers. quidam conduxerat, idemq; affirmare videtur Solso. in simili tract. tit. de Laude. dupli. col. 11. vers. vlterius quæro, dum admonet Laudimium deberi primo beneficiali seu arrendatario Ecclesię cum perceptione Laudimiorum cuius tempore fuit inita alienatio emphyteusis, non autem secundo beneficiali seu arrendatario cuius tempore emphy-
15 teusis effectiuè fuit tradita. Esset videndum † quo in tempore releuium soluendum sit pro rei feudalis translatione, sed quia non est meus principalis scopus, ideo ad Cap. Regni Regis Federi. 110. & Regis Martini 55. & quæ ibi scripsi me subiicio.

INSPECTIO VIII.

Laudimium qua in specie pecuniæ soluatur.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia si mutatur, de qua specie pecuniæ soluatur Laudimium.*
2 *Pecunia si fuit aucta cedit lucro creditoris.*
3 *Pecunia soluitur iuxta valorem temporis solutionis, & nu. 6.*
4 *Consuetudo potest inducere quòd fiat solutio de pecunia deteriori.*
5 *Pecunia si debetur ex forma legis, vel statuti attenditur tempus solutionis, non autem legis vel statuti.*

1 PRAESVPPOSITA varietate monetę † vtrum pecunia soluenda pro iure Laudimii præstetur iuxta valorem currentem tempore factę promissionis in primęua inuestitura emphyteutica, maximè quòd emphyteuta nouus vt plurimum inuestiri solet iuxta formam primęuę inuestituræ; An verò secundum ęstimationem tempore solutionis ipsius Laudimii, in hac Inspectione licet multa dici possent cùm maximus sit Doctorũ conflictus, attamen breuitati adherendo referam, quę sæpe in praxi hæsitari solent, nempè Laudimium esse soluendum, iuxta valorem pecunię currentem tempore promissionis, non autem solutionis, vnde vel ea

si repe-

si reperiatur præstari debet, vel eius valor attenta æstimatione illiùs tem-
2 poris † vt proinde augumentum superueniens tempore intermedio lucro
emphyteutarii creditoris cedat, secundum communem opin. quam post
alios amplectuntur, Benint. dec. 39. Suarez in lib. com. opin. sub litera M.
nu. 202. Couar. in tract. vete. collat. numisma cap. 7. nu. 5. Meno. cons.
49. nu. 7. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouissimè impressarum pag. 105.
vers. emphyteuta, & hoc iure vtitur Senatus Pedemontanus quauis diffi-
cultate circumscripta, teste Tesau. dec. 174. nu. 1. & nonnullos more suo
cumulat, Gabri. in tit. de solutio. quæst. 1. nu. 1. & 2. Vinc. Anna Sing.
348. quicquid senserit in iure canonis soluendo, Corbul. de caus. priua.
3 o non solu can. quæst. 10. † Restringitur tamen nostra principalis tra-
ditio nisi in primæua inuestitura esset conuentum vt solutio Laudimii fiat
in moneta currenti in Regno, quia tunc tempus solutionis attenditur,
Gratus cons. 13. col. pen. vers. item pro opinione lib. 1. quem sequitur
4 Gabr. d. conc. nu. 23. Quemadmodum idem † ius militat stante consue-
tudine quòd Laudimium possit solui de pecunia deteriori secundum tem-
pus solutionis, ad late collecta per Suarez d. l. num. 205. Gabr. d. conc.
5 nu. 39. † Idem si Laudimium fortè debetur domino ex forma statuti, vel
legis, nā tunc fieri debet de moneta, & valore currenti tempore solutionis,
non autem statuti vel legis conditæ, per ea quæ expendūt Gabr in d. tit.
6 conc. 5. Gigas in tract. de pensio. quæst. 98. nu. 2. † Idemq; erit tenen-
dum si in obligatione nulla sit constituta pecuniæ æstimatio, quia pariter
tempus solutionis inspicitur ex communi sententia quam ex Bart. expen-
dit Couarr. in d. cap. vers. octaua conclusio. aliàs secus vt per Bal. con.
213. num. 2. volu. 5.

INSPECTIO IX.

Laudimium qua actione petatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria datur domino ad consequendum Laudimium.*
2 *Ius exigendi Laudimium est reale.*
3 *Emphyteuta nouus tenetur etiam ad Laudimia præterita.*
4 *Immunitas concessa ab omnibus oneribus an extēdatur ad onus Laudimij.*
5 *Actio hypothecaria competit domino ex clausula apposita in inuestitura emphyteutica, quæ omnia &c.*
6 *Emphyteuta nouus, an teneatur ad census præteritos, & num. 7. vbi limitatur.*

F *Emphy-*

PRAECEDENTIBVS Inspectionibus dictum est domino solui debere Laudimium pro emphyteusis distractione, quærendum hoc
1 in loco necessarium fore putauimus † qua actione illud in iudicio petatur, & quamuis Guid. Pap. cons. 46. num. 3. dixerit nullum dari remedium domino pro Laudimii perceptione nisi quò ad commissum, attamen Nos breuiter respondēdo dicimus quòd domino datur actio hypothecaria siue realis contra quemcunq; possessorem ipsius rei emphyteuticę cùm emphyteusis sit pro iure Laudimii hypothecata, vt voluere Vinc. de Franc. decis. 430. in princ. par. 2. Amedeus à Ponte in simili tract. de Laudimio quęst. 45. vbi fatetur communem Meno. cons. 444. num. 18. 19. 21. & 34. vol. 5. Cassan. in Cons. Burgu. tit. des censes rub. 10. §. 1. num. 9. Rimin. Iun. cons. 1. num. 57. vol. 1. Solson in simili tract. cellula 1. num. 9. & 12. Idem Meno. cons. 297. nu. 1. lib. 3. non autem actio personalis secūdum Guid. Pap. in præcitat. loco, ratio secundum præcitatos, & maximè Meno. af-
2 fertur quia † ius exigendi Laudimiū sui natura ex iuris dispositione quoddam onus reale existimatur rebus emphyteuticis annexum, ex Oddo con. 4. num. 15. lib. 1. & num. 18. dum ait nimis onus graue esse, Amedeus in d. tract. quæst. 9. in fine, & in d. quæst. 45. circa princ. vnde rectè res ipsas afficit, & consequenter illarum possessores; Hanc eamdem sententiā
3 amplectitur † illam extendendo in Laudimiis præteritis causa aliarum alienationum emphyteuticarum, And. Tiraquell. de retract. lignag. §. 29. glo. 2. nu. 8. Idemq; affirmat fuisse iudicatum Vinc. de Franc. decis. prædicta 430. nu. 1. & 2. vbi etiam ait quod si priores emptores qui non soluerunt Laudimium, non fuerunt inuestiti de emphyteusi, tunc dominus directus non tenetur vltimum emptorem inuestire, nisi soluto per eū iure Laudimiorum suorū prædecessorū actione hypothecaria, quicquid dixe-
4 rint Petrus Iaco. & Guid. Pap. quos refert ipse Tiraquell. ibidem † Vnde ratione iam dicta suadente, immunis à quibuscunq; oneribus, tam perso-

nalibus, quàm realibus ob numerũ filiorum, vel ob aliam legitimã causam non censetur immunis ab huiusmodi onere reali Laudimium soluendi, vt scripsimus in hac eadem parte Inspe. 3. nu. 7. cum seq. Quæquidẽ nostra
5 veritica conclusio, † haud dubio sortitur effectus suos mediante generali hypotheca quæ vniformiter apponi solet in quibusuis instrumẽtis emphyteuticis sub illa clausula quæ omnia &c. quæ pro obseruantia conuentorũ in ipsis instrumentis apponitur, nam per eam ratione Laudimii datur hypotheca, quæ transit cum re ipsa ad quoscunq; possessores, Ita Amedeus d.
6 quæst. 45. in fine † subdens idem esse in perceptione iuris census vt possit pariter agi cõtra quemcunque possessorem emphyteusis etiam pro censu præterito non soluto, & hoc stante dicta hypotheca cui non grauabor cumulare pulchrè tradita per Afflict. & post eum Vrsill. in addit. ad eum dec. 95. Crauett. cons. 217. nu. 4. Tiraquell. de retra. lignag. §. 6. glo. 1. nu. 7. Folle. in prag. de cens. vers. huiusmodi nu. 113. & versic. tanquam res. nu. 28. Deciũ con. 199. nu. 5. & in l. hæredem nu. 2. & 4. D. de reg. iur. Arium Pinell. in l. 1. part. 2. fol. 186. in q. amplia. Co. de bon. matern. Corbul. de causa priuat. ob cano. non solu. quæst. 6. vbi etiam in nu. 6. cum seque. li-
7 mitando asseuerat † nisi ius canonis fuisset simpliciter promissum occasione rei emphyteuticæ citra assignationem canonis super ipsa re, vel cum tali assignatione ex qua ipsa res emphyteutica non sit hypothecata quandoquidem possessio seu prædium emphyteuticum non est tacitè hypothecatum pro iure canonis soluendo, ex communi relata per Velas. in tract.
8 de iure emphy. quæst. 4. nu. 6. & 7. † vel si emphyteutarius fuisset negligens in exigendo huiusmodi census præteritos nõ solutos à vetere emphyteuta, qui citra controuersiam poterant exigi, vt puta si administrando bona emphyteutæ debitoris poterat sibimet satisfacere, vel si fructu peruenerunt ad eum, tanquam procuratorem ipsius emphyteutæ, aut alio modo potuit dictos census exigere, quia tunc nouus possessor ad illos non tenetur, sed ipsi emphyteutario est imputandum, secundum Redo. de reb
9 eccles. non alien. sub tit. de const. annu. cens. nu. 63. & 64. fol. 106. † Vnum tamen notandum est quòd si in instrumento emphyteutico fuisset appositum pactum, vt pro canone consequendo possit exerceri executio contra quemlibet successorẽ ipsius rei ad emphyteusim concessæ, tunc procul dubio agi poterit pro canone præterito non soluto aduersus nouum successorem, vt docet Vrsill. in additionibus ad Afflict. d. dec. 95. in fine, quem
10 sequitur Corbul. dicta quæstio. in fine † Quæ autem sint probanda per agentem actione hypothecaria cõtra debitorem, vel singularem successorem vide Panciro. cons. 42. nu. 8. Io. Botta cons. 82. Mascar. in tract. de
11 probatio. conclu. 870. 198. & 456. † Et agens hypothecaria qualiter debeat probare debitorem principalem notoriè non esse soluendo, vt va-

leat se dirigere contra tertium possessorem bonorum hypothecatorum, absq; excusione scripsi plenè in meo tract. de Notorio parte 3. effectu 30.
12 Sed quid si † in inuestitura emphyteutica nulla extaret clausula operans hypothecam, quæ nam actio detur domino pro iure Laudimii exigendo? & respondimus quòd datur actio rei vendicatoria, vt sentit Corbul. de causa priua. ob aliena. in amplia. 27. nu. 3. & antea in limit. 13. num. 3.
13 † Quæ autem sint probanda per agentem rei vendicatoria habes, ex Caual. dec. 23. nu. 31. parte 2. Masca. in d. tract. conclu. 535. cum seq. &
14 conc. 1399. † Sed vt dominus directus faciliter consequatur Laudimium cautela est, vt in primæua inuestitura emphyteutica adiciat pactum, vt in casu alienationis emphyteusis statim ipsi domino sit soluendum Laudimium pro eius consensu aliàs ipse emphyteuta cadat à iure suo, & in locus reuocationi corporis, vel apponere pactum vt nouus accessor in emphyteusi teneatur via executiua se obligare domino soluere Laudimiū, cum stipulatione notarii, si ipse erit absens, & consequenter liberabitur à limine iudicii ordinarii, ac à dilationibus quæ fiūt à Causidicis malæ con
15 scientiæ † Quas hisce actiones haud dubio intentare poterit non solum ipse dominus seu eius legitimus procurator, sed etiam ipsius coniuntus per lineam ascendentem, & descendentem, iuxta doctrinam Ioan. de Arno. epit. 96. etiam sine mandato dummodo caueat de rato pro dicto domi 10 ex Hiero. à Lauren. dec. 24. Ludo. dec. Peruf. 110. num. 12. & dec. 49. num. 1. & 4. vbi etiam declarat d. ratum fieri debere infra decendium.

INSPECTIO X.

Fraus in iure Laudimij qualiter detegatur.

SVMMARIVM.

1 *Fraus non præsumitur nisi probetur.*
2 *Fraudās ius Laudimij amittit emphyteusim, & nu. 3. vbi redditur ratio.*
4 *Emphyteuta vel vasallus alienans irrequisito domino cadit à iure suo.*
5 *Fraus probatur si viliori pretio emphyteusis vendatur, & num. 6. vbi ampliatur.*
7 *Fraus detegitur si maiori pretio res vendatur.*
8 *Negans verum valorem priuatur iure suo.*
9 *Emphyteuta negans se esse emphyteutam, si conuincitur de mendacio an priuetur iure suo.*
10 *Fraus an præsumatur si emphyteusis pro parte vendatur, & donetur.*

Fraus

11 *Fraus qualiter præsumatur in iure Laudimij, relatiuè.*
12 *Denuntians non verum valorem, an priuetur à iure suo.*
13 *Dominus potest agere vt exhibeatur instrumentum alienationis rei emphyteuticę pro fraude detegenda.*
14 *Releuij ius occultans ad quid tenetur.*

FRAVS quandoq; committi solet inter veterem, & nouum emphyteutam tempore alienationis rei emphyteuticæ quò ad Laudimii solutionem domino faciendam, nam vt ait Solso. in simili tract. cellu. 1. nu. 32. in fine materia solutionis Laudimiorum est habilis, & disposita ac capax ad recipiendas varias fraudes ex probabilibus coniecturis reuincendas, ideò in hac postrema Inspectione de ea verba facere consentaneum
1 fore existimaui, & licèt † de iure fraus minimè præsumatur nisi speciatim per allegantem probetur, vt per Mascar. in tract. de probat. conclu. 814. nu. 2. & 6. vol. 2. nec commodè dari potest certa norma, cùm multiplices sit hominum (præsertim rusticorum) versutiæ, qui dominos directos in iure Laudimii fraudare nituntur, vt aiût Puteus de reintegra. feud. cap. 296. facta est concessio in fine, Solso. in tract. de Laudi. cellu. 1. nu.
2 32. in fine. Attamen breuiter me absoluendo dico quòd † dominus detegens fraudem huiusmodi procul dubio emphyteusis alienata ad eum deuoluitur, vt in specie tradunt, Goza. cons. 46. præsertim num. 7. Guid. Pap. dec. 171. num. 5. vers. si emptor & cons. 177. num. 2, vers. ne soluerentur, Tiraquell. de retra. lignag. §. 4. glo. 2. in fine, Aurel. Corbul. de caus. quib. emphyt. cadit à iure suo tit. de causa priua. ob mendaci. in fine
3 ratio † secundum addentem ad Guid. Pap. d. dec. sub littera D. est, quia proinde est ac si emphyteuta domino non denuntiasset alienationē ipsam,
4 idemq; tenet Amedeus à Ponte in simili tract. quæst. 50. † Quemadmodum emphyteuta ob alienationem irrequisito domino factam rem alienatam amittit, & pretium minimè recuperat, Corn. cons. 67. num. 16. vol. 2. sequitur Corbul. de causa priua. ob alien. amplia. 41. Ac vassallus etiam alienans feudum absq; domini consensu illud amittit ipso iure; etiam si ex necessitate adstrictus feudum alienaret ad latè collecta per Velasc. in
5 tract. de iure emphy. quæst. 38. num. 4. 5. & 9. † Quæ fraus nimirum detegitur si probabitur emphyteusim esse venditam viliori pretio quàm reuera vendita sit, vt nouus emphyteuta paucam Laudimii molem soluat, vt elicitur ex Guid. Pap. Tiraquell. Amed in simi. tract. quæst. vers. 4.
6 Corbul. in d. caus. priuat. ob menda. in fine. † Item si post celebratam venditionem pro certo pretio ante traditionem, emphyteusis minuatur, seu augeatur pretium in præiudicium domini, vt minus Laudimii consequatur, vel vt maius pretium soluat si ipse valet emere, vel præferri Tiraquell.

de retra.

de retra. lignag. §.1.glos.18.num. 57. Corbul. de causa priua. ob aliena. quæst.3.fol.136. Gozad.cons.47.num.7. Velas.in tract. de iure emphy.
7 quæst.8.nu.11.quia domino fuit ius quæsitũ pro iure Laudimii † Quemadmodum è contra si contrahentes maius pretium finxerunt, ideoq; dominus ea pretii magnitudine deterritus acceperit Laudimium, nam si postea ei innotescat minus fuisse pretium potest redire ad retractum rei iure prælationis, restituto ac deducto iure Laudimii, vel rem ipsam iure commissi capere, secundum Tiraquell.de retra.lignag.§.4. glo.2. in fine & affatim Corb.de causa priua. ob alien. ampli.20.quandoquidem dominus volens emere emphyteusim tenetur soluere pretium ab aliis inuentum, etiam si id excedit iustum commune pretium, nec tenetur emphyteuta minuere de pretio, nisi aliter fuerit conuentum in inuestitura emphyteutica, Salyc. in l. fin. nu. 3. Co. de iure emphyt. & affatim Corb. de causa priua. ob aliena.quæst.2.num.1.& 3.Solso.in simili tract.de Laude.in fine inferens propterea quòd non debet audiri dominus si prætendit sibi soluere Laudimiũ iuxta communem æstimationem quia vtens iure præla-
8 tionis potest suo dominio consulere, † Et quod negans verum valorem priuetur iure suo ita ex Cassanei sentẽtia infert Gabr.in tit.de acquir.
9 vel amict. possess. conclu.5.num.5. lib.5.com.conclus. † Quemadmodum ipse emphyteuta requisitus à domino vt canonem soluat, si negat se esse emphyteutam illius, & conuincatur de mendacio regulariter penam caducitatis nequit euitare, si tamen id scienter fecit, & à domino id postuletur, vt tenẽt Specula. in §. nunc aliqua quæst. 65. num.82.tit.de locato. Surdus in tract.de alime.tit.9.quæst.26.nu.71. Cuccus in tract.de mentie. circa de possessio.nu.106. Velas.in tract.de iure emphy. quæst.8.nu. 11.& quæst.38.num.14.& plenissimè ad materiam huiusmodi scriptum reliquit, Corbul.de causa priua. ob mendacium, cùm cautum sit in Can. omne 22.quæst.2. omne genus mendacii summopere fugiendum esse,
10 Item † detegitur fraus si in instrumento venditionis rei emphyteuticæ esset conuentum quòd si res vendita plus valoris esset quàm de eo quòd contentum est in pretio, id donatur emptori, dũmodo probetur per ipsum dominum dictum pactum fore adiectum in eius præiudicium, vt minus Laudimii ius accipiat, ita tenet Aymon Publi. in Consu. Aluer.in.tit. 16. art.5.num. 1. Amed. in d. quæst. 49. in fine vbi ait fraudem committi si per emptorem sit constitutum pretium centum aureorum, & alios centum aureos donet sub commemoratione etiam meritorum, quæ non probãtur; inferens ob id in solutione Laudimii rationem summæ donatæ
11 esse habendam.† Extant etiam nonnullæ præsumptiones ex quibus huiusmodi fraus posset detegi, & probari, quas hic recensere non curamus cum illas cumulat Amede. à Ponte in simili tract. quæst. 49. & tradit,

Masca.

12 Masca.in tract.de probat.conclus.815.vol.2. † Sed quæro vtrum emphyteuta, vel vassallus cum emisset rem emphyteuticam vel feudalem pro viginti, & in instrumento ipso venditionis apponere fecit paruum pretium causa fraudandi dominum in iure Laudimii, vel cum emisset pro decem in instrumento fecit apponere pretium viginti vt dominus carius habeat rem si eā retinere velit, cadat in commissum propter mendacium, & an dominus pro pretio in instrumento contento valeat vti iure prælationis, & rem retinere, Boer. in Cons. Biturig. sub tit. de la retenue des choses vendues §.2.glos. 2. docet quod res emphyteutica nullatenus cadit in commissum, si venditor deinde denuntiet domino veritatem, cum in denuntiatione debet esse veritas, nec potest dominus retinere iure prælationis pro pretio tantùm instrumenti si alio vero, & maiori pretio vendita fuerit, licèt in instrumento non expressum, si minori constet fuisse venditum,
13 & ait esse notandum cum sæpè contingat de facto; Sed † an dominus directus posit iudicis officio implorato cogere nouum, seu veterem emphyteutam vt exhibeat instrumentum acquisitionis rei emphyteuticæ, ad effectum probandi fraudem commissam in iure Laudimii sibi competens, & concludimus quòd sic, constito per dominum rem esse emphyteuticam, quia regulariter præsumitur allodialis, & libera, ita Amedeus à Ponte in d.tract.quæst.44. in princ.vbi nonnullos cumulat. De pena autem notariorum contractus releuii conficientium, si non denuntiauerunt Curiæ
14 infra mensem dictos contractus, † ac de pæna Comitum, Baronum, & Feudatariorum iura releuii occultantium; vide Cap. Regni Regis Petri sub tit. de notar. qui contract. releuii confece. quòd tenea. & hæc de ista prima parte dicta sufficiant.



DE



DE LAVDIMIO TRACTATVS

MAVRI BVRGII


IVRISCONSVLTI CLARISSIMI.

Pars Secunda



INSPECTIO I.

Num ex qualibet alienatione emphyteusis soluendum sit Laudimium.



SVMMARIVM.

1 *Laudimium regulariter soluitur ex quauis alienatione rei emphyteuticæ, non autem allodialis.*
2 *Ius exigendi Laudimium est conditionale.*
3 *Laudimium an soluatur si emphyteusis pro parte alienetur.*
4 *Emphyteusis si pluries eodem anno alienatur, an pluries Laudimium soluendum sit.*
5 *Releuium an debeatur ex alienatione rei feudalis.*
6 *Decima soluitur fisco pro feudi venditione, & ibidem quid in permutatione.*
7 *Decima non debetur ex alienatione bonorum demanialium non feudalium.*
8 *Decima num soluatur ex venditione feudi ex causa dotis.*
9 *Decima an debeatur pro alienatione feudi concessi ad francum allodium.*

Releuium



1 MEMORATVM ordinem insequendo, antequàm ad particularia deueniam, aliqua in præsenti Inspectione generalia prælibare decreui † quòd Laudimium ex quauis alienatione, seu cessione vtilis dominii quod habet emphyteuta in re emphyteutica regulariter soluendum est, siue fiat per contractus inter viuos siue in vltima voluntate tam titulo oneroso quàm lucratiuo, vt docent vnanimiter per illum textum Iuris Interpretes in l. fin. Co. de iure emphyt. cui regulæ accedunt Pet. Iaco. in sua pract. sub tit. de actio. in rem pro re emphyt. col. 7. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 23. in princ. Aluarus Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 32. num. 32. Guid. Pap. cons. 46. num. 1. Bertra. cons. 3. num. 1. parte 2. in prim. impress. & cons. 302. num. 1. par. 3. in 2. impress. Bursa. cons. 254. num. 4. lib. 3. Cepha. con. 699. num. 41. Solso. in simi. tra. quæst. 1. princ. num. 1. Zuccard. con. 66. nu. 70. Brun. cons. 44. nu. 11. Craue. cons. 215.

num.1.Rimin.Iun. cons.38. num. 38. & cons. 1.num.64. lib.1. Menoc. cons.226.num.166.& cons.297.num.1.lib.3. Ciracher. con. 12. nu. 7. vbi etiam subdit secus esse in alienatione allodialium, Amed. in simili tracta.quęst.42.dũ ait quòd generalitèr de omni iure quod est consolidatũ in persona emphyteutę si illud alteri quàm immediatè successuro transferatur
2 Laudimium esse soluendum, etiam si ageretur de iure quærẽdo. † Ius etenim exigendi, Laudimium est conditionale nempe si emphyteuta alienauerit rem emphyteuticam, vt considerauit Menoch. cons. 444. num. 40.
3 lib.5. † Et non solum dicta regula militat quando integrè alienatur emphy-
4 teusis, sed etiam si pro parte Socc. Iun. cons. 70. num. 8. lib.3. † Quinimmo si pluries eodem anno alienaretur, etiam per momentum dummodo quòd legitima subsequatur traditio, pluries tamen soluendum est Laudimium, vt scriptum relinquerũt. Amed. à Ponte in simili tract. quæst. 43. Prosp. Pase. con. 2. num. 7. & con. 3. num. 8. Solso. in simili tract. tit. 1. de forma loca. ad long. tem. num. 6. & 7. vbi hoc etiam declarat non procedere in successione emphyteusis pluries in eodem anno à morte emphyteutæ deuolutæ succedentibus à latere, seu ex linea extranea gradatim, sed solum vnicum Laudimium erit soluendum per vltimum hæredem, seu successorem, etiam si septimus, octauus, nonus, vel decimus, fuerit in ordine idemq; tenet in 1. cellu. num. 19. in fine. At quid concludendum
5 est † in alienatione rei feudalis num pro illius inuestitura nouus vassallus teneatur soluere releuium, in isto articulo maximus est opinionum conflictus, quandoquidem aliqui partem negatiuam amplexi sunt illud minimè deberi, vt sunt Io. Andre. in addit. ad Specu. tit. de præscript. vers. vidisti dictum Pet. Iaco. in tit. de act. in rem pro re feud. vers. sed hodie, Meno. con. 444. num. 16. vol. 5. nonnullos more suo congerit. Becc. cons. 2. num. 7. cum seq. contrariam partem (cui accedimus) tenuere. Cassan. in Cons. Burgu. tit. des retraictz. rub. 10. §. 10. num. 7. fol. 1346. & in tit. des censes §. 7. in princ. Guid. Pap. dec. 415. num. 3. Boer. in Consue. Biturig. tit. des coustumes des fiez. §. 7. glos. 2. vers. & omnes vassalli & in §. 3. glo. 1. circa princ. Frec. lib. 2. feudo. in 3. autho. num. 2. & 16. Cagno. in l. 2. quest. 82. vers. fin. Co. de pactis inter empt. & vendit. Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 5. cum seq. Gozad. cons. 65. num. 13. Idemq; videtur sentire Beccius dicto cons. num. 9. vbi ferè enumerat omnes consuetudines diuersarum prouinciarum circa huiusmodi solutionem, Guid. Pap. cons. 213. num. 5. vers. non debet Marcus decis. 368. num. 16. Tiraquell. de retra. lignag. §. 6. glo. 1. num. 10. Amedeus in tract. de Laudi. quæst. 3. Menoc. cons. 226.
6 num. 166. vol. 3. Quæ verissima nostra conclusio † intrepidè suadetur in hoc Siciliæ Regno ex Cap. Regni Regis Federici 28. tit. de alien. feudo. in quo

in quo ſancitum fuit quòd pro feudorum alienatione ſoluenda ſit decima
pars fiſco de pecunia venditionis ipſius feudi, vel ſi feudum in permuta-
tione deuenerit pecunia interueniente, quòd etiam de pecunia ipſa, decima
fiſco ſoluenda ſit. Idemq; ſentit Cumia in cap. ſi aliquem verſ. antiquis
num. 548. vbi ait feudum poſſe alienari in præiuditium agnatorum pro
7 ſoluenda decima fiſco, † niſi de venditionibus, & alienationibus bonorum
demanialium non feudalium, quia in illorum venditionibus nulla exigitur
Principis licentia, & per conſequens ceſſat ratio ob quã fiſco exſoluenda
eſt decima, vt fuit prouiſum per Regem Ioan. in Cap. Regni 79. ſub tit.
8 de ſolut. decimæ non facien. † Item neque ex adiudicationibus, ſeu ven-
tionibus feudorum ex cauſa dotis conſtituendæ, ſiue reſtituendæ ſoluenda
eſt decima, vſque ad vncias triginta quolibet anno, vt ſtatuit Rex Alpho.
in Cap. Regni 437. ſub tit. de non ſolue. decim. in adiudic. ſeu vendit.
feud. quamuis antea per aliud Capitulum 389. eiuſdem Regis nihil ad
9 votum Regni fuiſſet determinatum. † Rurſus nec minus exſoluitur de-
cima pro alienationibus feudorum merè, & ſimpliciter ad francum allo-
dium conceſſorum abſq; aliquo militari ſeruitio, vt per Regem Ioannem
in Cap. Regni 67. tit. quod pro alien. feud. Idemq; diſponitur de iure
communi, vt latè docet Amed. in ſimili tract. quæſt. 18. ex multis ratio-
10 nibus quas hic recenſere non curo nè alienum lucrar laborem, † Præterea
quandoq; pro feudorum diſtractione ſoluitur fiſco releuium, nempe ſi
Comites, Barones, & cæteri Feudatarii, comitatus, baronias, & feuda in
capite tenentes à Curia donationis titulo inter viuos, vel cauſa mortis, ſeu
diuiſionis prætextu ipſa feuda in filios, vel in alios eis ab inteſtato ſucceſ-
ſuros alienauerint, & ſequuta fuerit adeptio poſſeſsionis, quia tunc obiter
debetur releuium non expectata morte donantis, vel diuidentis, vt ſtatuit
11 Rex Federi. in Cap. Regni 110. ſub tit. de iure releuii † Rurſus debetur
releuium ſi aliqua ſucceſsio proueniret alicui ex linea tranſuerſali ex teſta-
mento, & per eum ſolutum fuerit ius releuii, iuxta Cap. Regni Regis Mar
tini 55. prope finem, nam ſucceſſores ipſius tranſuerſalis ex linea deſcen-
dentes, quomodolibet ei ſuccedentes ius releuii minime ſoluere tenentur
per lineam tranſuerſalem, ſed ſolùm per lineam directam, dummodò
quòd deſcendentes ipſi non ſint vocati ex diſpoſitione teſtamentaria, vel
inter viuos primi acquiſitoris, vt per Cap. Regni Regis Ioan. 66. ſub tit.
12 de iure releu. ſolue. per tranſue. Sed † limitatur in alienationibus feudo-
rum merè ad francum allodium conceſſorum citra militare ſeruitiũ, quia
tunc nullum releuii ius ſoluendum eſt, ex d. Cap. Regni Regis Ioan. 67.
13 † Declaratur tamen noſtra principalis traditio multis ex modis, & primò
non habere locum in alienatione, ſeu ceſsione neceſſaria, quæ fit ex legis,
vel iudicis neceſsitate inuito ipſo emphyteuta, ſed tantùm in alienatione

spontanea, quæ fit ab homine ex mera eius voluntate procedente, est communis scola, in l. & ideo D. de cond. furtiua, l. 3. & ibi Iaf. num. 48. Co. de iure emphyt. Cumia in cap. si aliquem de succell. feudo. vers. antiquis num. 239. Gabr. conf. 84. num. 10. quamuis oppositum teneat in num. 13. Brunus conf. feud. 44. num. 9. & 11. Stepha. Autre. in add. ad Cap. Tholos. 75. circa finem Cassan. in Cons. Burgu. des retraictz. rub. 10. §. 9. num. 3. fol. 1340. Tiraquell. de retra. lignag. §. 29. glo. 2. nu. 2. cum seq. Io. Sains. in Conf. Turon. art. 15. col. 2. vers. & pro hac materia Crauetta conf. 215. num. 3. & in con. pro genero num. 290. Bellacomba in 2. thom. com. opin. nouiter impressarum pag. 112. vers. & dicit Redo. de reb. eccle. non alie. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 20. Vinc. Anna Sing. 579. & Sing. 140. in fine Bertra. cons. 310. num. 2. parte 2. Asinius in tract. de execu. cap. 249. num. 1. Non. con. 28. num. 9. Prospe. Paset. con. 137. in fine Amed. in simili tract. quæst. 26. Ruin. cons. 159. num. 8. lib. 1. Rebuff. in tit. de præco. & licit. art. 3. glo. vni. num. 3. Decis. Auenio. 143. num. 2. Aym. Publi. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 6. num. 2. & in tit. 23. art. 20. num. 6. Sum-
14 ma Sylue. §. emphyteusis num. 28. vers. 4. parte 1. † Isthæc autem alienatio necessaria maioris est effectus, ac executionis, quàm voluntaria. Io. Dilect. de arte testa. tit. 8. caut. 2. in fine Nepita in cons. Cat. tit. 46. num. 10. Becc. con. 100. num. 6. Surdus in tract. de alimen. tit. 9. quæst. 26. num. 121. & quæst. 32. num. 12. Rimi. Iun. con. 481. num. 82. Socc. cons. 75. num. 5. lib. 4. Pinell. in l. 1. Co. de bon. mater. parte 3. nu. 49. Villalob. in tract. com. opin. sub litera A. num. 98. Io. Pet. Molligna. in tract. de appella. verbo. num. 32. Nouellus in tract. reg. sub reg. 102. num. 7. Rolan. à Vall. cons. 21. lib. 1. Sebast. Medic. in tract. cas. fort. quæst. 6. parte 1. num. 11. & 13. Alpha. collect. 594. plenè Simoncell. in
15 tra. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 5. † Quæ pariter militant, esto quòd expressè fuisset conuentum sub inuestitura emphyteutica, vt quouis modo emphyteusis alienetur vtique Laudimium soluendum sit, cùm huiusmodi conuentio de voluntaria, non autem de necessaria alienatione intelligatur, vt post Brunum & Craue. consuluit Rolan, d. cons. num. 16. Sola. in com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 37. pag. 33. licèt ipse perperam de hoc dubitet, At vendita emphyteusi edificare volenti magnũ ædificium ad decorem vrbis, vel oppidi tendens, iuxta dispositionem Prag. vnic. tit. 71. de priuil. ædific. palat. par. 1. licèt ex prædictis videatur dicendum Laudimio locum haud esse, ex quò venditio isthæc necessaria est, tanquam ab inuito facta, cogente d. prag. in eaq; cessat consensus domini directi, vt per Gab. cons. 92. num. 5. & 6. Corb. de causa priua. ob alien. limit. 30. Tamen oppositũ puto esse tenendum quò ad solutionẽ

Laudimii,

Laudimii, ex quo negari non potest quin respectu emptoris dicatur alienatio voluntaria respiciens principaliter eius priuatam vtilitatem, egeatq; noua inuestitura à domino, & d. pragm. intelligitur saluo iure tertii. Li-
16 mitatur † secundo nostrum principale pronuntiatum non habere locum, quando emphyteutę esset concessa libera alienēdi facultas absque domini licentia, quia tunc nec minus exsoluitur Laudimium, vt probatum reliquit Socc. Iun. cons. 70. num. 5. lib. 3. cuius opinio videtur corroborari ea ratione, quam diximus in prima parte Inspe. 5. quia Laudimium soluitur ratione consensus qui à principio fuit præstitus, & consequenter cessante causa videlicet consensu, cessat effectus scilicet solutionis Laudimii. Sed hanc limitationem prorsus adulterinam reputamus, cùm contra eam sit communis opinio ab eodem Soccino in meliorem sententiam conuerso in d. cons. nu. 11. & 27. in fine, quem sequitur alios cumulando Ame-
17 deus in simili tra. quæst. 14. vers. sed quicquid sit, † dicta enim facultas nil aliud operatur, nisi tantùm ne emphyteuta ipse alienans citra domini licentiam non cadat à iure suo, vt asseuerāt Cephalus cons. 191. nu. 21. & cons. 257. num. 31. lib 2. Anguisso. cons. 82 num. 25. & cæteros ad-
18 duxi supra in prima par. Inspe. 3. num. 36. † dummodò quòd alienatio non fiat in personas potentiores, & prohibitas in primęua inuestitura emphyteutica, neq; alienetur vti allodialis, vt voluerunt Ruin. cons. 143. num. 10. vol. 1. Corbul. de causa priua. ob aliena limi. 1. nu. 2. & 3. quòd verificatur si simpliciter alienaretur, nulla facta mentione rem esse emphyteuticam, secundum communem opin. quam post multos per eum col-
19 lectos sequitur Corbul. in d. caus. priua. amplia. 42. num. 8. † Rursus propter dictam facultatem alienandi, nouus emphyteuta non poterit se immittere in possessionem rei emphyteuticæ, sed opus erit, vt ab ipso domino ponatur in possessione, secundum Corbul. in d. num. 2. at Laudimium tali casu soluitur domino ratione nouæ inuestituræ, ac missionis in possessionem, ideo non est considerandum si primus emphyteuta poterat alienare irrequisito domino, sed an nouus emphyteuta indigeat noua inuestitura, & recognitione ipsius domini, vt considerauit Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 23. vers. sed quid. Argumentum quod non sit necessarius consensus domini, negatur esse verum sic absolutè, & simpliciter, quia non est necessarius à principio nec ad effectum prælationis sed (vt dixi) post contractum ad effectum recognitionis, ac approbationis noui
20 emphyteutæ, † Limitatur tertiò principalis nostra traditio non procedere, si alienatio isthæc esset facta inter ipsos coëmphyteutas sub primęua inuestitura comprehensos, ad quos post mortem alienantis ipsa emphyteusis alienata immediatè peruentura est, quia tunc siue translatio rei emphyteuticæ fiat gratis, siue pretio, aut per viam concessionis, renouatio-

nis,

nis, aut confirmationis, semper immunis est qui inuestitur à solutionē Laudimii ex à Ponte in simili tract. quæst. 12. vers. quinimmo & vers. quò autem. Ibidem subdens idem ius seruari etiam si alienatio fiat in alios nō successuros, qui sint de comprehensis sub inuestitura, etiam si fiat in remotiorem agnatum, & in quæst. 42. in fine id extendens in iure quęrendo, & tradunt Gabr. cons. 84. nu. 6. lib. 1. conciuis meus Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis num. 238. de success. feudo. Socc. Iun. cons. 70. nu. 27. lib. 3. Summa Sylue. §. emphyteusis num. 28. par. 1. Rimin. Iun. con. 1. num. 54. & con. 579. num. 3. Craue. cons. 464. num. 2. Cannet. in cap. volentes de alien. feudo. fol. 84. num. 1. vbi ait esse clarissimi iuris, & ple-
21 nè Cephalus cons. 27. lib. 1. Ratio secundū eos affertur † quandoquidem inter eos quæuis alienatio rei emphyteuticæ quolibet titulo inita censetur concessa, etiam irrequisito domino cui rationi non grauabor addere Bart. in l. qui Romæ §. duo frates & ibi Castrens. Alexa. Ias. qui communem refert & Maria. Socc. num. 136. cum seq. D. de verb. obliga. Ruin. cons. 113. num. 1. & 9. & cons. 159. ante num. 7. lib. 1. Gabr. cons. 88. nu. 17. Clar. in §. emphyteusis quæst. 14. testatur etiam communem in praxi tenendam post multos per eum citatos Machell. patroc. 23. num. 6. Port. Imol. cons. 145. num. 18. Corbul. de causa priua. ob alien. lim. 6. & limi. 7. num. 3. Bal. con. 300. vol. 2. dum ait quòd non videtur alienatum quod in linea seu agnatorum corpore conseruatur, Bellacomba in 2. tho. com.
22 opin. nouissimè impressarum pag. 108. vers. emphyteuta † etiam si emphyteuta expræssè promisisset domino non alienare eo irrequisito, cùm talis promissio ad alienationem faciendam in extraneos sortitur effectus suos, non autem inter ipsos emphyteutas, secundum Corbul. d. limit. 6. num. 5. Cepha. con. 104. num. 12. & cons. 257. num. 10. esto quòd compræhensi sub inuestitura sint potentiores, Rimin. Iun. con. 368. num. 92.
23 quicquid dixerit Petra. de fidei com. quæst. 3. num. 34. † Corroborantur præmissa quia isthęc alienatio quædam refutatio potius dici consueuit quàm verè alienatio, vt probatū relinquerunt Rolan. cons. 41. & 64. lib. 2. Tiraquell. de retra. ligna. §. 32. glo. 1. num. 45. & 54. Cepha. con. 199. num. 30. Brun. cons. 119. num. 23. Guid. Pap. dec. 411. num. 2. Amed. in d. vers. quo autem Alex. cons. 190. num. 10. lib. 2. Corn. cons. 24. litera O. vol. 2. testatur esse communem, & veriorē opinionem Corbul. d. limit. 6.
24 num. 4. vbi tres pronuntiat rationes; Item † facit illud axioma quòd filii, & nepotes ac cæteri compræhensi in primæua inuestitura emphyteutica dicuntur habere emphyteusim stipulatam ab eorum prędecessore pro eis, à domino directo, seu Ecclesia concedente, non autem ab eorum prædecessore, Bursa. cons. 137. num. 28. Couarr. in 2. lib. var. resolu. cap. 18. num. 2. vers. tertia conclusio, quem sequitur Corbul. de causa priua. ob

aliena.

25 aliena. quæst. 7. num. 9. † Et idem ius statutum est in feudalibus, nam si feudum alienatur in agnatum qui successurus est immediatè, regulariter non soluitur releuium, vt ad partes disputando concludit Afflict. lib. 2. feudo. tit. per quos fiat inuest. num. 50. in fine; sed per Cap. Regni Re-
26 gis Federic. 110. tit. de iure releuii † si Comites, Barones, & alii feudatarii comitatus, baronias, & feuda in capite tenentes à Curia, donationis titulo inter viuos, vel causa mortis, seu diuisionis causa, ipsa in filios, vel in alios eis ab intestato successuros, alienauerint; si quid pleno iure adeptus possessionem ipsorum ex causis prædictis, illico ius releuii Curiæ de-
27 bitum soluere tenentur, non expectata morte donantis, vel diuidentis; † Releuium autem qualiter sit soluē: ū habes ex Cap. Regni Regis Ioa. 66.
28 † Quid si alienatur emphyteusis per vltimam voluntatem, an debeatur domino Laudimium videtur dicendum quòd sic, quia alienationis verbo non solùm continentur quæ fiunt inter viuos, sed etiam si in vltima voluntate, Viui. dec. 245. num. 5. lib. 2. sed quòd non sit soluendum Laudimium ait Additio ad Pet. Iaco. sub tit. de act. in rem pro re emphyte. col. 12. sub litera A. fol. 12. sicuti per huiusmodi alienationem emphyteuta caducitatis laqueo haud incurrit, ad latè collecta per Corbu. de causa pri-
29 ua. ob alien. limit. 14. in princip. Talis enim † alienatio dicitur dependere ex causa necessaria, & non ex liberalitate, aliàs non esset cuicunque volenti de rebus suis disponere liberum arbitrium, quod in vltimis voluntatibus debet esse l. 1. Co. de sacrosan. eccles. & tradunt Pet. Iaco. d. loco Alex. cons. 189. num. 9. lib. 2. & pro necessaria alienatione nullum ius
30 Laudimii soluitur, vt prædixi in num. 13. †. Quòd tamen intelligimus militare quando emphyteusis relinquitur personis aliàs successuris ab intestato, secus autem si extraneis quia tunc habet locum argumentum supra formatum secundum Paridem de Puteo de reinte. feudo. fol. 59. col. 4. num. 21.

INSPECTIO II.

Vtrum ex venditione soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Venditio est species alienationis.*
2 *Laudimium debetur ex venditione emphyteusis.*
3 *Laudimium an soluatur si emphyteutæ sit concessa facultas alienandi.*
4 *Emphyteuta non cadit à iure suo alienans ex domini licentia.*
5 *Dominus promittens emphyteutam non expellere, qualiter intelligatur.*

Laudimium

Laudi-

39 *Laudimium an sit soluendum si emphyteuta vendat emphyteusim cum consensu domini, & num. 40. vbi declaratur.*
41 *Dominus per receptionem canonis, an censetur remisisse Laudimium.*
42 *Dominus recipiendo canonem an censetur remittere caducitatem.*
43 *Ratificatio inducitur ex perceptione census.*
44 *Laudimium an debetur ex emphyteusi vendita simul cum vniuersitate bonorum, & num. 45. vbi declaratur.*
46 *Laudimium an debeatur ex venditione emphyteusis facta ab extraneo promittente de rato pro emphyteuta.*
47 *Alienatio rei alienæ non afficit dominium veri domini.*
48 *Emphyteusis concessa per procuratorem domini, an domino non ratificante cadat in commissum ob canonem non solutum.*
49 *Laudimium an sit soluendum ex emphyteusis venditione facta per extraneum, ratificata per emphyteutam.*
50 *Laudimium an soluatur ex venditione emphyteusis simulata.*
51 *Emphyteuta an cadat à iure suo ob venditionem simulatam.*
52 *Instrumentum simulatum non est instrumentum.*
53 *Simulatio venditionis quo pacto probetur, remissiuè.*
54 *Simulatio per quem debeat probari, relatiuè.*
55 *Laudimium an debetur si vendatur emphyteusis pro libera, & sequuto casu molestiæ sit translata in venditorem.*
56 *Laudimium an debeatur ex venditione rei emphyteuticæ effectæ fiscalis.*
57 *Laudimium num soluatur ex constitutione procuratoris facta ad vendendum emphyteusim.*
58 *Consuetudo potest inducere, vt Laudimium ex venditione emphyteusis non soluatur.*
59 *Laudimium an debeatur ex renouata venditione.*

1 VISIS generaliter præmissis ad particularia me confero, & quia † inter alienationis species venditio primum obtinet locum, secundũ Redoa. de reb. ecclesi. non alien. rub. 1. vers. appellationis quoq; in princ.
2 Ideo primo loco inspiciendum conuenit † num ex pretio venditionis rei emphyteuticæ sit soluendum domino Laudimium, & quidem affirmatiuè respondemus, ex Glo. communiter recepta in l. fin. Cõ. de iure emphyt. vbi Bal. num. 1. & ita exclamant Cepha. cons. 699. num. 41. lib. 5. Nauar. in tract. de vsur. num. 93. glo 8. & in eius summa cap. 23. num. 65. Solso. in suo tract. de Laudi. prælu. 4. num. 1. & in quæst. 1. prin. num. 1. Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouiter impressarum pag. 112. vers. Laudimium non solùm, Redoan. de reb. ecclesi. non alie. quęst. 11. in princ. & num. 3. Aluar. Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 29. num. 16. in

H princ.

princi Guid. Pap. conf. 46. num. 2. par. 1. Burſa. conſ. 254. num. 4. lib. 3.
Bertra. conſ. 123. num. 1. par. 1. in ſecu. impre. Bertaz. conſ. ciuili 46. nu. 6.
3 vol. 1. † Quod pariter militat eſto quòd emphyteutæ ſub primæua inue-
ſtitura fuiſſet conceſſa à domino facultas alienandi, & vendendi ius ſuum
cui voluerit cum clauſula ad habendum, ſecundum communem opinio-
nem quam ſcriptam reliquit Socc. Iun. conſ. 70. num. 11. & poſt nu. 27.
vol. 3. ratio eſt quia ſolutio Laudimii ſit propter nouam inueſtituram, &
ob id non eſt conſiderandum ſi primus emphyteuta potuit vendere domi-
no irrequiſito, vel non, ſed ſolùm an nouus acquiſitor opus habeat noua
inueſtitura, vel recognitione domini, vt voluit Clarus in §. emphyteuſis
4 quæſt. 23. verſ. ſed quid. † Item per illa verba non intelligitur facta remiſ-
ſio Laudimii, neq; vt emphyteuta valeat propria authoritate introducere
emptorem in poſſeſſionem emphyteuſis, ſed debet requirere dominum
vt illum in poſſeſſionem ponat, & vt poſsit alienare impunè irrequiſito
domino, vt poſt multos per eum citatos docet Corbulus de cauſa priua.
ob aliena. amplia. 2. num. 5. 7. & 9. teſtatur communem Catroc. in tract.
loca. & condu. tit. de iure emphyt. quæſt. 1. num. 2. in nou. impreſſ. Redo.
de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 11. num. 16. verſ. ſed quid. Quemadmodũ
5 † promiſsio generalis facta per dominum de non expellendo emphyteu-
tam, intelligitur emphyteuta canonem ſoluente, ac ſeruante ea ad quæ te-
netur ex natura contractus emphyteutici, ſecundum Corbul. de cauſa
6 priua. ob non ſolut. cano. amplia. 2. † Sed quid ſi eſt facta venditio, non
tamen deuentum eſt ad traditionem emphyteuſis, nec ficto, neq; vero
modo traditionis, num ſit locus ſolutioni Laudimii? videtur affirmatiuè
reſpondendum ſtante pacto quòd vniformiter ſolet apponi in inueſtitura
emphyteutica vt in caſu venditionis rei conceſſæ ſit ſoluendum domino
Laudimium per tex. in l. iuris gentium §. prætor ait D. de pactis, neque
lex fin. Co. de iure emphyt. quæ eſt cauſa materialis ſolutionis Laudimii,
loquens de venditione emphyteuſis aperit neceſſariam eſſe traditionem,
ideo cum hoc non exprimatur ſtandum eſt ſimplici iuris, vel hominis diſ-
7 poſitioni; ex eo præcipuè quia † venditio ſatis dicitur contracta cum effe-
ctu, ſi pure facta eſt, quia ſolo contrahentium conſenſu perficitur, ante
traditionem perfectione eſſentiæ, vt docet Imperator Iuſtini. Inſtit. de ob-
lig. que ex conſe. in princ. & conſequenter Laudimium ex tali venditione
debetur, vt nuncupàtim voluerunt Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2.
num. 48. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 11. num. 22. datò quòd
verteretur lis inter emptorem, & venditorem ſuper rei traditione, ſecundũ
8 Tiraquell. ibidem. † Item licèt emptor non ſit dominus, ante traditionem
tamen ſi venditor facultatem habet tradendi rem venditam, cogi poteſt
manu militari, & per multas ad illius poſſeſsionem actualem tradendam

ipsi emptori, nec liberatur præstando interesse, vt voluit Glo. communiter approbata in l. ex empto in princ. D. de empt. & vendit. & §. pretium Instit. eo. quam Glosam ait esse meliorem de corpore iuris Aret. ibi eo maximè accedente, si venditio fuit celebrata dum consensu domini, vt per Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 14. num. 12. & negari non potest
9 quòd † venditio dicitur perfecta quamuis res non sit tradita cùm de pretio fuit conuentum, Caualc. dec. 7. num. 5. parte 2. Oppositam verò sententiam quòd Laudimium non sit soluendum putamus veriorem, quia verbum vendere cum effectu est accipiendum, l. prima D. quod quisque iuri Cap. relatum de cleri. non reside. nec dicitur perfecta ante traditionem, §. venditæ Instit. de rerum diuis. fatetur hanc esse communem opi-
10 nionem, Rimin. Iun. cons. 285. nu. 13. & 14. vbi multos cumulat † Neque emphyteuta tali casu priuatur iure suo alienationem huiusmodi faciens inconsulto domino, vt tradunt Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. num. 43. inquiens vniuersam propo scribentium cohortem, ita tenere communem testatur Alex. in l. si a me num. 4. D. ad l. falci. Socc. Iun. in l. filiusfamilias §. diui num. 87. D. de legat. 1. Nepita in Cons. Cat. tit. 42. num. 25. & ab ista opinione non esse in consulendo, & iudicando recedendum fatetur Corbul. de causa priua. ob aliena. limit. 38. num. 1. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 13. vers. sed nunquid Negusant. in tracta. de pigno. memb. 3. par. 2. num. 79. Rolan. cons. 51. num. 21. vol. 2. Gab. cons. 83. num. 13. lib. 1. Boer. dec. 112. num. 5. Surdus in tract. de alime. tit. 9. quæst. 26. num. 65. & quæst. 16. num. 67. & 68. vbi etiam subdit nec commisso locum esse ob expositionem emphyteusis vti venalis, Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 38. num. 10. Gomes in l. 45. tauri. num. 94. Ficha. in 2. tho. com. opin. nouissimè impræssarum pag. 109.
11 vers. emphyteusis, nonnullos cumulat Alpha. collect. 120. † ratio est quia alienatum non propriè dicitur quod ad huc in dominio venditoris remaner, sed quod plenè, & irreuocabiliter alienatum & traditum est, secundum Tiraquell. de retra. conue. §. 2. glo. vnica num. 9. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 59. Opizo in l. filiusfamilias §. diui num. 66. de leg. 1. & in indiuiduo quòd ex emphyteusi vendita non dum tradita nullũ ius Laudimii soluendum sit, asseuerant Bodeus in §. emptio sub litera N. Instit. de empt. & vendit. Celsus Hugo. cons. 60. num. 16. & 23. quia ante traditionem alienatio non dicitur perfecta, neque consum. ta, vt docent vna voce Doct. in l. traditionibus. Co. de pactis, vnde inquit Bal. in l. ea lege nu 3. Co. de consi ob causam quòd si transferatur dominium solo pacto, obligatio dandi non reperiretur in rerum natura, quæ causauit posses-
12 sionem à dominio. Declaratur † tamen nostra sententia, quando instrumentum venditionis sit factum in domo, seu fundo alienato (& sic in

 conspectu

conspectu rei venditæ) accedente clausula dedit vendidit, & tradidit; quia tunc in emptorem transfertur dominium, & possessio ipsius rei, secundũ Corbul. in d. li. nu. 40. & nouissimè nonnullos adducẽdo firmat Carroc. in tract. loca. & condu. tit. de iure emphyte. quæst. 3. in nouis impræss. quia per dictam clausulam probatur possessionem fore traditam ob rei
33 conspectum, quæ præsentia præsumitur; Roma. cons. 509. Item quæro † quid si in contractu venditionis fuisset adiecta clausula constituti, vel precarii, vel facta retẽtio vsusfructus inscio domino, numquid isthæc traditio possessionis sufficiat vt dominus valeat exigere ius Laudimii ab emptore antequàm actualem possessionem nanciscatur, & concludimus quòd non, sed exigitur vera ac actualis traditio, & assecutio possessionis, quemadmodum in facti contingentia asserunt fuisse decisum Marc. dec. 570. num. 2. par. 1. Guid. Pap. dec. 101. num. 3. Becc. cons. 2. num. 2. Solso. in simili tract. cellu. 7. num. 23. vers. quare & in tit. de Laude. dupli. col. 4. vers. sed quid; vbi fatetur hoc esse verissimum ex Ripa in primo respo.
34 num. 20. cum seq. lib. 1. Sicut † nec minus per huiusmodi venditionem emphyteuta pœnam caducitatis plectitur, Corbul. de causa priua. ob aliena. amplia. 30. num. 3. Tiraquell. de iure const. limi. 26. num. 2. Nepita in Cons. Cat. tit. 42. num. 26. idem sentit Velas. in loco proximo citando Negusa. in tract. de pigno. in 3. mem. 2. par. num. 79. Martil. sing. 412. qui enim fictè tradit, verè non dicitur fecisse quicquid potuit, Corroboratur principale dictum eo axiomate quia Laudimium debetur domino pro labore inuestituræ, ponendo nouum emphyteutam in possessionem rei venditæ, vt diximus in prima par. Inspe. 5. At cùm in constituto, vel alio ficto modo traditionis, iste labor domini non interueniat, sequitur meritò Laudimium minimè deberi vt in specie fatẽtur Tiraquell. de iure const. par. 3. limit. 27. (licèt aliter sentiat de Consuetudine Regni Franciæ) plenè Redoa. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 8. cum seq. vbi etiam ait idem esse si venditor retineat vsumfructum rei venditę, Item etsi dictæ clausulæ sint translatiuæ dominii, & possessionis in bonis allodialibus, non tamen operantur eumdem translactionis effectum in bonis emphyteuticis, in quibus alium in dominum recognoscimus vt per Solso. in d. col. quamuis oppositum teneat Velas. de iure emphyt. quæst. 14. num. 10. licèt in præsenti articulo
35 prima facie totum oppositum videtur respondendum, cùm † ex constituto, vel retentione vsusfructus, transferatur realis ac vera possessio existens penes constituentem licèt ficto transferendi modo, vt placuit Aemil. maria in add. ad Berta. vers. dominium transfertur num. 1. fol. 100. fatetur communem opin. à Valle con. 93. num. 22. vol. 3. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 27. Chache. dec. Pedem. 35. nu. 2. & dec. 133. num. 6. Tiraquell. de

conſtit.par.1. num.2. Teſſau.dec.48.num.4. Ludo. à Pegue.in dec.crim. 48.num.8. Rolando de lucro dot.quæſt. 75. num. 26. Corbulo de cauſa priua.ob aliena.ampli. 30. in princ. vbi nonnullos refert de communi teſtantes Ludo. dec. Peruſ.29.num.6. Iul.Clar.in §.feudum quæſt.31.verſ.
16 ſed quid † Sed an ex venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem debeantur Laudimia, Pet. Iaco.in tit.de act.in rem.pro re emphyt. quæ cecid. col.8.verſ. item ſi ex pacto & col.15. verſ. in omni translatione ſimpliciter tenet quòd non, quem ſequitur Guid. Pap. dec. 48. idem tenet Franc.Marc.dec. 572. par. 1. & ſentit Tiraquell. de retra.
17 conue.§.2.glo. vni.num.17. † quòd quando res venditur ſub pacto prædicto non cenſetur res vendita, & à venditore receſſiſſe, ſed adhuc in pa-
18 trimonio ipſius remanſiſſe, † Nos autem præſentem articulum determinantes, duos caſus conſideramus, quorum primus eſt quando pactum fuit appoſitum ab initio verbis directis ipſo iure reſolutiuis, Secundus verò quando eſt appoſitum verbis obliquis, ſeu dubiis, Primo enim caſu nulla deberi Laudimia putamus, & in caſu huiuſmodi cenſemus procedere tradita per Pet. Iac. & ſequaces vbi ſupra, vt docent in terminis Bal. in l. ab emptione col. vlti. D. de pactis Amed. in ſimili tract. quæſt. 37. verſ. diſtinguunt vbi fatetur ita fuiſſe deciſum per Senatum, Solſo. in ſimili tracta.cellu. 10. num. 1. cum ſeq. ea potiſsima ratione, quandoquidem mediante dicto pacto, exinde eueniente conditione obiter & ipſo iure contractus reſoluitur, ac dominium rei venditæ in venditorem transfertur abſque aliquo traditionis adminiculo, ſeu retrouenditionis, & contractus ipſe pro infecto habetur, vt planum eſſe meminit Tiraquell. de retra. con-
19 ue.§.1.glo.7.num.3. 4. 5. & 16. & in glo.2.§.6. num.2. in fine † Prout tali in caſu emphyteuta ſic alienando non priuatur iure ſuo, ad plenè collecta per Corbul. de cauſa priuat. ob alien. limit. 34. Tiraquell. d. glo. 7. num.4. Secundo verò caſu quando pactum legis commiſſoriæ fuit appoſitum in contractu verbis obliquis, vel dubiis, & tunc iure optimo fatemur quòd dominus poſsit agere ad conſequendum Laudimium, quia ex ipſis verbis ipſo iure transfertur dominium ſicut ex verbis directè con-
20 ceptis, vt probat idem Tiraquell. in d.glo. 7.num. 17. † Et itidem dicimus quando pactum iam dictum eſſet in itum verbis directis, dummodo ex interuallo poſt contractus publicationē, re integra fiat, vt poſt Guglie. de Cuneo ſcripſit Tiraquell. in d. glo. 2. num. 8. verſ. ſi verò & num. 9. vbi ait quòd tunc debetur domino vnica tantum Laudimii præſtatio ratione contractus, ex quò iam erat ius quæſitum, non autem ratione diſtractus;
21 Super Solſo. in præcit. cellu. num. 3. † Quemadmodum in caſu huiuſmodi emphyteuta alienando non excuſatur à caducitate, ſecundum Corbul. de cauſa priua. ob aliena. ampli. 28. Carro in tract. loca. & condu.

ſub

22 sub tit. de iure emphyt. quæst. 9. num. 2. † Sed quid si fieret isthæc resolutio per modum noui contractus, idest tanquam alia venditio non autem tanquam resolutio prioris, an debeatur Laudimium, & dicimus quod sic, vt de vtraque illud soluendum sit, si fuerit processum ad traditionem ex priori, quia opus est retraditione, sunt verba Tiraquelli de retra. conuent.
23 §. 6. glo. 2. num. 9. in fine † Pactum enim legis commissoriæ, vel addictionis in diem tunc admittimus nuncupari verbis directis appositum, si dicatur, nisi pretium sit solutum infra tale tempus emphyteusis sit inempta, Negusa in tract. de pigno. par. 4. num. 1. Tiraquell. de retra. conuent. §. 1. glo. 7. num. 14. verbis autem obliquis, & inflexis tunc dicitur, quando verba non important retranslationem dominii ipso iure in venditorem, sed requiritur retraditio & sic factum hominis, secundum Fanum vbi supra, & idem est si fuisset dictum reuertatur, redeat, pertineat, & similia
24 Tiraquell. in d. glo. 7. num. 17. Sed quia † in princi. huius articuli meminit de pacto incontinenti apposito, relatiuè de eo verba faciam me remittendo ad tradita per Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de cohere. contra. fol. 160. in nouis impræss. & in tit. de iure emphyt. quæst. 9. fol. 91.
25 Quid † si emphyteuta primò vendidit mobilia affixa in re emphyteutica, & postea tegulas, ac tigna, & cætera ligna dictæ rei, taliter quòd remanet solummodo solum, & parietes, quæ postea alio venduntur pretio, vtrum pretium dictarum rerum mobilium prius venditarum debeat computari in solutione iuris Laudimii, & dicimus quòd sic, si in fraudem domini hoc factum fuerit, vt in facti contingentia decisit Boer. dec. 230. vbi allegat rationes quas hic recensere non curamus ne alienum videamur lucrari laborem quem sequitur Solso. in simili tract. cellu. 2. num. 20. secus autem si dicta fraus cessaret, quia proculdubio Laudimium non debetur de bonis prædictis mobilibus, vt fatetur Celsus Hugo cons. 60. num. 27. vbi subdit rationē quia emphyteusis in rebus tantùm immobilibus consistit, idemq; asseuerant Sola in com. Ducat. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 27. & 28. pag. 32. Iaco. in tract. de roydis num. 35. Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 7. num. 87. dum ait quod si immobilia, & mobilia simul vendantur, quòd Laudimium soluitur pro rata tantùm immobilium à Ponte in
26 simili tract. quæst. 7. circa medium. Pone † quòd nouus emphyteuta postquam emit emphyteusim, in eodem emptionis & venditionis instrumento, vel paulopost donat venditori aliquam pecuniarum summam ob merita ipsius venditoris, num emptor ipse cogitur soluere Laudimium etiam ex dicta summa donata, hanc quæstionem ponit Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 18. num. 19. & eam affirmatiuè determinat, quia donatio ipsa censetur facta contemplatione ipsius venditionis, ac est accessio pretii ipsius venditionis, & ideo Laudimiū domino soluendū est, nisi

emp tor

emptor probaret ea merita interuenisse (quæ merita qualiter probentur vide in meo tract. de Notor. o par. 3 effectu 56.) ac etiam est consideranda emphyteusis vera æstimatio, an ei conueniat illud primum pretium sine additamento alterius, secundum Tiraquell. d. loco cum quo concordant Redo. de rebus eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem nu. 28. Solso.
27 in simili tract. de Laudi. gelu. 1. num. 4. Sed quid è contra † si emphyteuta vendidit pro certo pretio rem emphyteuticam, & in eodem instrumento venditionis esset adiecta clausula quòd si plus valeret res illud plus dedit, & donauit emptori in ea summa in qua forte verificaretur donatio, esset soluendum Laudimium, & puto quòd non ex Amedeo in d. quæst. 30. vers. ego pro de, dicit illa non sit vera, & propria donatio, nec ex mera liberalitate procedens, sed quia plus venditor de re vendita consequi nequit, vt scripsit Mozzius in tract. de contra. sub tit. de donat. rub. 1. nu. 6. Ruin. cons. 107. num. 17. vol. 1. Rimin. Instit. de donat. in rub. num. 25. Seraphin. de priui. iura. priuil. 83. nu. 106. & 109. vbi ait istam clausulam potius præsumi adiectam per tabelliones à se ipsos quàm à parte contrahente, quòd tamen admittimus, dummodo dictum pactum seu donatio non fiat in fraudem domini vt minus Laudimium consequatur, aliàs secus, vt dixi in prima parte Inspect. v. in nu. 10. & isto in casu puto militare opinionem Solso, in simili tract. gelu. 1. num. 5. vbi voluit locum esse solutioni Laudimii, cùm nihil venditor videatur donare, & si quid donat donum illud assumit naturam rei venditæ, in cuius alienationis instrumento
28 ipsa donatio accessoriè fit, scilicet præexistente dicta fraude †. Præterea quæro an si emphyteusis sit vendita, & tradita emptori, qui ante pretii solutionem non longo interuallo interiecto, veteri ære alieno oppressus, agnoscens emphyteusim emptam minimè soluere posse, eam alteri vendiderit, an etiam ex huiusmodi venditione debeatur Laudimium quemadmodum ex priori, videtur quidem negatiuè respondendum, prout in indiuiduo respondit Folle. in Prag. de cens. vers. huiusmodi num. 62. fol. 141. subdens rationem quia illa prima acquisitio habebat de more implicitum, & latens quòd stare non potuisset, sed ab ea discedendum esset, nisi opportunè reperisset quem sui loco subrogasset iuxta temporis breuitate, item primus emptor non fuit nec diu poterat manere dominus inspecto illo implicito ab initio rerum non statu, nisi voluntariè ex causa alicuius commodi, vel nouæ causæ superuenientis festinauerit
29 vendere, † Quam hiscè Follerii opinionem prorsus leoninam arbitramur, quandoquidem eo ipso quòd prima venditio fuit perfecta, & consequenter acquisita ipsa emphyteusis emptori, si deinde illam vendat iam requiritur consensus domini pro inuestiendo nouum emptorem in possessionem ipsius rei, & consequenter habere Laudimium, vt di-

ximus in prima parte Inspect. 5. nec obstat inhabilitas emptoris; quia
30 domino nocere non debet in iure quesito, † Quid si vendatur emphyteusis cum clausula geminatim concepta saluo, & reseruato consensu domini & non aliter nec alio modo, an ex huiusmodi venditione sit soluendum domino Laudimium, an verò emphyteuta sit priuandus iure suo, videtur quidem emphyteutam esse priuandum iure suo si fuit processum ad traditionem emphyteusis ob contemptam dignitatem, seu reuerentiam domini directi, vt expendunt Grama. dec. 49. num. 5. Bero. cons. 120. nu. 3 cum seq. vol. 1. Paris. cons. 86. num. 14. vol. 1. Tessaur. dec. 169. in princ. Ciofi. cons. 9. num. 9. & 18. vbi testatur esse communem opinionem Rimin. Iun. cons. 285. num. 44. cum seq. vol. 3. & ita fore decisum fatetur Viui. decis. 234. num. 4. lib. 2. Molina de primo gen. lib. 1. cap. 21. nu. 25. vbi etiàm fatetur communem respondendo tacitæ obiectioni quia talis protestatio nihil releuat emphyteutæ tanquam contraria facto, pro qua ratione corroboranda non grauabor cumulare Machel. patro. 32. num. 4. Signo. cons. 85. num. 2. Rimin. Iun. cons. 12. num. 206. vol. 2. Meno. cons. 32. num. 25. Mascar. de proba. cons. 1241.
31 num. 3. Simon de pret. cons. 44. num. 49. † At in contrarium est veritas quòd immo sit soluendum domino Laudimium si dominus venditionem velit laudare, & nullatenus sit locus caducitati iam commissum, quia possessio, & traditio ipsius rei censetur translata conditionaliter, obtento consensu ipsius domini, vnde eo non subsequuto non dicitur perfecta, ipsa venditio, ita Bursat. cons. 26. num. 3. vol. 1. vbi ait ita fuisse decisũ per Rotam Mantuanam, Nepita in Consue. Cat. tit. 29. num. 51. idem Bursa. cons. 181. num. 16. Rolan. cons. 51. num. 30. lib. 2. Meno. cons. 38. num. 21. cum seq. vol. 1. magis communem testatur Crassus lib. 1. com. opin. quæst. 4. cap. 16. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 13. vers. item quero Tessau. d. dec. num. 2. vbi ait ita fuisse iudicatum Achil. Perlo. in tract. de adipisce. num. 383. & seq. de communi Plot. cons. 19. Rimi. Iun. cons. 379. col. pen. & in fin. vol. 4. ad amussim Petra de fidei com. quęst. 8. num. 19. referens hanc esse veriorem receptiorem & vsu forenli sæpe obseruatam sententiam Fich. in 2. thom. com. opin. nouissimè impressarum pag. 108. vers. emphyteuta & ibidem Kirchouius in vers. sed quid, vbi fatetur hanc esse crebriorem sententiam nonnullos adducit Corbulus de causa priua. ob aliena. limi. 37. ibidem subdens limitationem
32 (quam Nos sequimur) † nisi emphyteusis esset dfficilis recuperationis ob potentiam aduersarii, vel ipsa emphyteusis esset locus munitissimus, quia tunc domini conditio deterior facta videtur, idē tenent Gratus con. 138. num. 15. vol. 1. & cons. 147. num. 15. vol. 2. Menoc. cons. 38. num. 21. Pe-
33 tra in d. quæst. num. 20. & 21. & Iul. Clarus in d. loco † & in feudalibus

loquens

loquens idem tenet Thom. de Marin. in tract. de feud. lib. 1. fol. 39. num.
34 22. vers. quartum. Sed aduertendum est quòd † huiusmodi venditio debet domino directo infra sex menses à die celebrati contractus numerandos notificari, aliàs locus erit reuocationi corporis emphyteusis venditæ; si deuentum fuerit ad translationem possessionis realis, vt disponitur ex Cap. Regni Regis Caro. 1. 16. sub tit. quod alien. prædio. emphyt. deb.
35 notifi. † Et licèt sæpe oriatur controuersia, an dictum Capitulum loquens de domino directo vt in rubro, & in nigro legitur extendatur ad dominos vtiles, verior tamen opinio est, quòd loquatur de dominis directis tantùm, quia eius verba sunt strictè interpretanda, maximè cùm correctorium sit iuris communis, per quod nullus statuitur terminus ad dandum
36 notitiam prædictam, Suadetur hoc quia † appellatione dominii directi, vel proprietatis, non venit dominium vtile, sed tantùm proprietas, & directum dominium, Alex. cons. 83. num. 3. volu. 3. Ias. in l. naturaliter §. nihil commune num. 13. & 14. D. de acquir. posse. Bal. in l. cum res num. 11. & in l. proprietatis num. 1. Co. de probat. & in l. pen. num. 13. Co. si a non compe. iud. Bart. in l. si mater §. eamdem D. de exec. rei iudicatæ Alex. in l. si quis vi §. differentia num. 13. D. de acqui. posse. & in addit. ad Bart. in l. 1. D. si ager vetig. vel emphy. pet. sub litera B. Decius in l. cæterum num. 16. de iudic. receptiorem opinionem inquit Pinell. de bon. mater. parte 2. num. 6. eò magis quòd † regulariter ipsi domino directo mediato debetur Laudimium, vt probauimus in prima parte Inspect. 4.
37 num. 29. cum seq. † Rursus quæritur num si emphyteusis vendatur ad tempus, nempè decem, vel viginti annorum, vel ad vitam venditoris, dominus ex tali venditione consequatur ius Laudimii, & concludunt aliqui quòd non, ea ratione freti quia finito illo tempore eo ipso emphyteuta habet vule dominium sicut ante habebat, Pet. Iaco. & ibi Addit. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. 11. vers. traditionibus in fine fol. 12. Marc.
38 dec. 602. num. 1. par. 1. Quorum opinio suadetur ex eo quia † consensus domini cuius intuitu soluitur Laudimium non exigitur in tali venditione, sed solùm requiritur in alienatione perpetua, vt probat Corbulus de causa priua. ob aliena. quæst. 7. num. 2. Sed in isto articulo veriorem puto opinionem Solso. in simili tract. prælu. 4. num. 17. declarantis hoc procedere in alienatione temporali ad modicum tempus scilicet citra decem annos, quia tunc nullum transfertur dominium, ius nec possessio, & in num. 22. Quò verò ad reliquum quæsitum quando est facta venditio ad vitam venditoris adhereo eidem sententię dicti Solso. quòd sit expectanda mors vẽditoris quæ est in suspenso, nam si ipse vixerit vltra modicum tempus, & tunc debebitur Laudimium aliàs secùs vt ipse ait in d. tract. sub. tit. for-
39 ma laca. ad long. tempus num. 3. & 4. Sed quid si res † emphyteuticaria

I sit

sit vendita præcedente domini consensu, an ei soluendum sit ius Laudimii Ancha. cons. 62. motiua iudicis in 2. dub. tenet quod non, quem sequuntur Io. de Anania cons. 90. in primo dubio vbi est præsuppositum rationem quia per illum consensum dominus censetur approbare, & laudare nouum emphyteutam quem Io de Ana. sequuntur Bologn. ibi in Addit. ad eum Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouissimè impressarum pag. 1 12. vers. Laudimium Celsus Hugo cons. 60. num. 24. Laurent. de Pinu cons. 125. num. 4. idem tradunt Ias. in l. fin. num. 40. Cõ. de iure emphi. Boer. in Cons. Biturig. tit. de la retenue des choses vendues §. 1. in fine, & in tit. des
40 coustumes des fiez §. 7. glo. 2. col. 2. in fine, Quod nisi cè † pronuntiatum: verum putamus si post cõtractum vẽditionis dominus recepit emptorem in eius emphyteutam, secùs autem si simpliciter consensisset, quia tunc non censetur se præiudicasse in exactione Laudimii nam qui consentit in facultate alienandi non se præiudicat in Laudimio consequendo, cum intelligatur consensisse saluis iuribus suis, vt considerauit Amed. à Ponte ex Albe. & Bero. in simili tract. quæst. 14. in fine, & q. 15. Quemadmodũ
41 ipse † dominus percipiendo simpliciter ius canonis ab emptore emphyteusis, non censetur remisisse ius Laudimii sibi competẽns, nisi certior factus esset de alienatione, ex Amed. in d. tra. quæst. 16. Consensus enim ille tacitus domini à pęna caducitatis tantùm excusat, Corbul. de causa pri
42 ua. ob. aliena. limi. 17. num. 1. † Sicut quando scienter ius canonis recepit, quia pariter censetur incursam caducitatem remittere etiam declaratam, seu iudicatam ob canonem non solutum, ex communi opinione placita Bursa. cons. 243. num. 40. & 43. vol. 2. & cons. 254. num. 11. vol. 3. Gabr. cons. 88. nu. 15 lib. 1. Rolan. cons. 87. nu. 32. vlo. 1. Bero. in cap. potuit num. 168. de locato Mando. in ad. ad Roma. cons. 103. nu. 5. Suarez in suo thes. rece. sent. ver. Emphyteusis nu. 87. Anna sing. 149. Boer dec. 309. num. 5. Meno. de præsump. lib. 3. præs. 112. num. 1. Mõtepic. cons. 80. num. 8. Rimini. Iun. cons. 22. num. 84. & penè eumdem Corbu. de causa priua. ob cano. non solu. limit. 21. Iul. Clar. in §. emphyteusi quæst. 10. in princ. Redo. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. similiter num. 4. & ad plenè collecta per Mascar. in tract. de probat. conc.
43 252. vol. 1. Item † per census exactionem videtur contractum venditionis rei emphyteuticæ approbare Natt. cons. 45. num. 10. & cons. 341. nu. 3. Dec. con. 232. num. 4. Caualc. dec. 42. nu. 26. par. 1. Rimin. Iun. cons. 37. num. 61. vol. 1. Meno. con. 196. num. 21. vol. 2. à Vall. con. 6. nu. 41. vol. 2. Craue. con. 55. num. 5. & in simili docent Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsu. 75. Surdus cons. 60. num. 12. & 13. Item verã puto opinionẽ Ancha. & sequacium habere locum ad effectum vt dominus directus (stante eius consensu) censeatur liberare emphyteutam vendentem à quolibet

iure

iure Laudimii ex causa de præterito debito, ac pensionibus, vt sustulis ex multis mediis docet Solso. in simili tract. colum. 8. num. 93. Non omittã
44 referre quòd † si emphyteusis vendatur cum vniuersitate bonorum, debetur tamen domino Laudimium, vt in venditione hæreditatis, & successionis, tenet Aymo, Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 7. nu. 11. & eiusdem sententiæ confert quia bona emphyteutica veniunt sub generali dispositione, fatentur communem opinionem. Michael Crassus lib. 1. com. opin. vers. emphyteusis quæst. 1. Affli. dec. 191. num. 3. Bursa. cons. 31. nu. 18. Gabr. de reg. iur. conc. 12. num. 17. Item quia alienatio vniuersitatis bonorum omnia bona comprælıendit aliàs inalienabilia. Nonius cons. 1. nu.
45 22. Quod hisce admittimus, dummodo † quòd detrahantur bona mobilia, & allodialia insimul vendita, & sciatur pretiũ emphyteusis, licèt vnica sit venditio, cum diuersæ sint res venditę secundum eum ibidem cui addo Cell. Hugo. cons. 60. num. 27. Sola in comm. Duca. Subaud. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 22. pag. 32. à Ponte in simili tract. quæst. 7. in fine vbi fatetur sic fore obseruatum Solso. in simili tracta. quæst. 3. prin.
46 num. 41. cum sequen. Quid † si aliquis nomine emphyteutæ scienter venditionis titulo transferat rem emphyteuticam absque mandato, cum promissione de rato pro ipso emphyteuta, an ex ista venditione statim sit quæsitum ius domino in iure Laudimii, & dicimus quòd non, sed ita demum subsequuta ipsius emphyteutæ ratihabitione, ita Amedeus in simili tract. quæst. 39. col. 2. circa medium, Exigitur enim vt sit locus solutioni Laudimii vt emphyteusis vendatur tradaturq; à vero domino, secùs secùs à non dominò, immo si tali in casu Laudimium fuerit solutum, & postea superueniat verus dominus qui in iudicio contradictorio rem suam euincat, victor tunc non tenetur ad soluendum ius Laudimii, sed illud habebit soluere dominus directus qui inefficaciter exegit ab ipso victo, ita Solso. in simili tract. tit. de forma loca. ad long. temp. num. 9. in fine &
47 faciunt quæ dicam infra in hac eadem parte Inspe. 10. Et quod † Isthæc alienatio nullatenus ante ratificationem posit afficere verum dominum, seu emphyteutam, nec eum impediat ad agendum contra quemcunque possessorem ad rem, & ad fructus, asseuerant Caualc. in tract. de tuto, &
48 cutat. num. 35. & 155. Beninte. dec. 38. † Quemadmodum si emphyteusis sit concessa ab aliquo vti procuratore emphyteutarii, cum promissione de rato pro eo, quòd ante ratificationem ipsa res quæ fuit concessa ad emphyteusim non cadit in commissum ob canonem non solutum, vt consuluit Ruin. cons. 153. num. 7. vol. 1. quem sequitur Corbu. de causa
49 priua. ob cano. non solut. limit. 35. † Sed quid si aliquis vendat emphyteusim suo proprio nomine, an emphyteuta illius dictam venditionem ratam habens sit domino soluendum Laudimium, videtur negatiuè respon-

dendum, cùm ipse emphyteuta tanquàm vtilis dominus non potuit ratificare venditionem ipsius nominè minimè confectam, ex Io. de Amica cons. 38. num. 6. Capr. in tract. canc. & reg. conclu. 54. Cephalo cons. 248. num. 36. & cons. 628. num. 85. Sed totum oppositum puto esse tenendum, quòd immo emphyteuta valeat venditionem prædicto modo factam ratificare, & consequenter Laudimium esse domino soluendum, quandoquidem negari non potest per dictam ratificationem esse generatum præiuditium ipsi emphyteutæ circa ipsam rem, immo habetur ac si ipse vendidisset, & à principio consensisset, vt voluerunt Tiraquell. de retr. lang. §. 1. glo. 9. num. 245. Decis. Auenio. 13. num. 5. Surdus cons. 43. num. 14. Argumentum pro cõtraria parte adductum procedit quò ad alterius præiuditium non autem ipsius vtilis domini, secundum præcitatos vbi supra.

50 † Quæro vtrum ex venditione simulata debeatur Laudimiũ, breuiter dicimus, quòd non, quoniam per talem venditionem non habet

51 locum dispositio l. fin. Co. de iure emphyt. † quemadmodum de caducitate in commissum determinat ex multorum authoritate. Corbul. de causa priua. ob aliena. lim. 23. & speciatim in solutione Laudimii, Purpu. in l. 2. num. 72. D. si cert. pet. Sola. in com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt.

52 glo. 1. num. 38. pag. 33. quia † instrumentum simulatum nullatenus dicitur instrumentum ex quo caret consensu, & est tanquam corpus sine anima, estq; ipso iure nullum Seraphy. de priuil. iura. priuil. 59. num. 10. & 11. & latè Tiraquell. de ret. ligna. §. 1. glo. 2. num. 14. Socc. con. 264.

53 num. 4. vol. 2. Alex. con. 166. col. 2. vers. opponebatur vol. 2. † Quò pacto autem probetur simulatio (Candide Lector) vide Masca. in tract. de

54 probat. con. 439. cum nouem sequẽtibus vol. 1. † Cuius probationis onus fundanti in simulatione incumbit, ex eodem Masca. d. tract. conclu. 448.

55 † Quid si venditur emphyteusis cum onere cuiusdam certi census tantum, & emptori fuisset promissum de euictione, si antequàm emptor in ea se intromisisset sit inquietatus pro iure Laudimii ratione alterius census prætensi super ipsa re, ob quam molestiam emptor retranstulit emphyteusim venditori, an ex tali retranslatione obiter facta debeatur Laudimium, dic quòd non, quia ratione promissionis de euictione videtur resoluta ipsa venditio ex pacto inito ante perfectionem contractus, vt in indiuiduo determinauit Cassan. in Cons. Burg. des censes §. 7. vers. cũ semel, fol. 1432.

56 † Sed an pro emptionibus, & venditionibus rerum fiscalium emphyteuticarum, fisco vti vacantia, vel vti confiscata, siue tanquam de debitoris fisci bonis deuoluta, aut aliter fisco pertinentia, in casu venditionis vel alienationis earum debeatur Laudimium & dicimus quòd sic, quia cùm huiusmodi venditiones non reperiantur de Iure isto in casu speciatim exemptæ, detrahendum non est iuribus priuatorum, vt nuncupatim me-

57 minit Peregrin. in tract. de iur. & priuil. fisci lib. 6. tit. 5. num. 47. † Quid si emphyteuta constituit procuratorem ad vendendam emphyteusim, an requiratur consensus domini, & consequenter pro consensu sit soluendũ ei Laudimium, dic quòd non, ex quo ipsa deputatio procuratoris non est necessarium consequens ad vendendam emphyteusim, qui enim prohibetur vendere (vt est emphyteuta) haud dubio potest procuratorem ad vendendum constituere, cùm censeatur eius procuratori mandasse vt in venditione facienda adhibeat omnes iuris solemnitates, vt fatetur Frecc. lib. 2. feudo. num. 66. & 67. fol. 69. Quod confirmatur quia Laudimium debetur ratione inuestituræ ipsi domino vt dixi in prima parte Inspe. 5. quæ ratio nullatenus potest substineri in præsenti articulo; Item posset deinde ipse procurator vendere coëmphyteute comprætenso in primæua inuestitura qui non tenetur ad Laudimium, iuxtà ea quæ scripsi in præcedenti Inspect. num. 20. cum seq. meritò omnino concludendum est tali casu non esse locum solutioni Laudimii. Quemadmodum nec de cessione acquisitionis per procuratorem domino facta Laudimium soluendum est, ex Sola in com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 21. in fine pag. 32. Amed. in tract. de Laudi. quæst. 37. vers. ex hoc etiam, id intelligens si primò fuit solutum domino per procuratorem, nam ex vno contractu in alium transfuso vnicum tantùm debetur Laudimium, Isto in
58 loco non prætercam aduertere, † quòd si localis consuetudo consensu vtentium approbata statuit Laudimium ex venditione bonorum emphyteuticorum nequaquàm solui debere ea omnifariam obseruanda est, vt
59 consuluit Bertra. cons. 123. num. 1. par. 1. in 2. impress. † Sed quid si perfecta venditione, & soluto iure Laudimii iterum contrahentes perficiant contractum in scriptis ob combustionem primæ alienationis, tã in matrice scriptura quàm in bastardello, vt in futurum appareat de dicta venditione, an iterum soluendum erit domino Laudimium si petunt illam firmari per dominum, & dicimus quòd non, vt speciatim tradit Solso. in simili tract. sub tit. de forma locat. ad long. temp. num. 9. quia ex vnica venditione vnicum tantùm debetur Laudimium vt prædiximus.

INSPECTIO III.

Ex datione in solutum an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Datio insolutum equipollet venditioni.*
2 *Laudimium debetur ex datione insolutum secundum aliquos.*

Laudimium

3 *Laudimium debetur ex datione insolutum voluntaria, & nu.9. vbi limitatur.*
4 *Datio insolutum voluntaria quæ sit.*
5 *Datio insolutum verè, & propriè quæ sit.*
6 *Decima an soluatur fisco ex feudi datione insolutum, & nu.9. & 12.*
7 *Datio insolutum voluntaria, dicitur venditio.*
8 *Emphyteuta cadit à iure suo ob dationem insolutum voluntariam.*
10 *Laudimium an soluatur si emphyteusis detur insolutum pro altera specie immobili.*
11 *Laudimium an debeatur si emphyteusis iudicialiter adiudicatur creditori, vel extraneo vti vltimo emptori & plus offerenti; relatiuè.*
12 *Laudimium an debeatur ex datione insolutum ex causa dotis restituendæ.*

1 QVIA venditioni † equipollet datio insolutum, eaque species alienationis est, ad latè collecta per Redo. de reb. eccles. nō alien. rub. 1. vers. itidem est datio in princ. Tiraquell. de retra. sang. §. 1. glo. 14. num. 2. cum duobus sequentibus Io. de Amic. cons. 120. num. 8. Simonce. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inspe. 14. num. 122. Congruen-
2 ter est videndum vtrum † ex insolutum datione valeat dominus directus exigere ius Laudimii Solso. in simili tract. quæst. 1. princi. sub num. 1. & Fabius Anna in addit. ad sing. eius genitoris 579. dicunt simpliciter deberi Laudimium, etiam si huiusmodi datio ex causa necessaria proueniret; Nos autem pro resolutione huius articuli quatuor casus inspiciendos fore
3 duximus, Primus enim est, quando † emphyteuta extraiudicialiter ex mera ac spontanea eius voluntate ductus, insolutum dat emphyteusim eius creditori pro certa pecunia per eum debita, & tunc haud dubio debetur Laudimium, vt placuit Guid. Pap. cons. 46. col. 2. vers. plus posset, Ioseph Ludo. dec. Perus. 60. num. 7. Simoncell. in d. inspe. num. 123. Ias. in l. fin. num. 113. vers. intelligo Co. de iure emphyt. Io. Sains. in Cons. Turon. tit. de rechacz & ventes art. 8. in princ. Redoa. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 24. in princ. Amed. in simili tract. quæst. 27. in princ. & in fine ibidem limitans secùs esse si emphyteusis non pro certo pretio, seu debito detur insolutum sed pro incerto aut pro re alterius speciei inęstimata, cùm vt venditionem sapiat substantialia venditionis habere debeat, inter quæ est vt pretium certum sit ex §. pretium Instit. de empti. Suadetur nostra principalis conclusio quando-
4 quidem isthæc † datio verè dicitur voluntaria. Menoch. cons. 201. nu. 3.
5 Cepha. cons. 98. num. 45. Asin. in cap. proximè citando num. 6. † eaq; propriè, & verè appellatur datio insolutum, Rolan. cons. 21. num. 19. lib. 1. Rimin. con. 253. num. 32. vol. 2. Asin. in tract. de exec. §. 4. cap. 1.

num. 2.

num.2. Simoncell.in præfa.tract. de decre. num. 105. Ludo. dicta decis.
6 num.10. † Quemadmodum in decima debenda fisco ex feudi insolutum datione tradunt Pet. de Grego. in tract.de concess.feudo. in 8.quæst.principali Blasc. Lan. quem refert Cannet. in cap. volentes vers. & retenta de aliena. feudo. num. 6. fol. 191. Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis num.237.vers. licet rationis de succe. feudo. Suadentur præmissa ea potissima ratione,
7 † quia isthæc datio quæ fit voluntariè pecuniæ debitæ vera venditio dici consueuit, cùm debitum videtur subrogatum loco pretii, Ludo.Bologni.cons.25.num.4. Afflict.dec. 335. num. 18. & dec. 308. num.2. Aret.cons. 160. num. 15. & seq. Ias. in l. cætera §. sed si parauit not.8. D. de legat. 1. Ludo.d.dec. num. 10. Cannet. d. vers. num. 8. vbi subdit propterea dari actionem ex empto ex tali datione, Ratio rationis affertur eo axiomate, quia ex vna parte consistit pecunia numerata dum fingitur debitum esse solutum, & inde traditum venditori, & ex alia parte consistit species, vnde liberatur debitor ipso iure sicut de directo soluisset ita Paul. de Cast. cons.165.num. 5. lib. 2. Tiraquell. de retra. sang. §. 6. glo.1.num.1. Alber.in tract. de stat.par.2.quæst. 49. Cannet. in d. vers.
8 num. 7. Hinc oritur quòd † emphyteuta hanc dationem rei emphyteuticæ faciens irrequisito domino iure suo priuatur, vt tradunt Ias. in l. fin. Co. de iure emphyt. num. 113. vers. intelligo Bursat. cons.44.nu.29. vol.1. Tiraquell.de retra.lignag. §. 1.glo. 14. num. 8. cum seq. Rimina. cons. 254.num. 32. cum seq. vol. 2. Corbul.de causa priua. ob aliena. limit.19.num.3. Vnde sequitur ad corroborationem nostræ sententiæ Laudimium ratione consensus domini omnino esse soluendum, iuxta ea quæ
9 diximus in prima parte Inspe.5. † Declaratur tamen præsens noster casus nisi emphyteusis daretur in solutum alicui compræhenso in prima inuestitura, quia tunc Laudimio locus haud est, vt diximus in hac eadem parte Inspe. 1.num.20. cum seq. & nuncupatim in feudi datione loquitur
10 Promotor meus in dicto vers. antiquis num. 238. Secundus casus est † quando pro alia specie immobili emphyteusis voluntariè insolutum daretur etiam inæstimata, & tunc pariter affirmatiuè concludendum esse censemus Laudimium deberi, quandoquidem licèt hæc translatio non dicatur propriè datio in solutum accedens venditioni, attamen nemo sani capitis audebit negare quamdam esse permutationem, vt ex Tiraquello de retract. sangui. §. 1. glo. 14. num. 7. scriptum relinquerunt Ludo. d. dec.num.10. & Corbul. d.limit. 19.num.5. & quod ex permutatione hu-
11 iusmodi debeatur Laudimium speciatim dicam in proced. Inspe.num.2. † Tertius, & Quartus casus sunt, quando emphyteusis seruatis seruandis iudicialiter vigore secundi decreti adiudicatur creditori habenti eam obligatam, vel extraneo tanquàm vltimo emptori & plus offerenti in subhastationibus

stationibus, de quibus quidem casibus tractabo in hac eadem pa[r]te sub

12 Inspe.45. Antequàm ab hac abeamus Inspectione quæro † an si pro quantitate dotis restituendæ emphyteusis vel feudum detur insolutum, dominus, seu fiscus consequi valeat ius Laudimii, vel decimæ & dicimus quòd sic, vt ex Blasco Lan. firmat Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis num. 240. in fine de success. feudo. cui addimus Amed. in simili tract. quæst. 39. vers. argumentum.

INSPECTIO IIII.

An ex permutatione soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio similis est venditioni.*

2 *Laudimium non debetur ex permutatione emphyteusis secundum aliquos, sed contrarium tuetur num. 4. & 11.*

3 *Emphyteutæ licitum est permutare sine consensu domini, & ibidem quid in vassallo.*

5 *Emphyteuta nouus acquirens emphyteusim permutationis titulo eget dominica confirmatione.*

6 *Laudimium quandoque soluitur ex alienatioue quæ non requirit consen[s]u domini.*

7 *Decima debetur fisco ex permutatione rei feudalis.*

8 *Laudimium non exigitur si emphyteusis permutatur inter coëmphyteutas.*

9 *Laudimium an debeatur si in permutatione speciei interuenit pecunia, & num. 11.*

10 *Permutatio probatur animo contrahentium, & quibus ex coniecturis.*

12 *Laudimium non debetur ex permutatione si ita obseruat consuetudo.*

1 RVRSVS quia † permutatio vicina est emptioni, immo est species venditionis, vt probant Corbul. de causa priua. ob alienat. limit. 12. num. 4. Simonc. in tract. de decre. lib. 2. tit. 6. Inspe. 13. num. 120. Maza in tract. de fideicom. par. 2. quæst. 39. vers. aliàs regulariter Nepita in Cons. Cat. tit. de concess. mari. & pat. alie. num. 51. & in tit. 46. nu. 5.

2 Molina de primoge. lib. 4. cap. 4. num. 11. Quæro † igitur an ex permutatione rei emphyteuticæ sit soluendum domino Laudimium, videtur negatiuè respondendum, quia in ea non interuenit pecunia, vt ex Petro Iaco. docet Guid. Pap. dec. 92. in princ. aiens etiam aliter seruari de consuetudine Patriæ Delphinalis in qua medium debetur Laudimium Ioan.

Monta.

Monta. in vsib. feud. lib. 6. cap. 4. verſ. in ea autem Marc. dec. 573. nu. 1. par. 1. hanc eandem opinionem ſequi videtur Tiraquell. de retra. ſangui. §. 1. glo. 14. num. 41. Albe. de ſtatu. par. 1. quæſt. 110. Quæ maximè cor-
3 roborantur, quoniam † permutatio rei emphyteuticæ fieri poteſt irrequiſito domino citra commiſsi pęnam, vt fatentur Iaſ. in l. fin. num. 101. Co. de iure emphyt. Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. glo. 1. num. 34. Gabr. conſ. 84. num. 3. lib. 1. Menoch. conſ. 287. num. 50. cum ſeq. vol. 3. communem opinionem ait ex Claro, Bero. & Redoan. Corbul. in d. limit. 12. num. 3. communem etiam ſequitur Suarez in ſuo theſ. com. opin. ſub litera E. num. 103. & 129. quia tali caſu ipſe emphyteuta dicitur habere licentiam permutandi à lege, ſecundum Corbul. de cauſa priua. ob alien. quæſt. 7. num. 7. & 8. licèt vaſſallus non valeat feudum ſine domini conſenſu permutare, vt probant Mozz. de feud. rub. ex quib. cauſ. feuda amm. num. 142. Cur. Iun. in tract. de feud. par. 4. num. 101. At Laudimium ſoluitur pro conſenſu domini, vt diximus in prima parte Inſpe. 5. meritò concludendum videtur Laudimium ex permutatione non eſſe ſoluendum; Sed contrariam ſententiam proſtergata opinione prædictorum puto
4 eſſe veriorem, & in iudicando amplectendam † Laudimium eſſe ſoluendũ ex rei emphyteuticæ permutatione, vt nuncupatim tradunt Aym. Public. in Conſ. Aluern. tit. 16. art 2. num. 2. R ynal. in comp. feud. in §. præterea verſ. item quia fol. 58. Solſo. in ſimili tract quæſt. 1. princi. num. 1. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impreſſarum pag. 112. verſ. quid autem Iaſ. in d. l. fin. num. 101. in fin. Decis. Tholo. 27. Boer. in Conſ. Biturig. tit. des couſtumes des fiez §. 18. col. 2. & pen. verſ. igitur Gabr. d. conſ. 84. num. 3. ita ad partes diſputando determinat Redo. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 11. verſ. iſta autem quinquageſima num. 1. Burſat. conſ. 254. num. 4. lib. 3. & clarius in conſ. 456. num. 13. lib. 4. Bertran. conſ. 123. num. 1. lib. 1. in 2. impræſſ. Nec in aliquo obſtat argumentum quòd in permutatione non exigitur conſenſus domini, pro cuius conſenſu ſoluitur Laudimium, quandoquidem antecedens eſt verũ quia in permutationẽ dominus non habet arbitrium offerendi, nam forte permutat emphyteuta propter affectionem quam habet ad rem, quam ex permutatione conſequi intendit propter vicinitatem, vel commoditatem aliquam, aliàs non eſſet contracturus ſi non poſſet eam aſſequi, ſecundũ
5 Corbul. d. limit. 12. num. 2. ſed conſequens eſt falſum, ex quò † acquirens rem permutationis titulo non tenetur ad ius Laudimii ratione licentiæ ſeu conſenſus domini, ſed ratione nouæ inueſtituræ ac immiſsionis in poſſeſsionem ipiſius rei, quæ requiruntur vt fiant à domino antequàm ipſe acquirens ingrediatur poſſeſſionem ipſius rei, vt diximus in prima parte Inſpe. 5. nu. 10. idemque tenet Amedeus à Ponte in ſimili tract. quæſt. 13.

K verſ.

vers. post contractũ, & latius in quæst. 28. aliàs ita nõ faciendo ipse emphy teuta nouus cadit à iure suo, Bero. cons. 124. num. 14. vol. 1. & probant Corbul. de causa priua. ob aliena. amplia. 22. & in limit. 12. nu. 7. Burs.
6 cons. 181. num. 17. Et † valida simpliciter non est consequentia, dicere non requiritur consensus domini in alieatinone, per consequens non est locus solutioni Laudimii, ita Amede. à Ponte vbi supra, & in terminis no-
7 stris voluit Redoan. in præcit. loco † Ampliatur nostra conclusio procedere in permutatione rei feudalis interueniente tamen pecunia, quia tunc fisco soluenda est decima, vt probaui ex Cap. Regni Regis Federi. 110. supra in hac eadem parte Inspe. 1. num. 6. idemque tenent Cannet. in d. Cap. vers. at non est omittendum nu. 6. & 7. fol. 189. Cumia post Blas-
8 cum Lan. in cap. si aliquem vers. antiquis num. 236. de success. feudo. † Sed quid si emphyteusis permutatio fiat cum coëmphyteuta sub primęua inuestitura comprehenso, an debeatur Laudimiũ, & dicimus quòd non, cùm inter eos sit permissa omnis alienatio quocunque titulo irrequisito domino, nec indigent noua inuestitura, vt dixi in d. 1. Inspe. nu. 20. cum seq. & speciatim aiunt Clar. in §. emphyteusis quæst. 17. Corbul. d. limit.
9 12. in princ. vbi testantur esse communem opinionem † Sed pone quòd emphyteuta ratione permutationis, ob rerum inequalitatem consequatur aliquam pecuniarum summam ab eo cum quo contraxit, an saltem debeatur Laudimium pro ea pecunia quę interuenit in permutatione Angel. in l. quæritur nu. 2. D. de stat. hom. docet quòd sic, quia in ea pecunia con tractus habet conformitatem cum venditione, sed Guid. Pap. dec. 92. vers. sed vltra tenet nullum deberi Laudimium, cuius opinio potest substineri ea ratione, quia propter pecuniam contractus non desinit esse permu tationis, Cap. permutatio & Cap. ad quæstiones de rer. permu. Bart. in l. aristo num. 2. vbi etiam Castren. num. 5. D. de donat. etiam quòd pecunia excedat quantitatem pretii speciei, vt ex Alcia. & Ripæ sententia
10 expendit Tiraquellus de retract. sangui. §. 30. glo. 1. num. 12. † Aliqui enim huiusmodi contrarietates conciliantes, existimant quòd sit attendendus animus contrahentium, vt dicatur permutatio, vel venditio, nam si principaliter eorum animus ferebatur vt permutarent, sed ob rerum inequalitatem alter pecuniam refundit, id permutatio est, licèt accessoriè pecunia interueniat, & consequenter Laudimium non debetur ita Boer. in Cons. Biturig. tit. des coustumes des fiez 18. col. 2. Tiraquell. id sentiens in d. glo. num. 2. Quorum animus coniecturaliter probatur, nam si maius pretium sit quàm res data, præsumitur tunc emptio, & venditio, sin autem res sit maioris valoris quàm sit pecunia, & tunc erit permutatio, & consequenter Laudimium non debetur, ita Tiraquell. d. loco Addit. ad Guid. Pap. dec. 92. Corbul. in d. limit. 12. num. 6. & in specie quòd

quando

quando præsumitur venditio sit soluendum Laudimium, docent Io. Sains
11 in Conſ. Turo. verſ. commant hommaige art. 5. col. 2. † Nos autem circumſcriptis prædictorũ opinionibus abſolutè arbitramur quòd quomodocunque fiat permutatio ſiue purè de vna ſpecie cum alia, ſiue mixtim interueniente partim pecunia cum ſpecie, quòd vtique ſoluendum ſit ius Laudimii domino, quemadmodum placuit Boer. in præcit. loco ac Pyrro in Conſ. Aureb. tit. de feudis cap. 61. Redoan. id ſentiens in d. verſ. iſta autem quinquageſima num. 2. ex quo vt dixi num. 5. illud ſoluitur ratione nouæ inueſtituræ, ac miſsionis in poſſeſsionem; Tandem pro complemento huius Inſpectionis vnum notandum duxi, quòd ſi extat immemorabilis conſuetudo vt ex permutatione nullum ius Laudimii ſoluendum ſit, haud dubio ea ſeruanda eſt, vt conſuluit Bertra. conſ. 123. num. 1. par. 1. in 2. impreſſ.

INSPECTIO V.

Ex retractu an ſoluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ſi emphyteuſis vendita retrahitur, conſiderantur plures caſus.*

1 VTRVM † vendita emphyteuſi, & infra congruum tempus ſit recuperata iure congrui, vel conſanguinitatis, an ex dicta recuperatione ſeu retractu dominus valeat Laudimium exigere, hanc inſpectionẽ breuiter abſoluendo, ſic diſtinguendum exiſtimaui, quòd aut retrahitur res infra legitimum tempus à ſtatuto, vel à lege præfixum, & tunc aut emptor illud ſoluit domino, vel fuit à domino ei remiſſum, & iſtis in caſibus Laudimium non debetur, cùm illud dominus conſequutus fuerit ab ipſo emptore, iuxta ea quæ ſcripſimus in prima parte. Inſpe. 3. num. 4 cùm duob. ſeq. quia vnicum Laudimium debetur ex vno contractu in alium transfuſo Amed. in tract. de Laudimio quæſt. 39. circa finem, aut non fuit ſolutum neque remiſſum, & tunc domino proculdubio illud debetur ab ipſo retrahente, non autem ab emptore, vt ex multis probatum reliquit Tiraquell. de retra. lignag. §. 29. glo. 2. num. 1. cum quatuor ſeq. Aut res retrahitur elapſo tempore à ſtatuto præſtituto retractui, & tunc licèt emptor poſsit admittere conſanguineum, ſeu vicinum venditoris elapſo dicto tempore ad ſuum ipſius præiuditium, non tamen ſequitur quominus valeat dominus petere Laudimium ex huiuſmodi reuenditione, tan-

quam sit noua venditio sponte facta citra necessitatem, vt voluit Tiraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 10. nu. 30. & idem iuris esse censeo si elapso d. termino consanguineus vel vicinus venditoris citetur ab emptore, quia tunc constituitur legitimus cantradictor, & habilitatus dicitur per citationem ad retractum, nisi esset citatus cum clausula quatenus sua putauerit interesse, secundum Nepita in Cons. Cat. tit. 40. nnm. 44. Ludo. dec. Perus. 91. Neuiz. con. 17. num. 8. Cepolla. caut. 205. Gramma. dec. 61. num. 3. Tiraquell. de ret. sangui. §. 1. glos. 10. num. 20. Sed quæstionis est si consanguineus seu vicinus cum esset intra tempus retractus conuenit cum emptore vt rem ipsi non vti consanguineo, seu vicino cederet, sed veluti extraneo illam vendat, num ex hac vēditione debeatur laudimium, & concludimus quòd sic, siuè venditio facta fuerit diuerso pretio, aut aliis conuentionibus, & pactis, siuè eodem pretio, & sub iisdem pactionibus, vt per Tiraquell. d. tract. §. 29. glo. 1. num. 5. 6. & 7. in fine vbi pariter infert locum esse retractui ob præfatam rationem.

INSPECTIO VI.

Laudimium an exigatur ex alienatione melioramentorum emphyteuticorum.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur ex meliorationibus in emphyteusi factis.*
2 *Melioramenta emphyteutica censentur vnita vtili dominio.*
3 *Laudimium soluitur attento pretio venditionis.*
4 *Meliorationes dicuntur accessoria rei emphyteuticæ.*
5 *Emphyteuta an possit vendere meliorationes emphyteuticas inscio domino.*
6 *Emphyteusis ob alienationem irrequisito domino factam reuertitur ad dominum vnà cum melioramentis.*
7 *Emphyteuta ob canonem non solutum cadit in commißum vnà cum melioramentis.*
8 *Laudimiũ an debeatur ex re allodiali meliorata respectu rei emphyteuticæ.*
9 *Laudimium an debeatur ex superficie propria super emphyteusi ædificata, & num. 10. vbi ampliatur.*
11 *Valor soli emphyteutici qualiter probetur, & per quem.*
12 *Emphyteusis si creuit per alluuionem, an de incrementi venditione soluatur Laudimium.*
13 *Laudimium an soluatur ex meliorationibus factis in emphyteusi ruinosa.*

QVAERO

1 QVAERO † an ex alienatione melioramentorum, seu augumentorum in emphyteusi factorum (quę sunt propriè ipsius emphyteutæ) valeat dominus exigere Laudimium, respondemus quod sic, ex decisione 14. in l.fin.nu 41 Co.de iure emphyt. & nu. 44. in hoc Alber. Brun. in tract de augum.conclu.21.num.2. in fine Meno. cons.444. nu. 41.lib.5.Puteus de remte. feudo. fol.86.col.1. in fine Rimin.iun.con.1. nu.69. Specul. in tit.de emphyt. vers. 119. Solic. in simili tract. colu. 2. num.22. Bertaz.cons.ciuil. 46. num.7. lib.1. Redoan.,de reb.ecclesi.non alie.quæst.11. num.1.cum seq. Beccius cons.2.num.3. sentit Boer. dec. 19. num. 3. postergata opinione Corn.in cons. 250. in prin.vol.3. Pri-
2 ma ratio fuit, † quia isthæc meliorationes adeo censentur vnitę vtili dominio ipsius emphyteutæ, vt præstationi Laudimii ex voluntate emphyteutę sunt suppositæ, & obnoxiæ; vt ore Meno. loquar in d. cons.nu.43. vbi nonnullos citat, vnde dixit Corbu. de cau. priua. ob non solu.cano. amplia.35.num.3. & 4. quòd isthæc meliorationes pertinent ad emphyteutam iure emphyteusi, cum censētur eiusdem iuris sicut est res cui adiun-
3 guntur, † Secunda ratio est, quia ius Laudimii præstatur considerato valore, seu pretio tempore venditionis, vel æstimationis, non autem concessionis, si credimus Bruno in dicto tract. conclu. 14. num. 12. Amed. à Ponte in simili tract. quæst. 8. Celso Hugo cons.57.nu. 2. cum seq. Burs. con.127.num.53.Rimi.iun.con. 1. num. 68. cum seque. Prospe. Pasct. con.4. num. 1. quia qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi l. in delictis §. si extraneus D. de noxa. idemq; tenet Solla in com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 11. num. 1. Solso. in simili tract. de
4 Laudi. titu. de Laudi. dupl. colu. pen. Tertia ratio redditur, † quia meliorationes ipsę dicuntur accessoriæ ipsi rei emphyteuticæ tanquam illarum principali, at principale trahit ad se accessorium, neque accessorium sine eo stare potest, ergo eandem naturam sequuntur quemadmodum ipsa emphyteusis iuri Laudimii obnoxia, & affecta, probatur enim antecedens ex Mantua cons. 89.num.17.vol.1. Masca.in tract.de probat.conclu.14.
5 num.3. vol.1. † Quarta & postrema ratio est, quia melioramenorum venditio, siue alienatio fieri non permittitur irrequisito domino, pro cuius consensu soluitur Laudimium ita Angel.in §. adeo in fine Insti. de locat. Corbul.de causa priuat. ob alien. amplia. 39. Alphan. collect. 88. testantur communem opin. Villalob. in suis com. opin. in litera E.nu. 52.
6 & 89. Suarez in suo thesau. recept. sentent. sub litera E. num. 177. † Quemadmodum emphyteuta ob alienationem emphyteusis factam irrequisito domino ea priuatur vna enim meliorationibus in ea factis, Dec. cons. 160. col. 2. vers. & ideo bona Corbul. in d. causa priua. amplia. 58 Corn. cons. 250. nu. 1. lib. 3. Vglas. in tract. de iure emphyt. quæst. 2. nu.

7 19. verſ. verum tamen † Ac etiam ſi ceſſauerit ſoluere canonem præſtituto tempore amittit emphyteuſim vnà cum melioramentis in ea factis, & fructibus pendentibus, etiam maturis proximiſque perceptioni, ſi non ſunt in horreo reconditi, aut à ſolo ſeparati, ad plenè collecta per Corbu.
8 de cauſa priua. ob non ſolu. cano. amplia. 36. & 37. † Quinimmo non ſolùm debetur Laudimium ex meliorameutis, verùm etiam ex venditione, ſeu alienatione alterius prędii allodialis contigui cum ipſa re emphyteutica, cuius contemplatione, & cauſa eſt melioratum dictum prædium allodiale, vt fuit deciſum in Patria Delphin. teſte Franc. Marc. dec. 608. lib. 1. quatenus tamen prædium allodiale eſt melioratum & non aliter, ſecundum eum ibi, Sed Marci ſententiam procedere puto iuxta vſum eius Patriæ non autem de iure communi quia aqua liberum fundum ingreſſa cenſetur libera, & illius cuius eſt fundus, vt admonet Sola in Com. Duca. Subau. tit. de iure emphy. glo. 1. num. 35. in fine pag. 33. Item tale melioramentum dicitur extrinſecum, ac omnino ſeparabile, nec recipit qualitatem emphyteuticam, immo per ſe conſideratur, vt ex Velaſ. in tract. de iure emphyt. quæſt. 25. num. 17. at Laudimium ſoluitur ex alienatione rei emphyteuticæ ergo tali in caſu Laudimio locus non eſt. Sed quæſtio-
9 nis eſt † an ſi alicui concedatur ſolum terræ tantùm, adiecto pacto quòd ſuperficies habeat ſuo iure, an ex venditione, ſeu alienatione ipſius ſoli vnà cum ſuperficie debeatur Laudimium etiam ex ſuperficie, & concludimus quòd non, ſed ex ſolo tantùm, vt in terminis conſuluit Meno. conſ. 297. num. 4. lib. 3. idem docet Iaſo. in l. fin. num. 44. Co. de iure emphyt. vbi etiam infert ſecùs eſſe ſi dictum pactum initum non fuiſſet tempore inueſtituræ, quia tunc procul dubio Laudimium etiam ex ſuperficie ſoluendum eſt, cum quo concordant Boer. in Conſ. Biturig. tit. des couſtumes des fiez §. 19. in princ. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impręſſa-
10 rum pag. 112. verſ. ſed quid Lauren. de Pinu conſ. 123. num. 4. † Quemadmodum in alienatione feudi cum ſuperficie, expendunt Boer. dec. 19. num. 3. Franc. Marc. dec. 607. Burſat. conſ. 50. num. 35. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 1. in fine vol. 1. Redo. de reb. eccleſiæ non alien. quæſt. 11. num. 18.
11 † Sed quid ſi ignoretur ſoli emphyteutici quantitas, quo pacto probetur, vt ſciatur, dic quòd ex inſtrumentis publicis, teſtibus, fama, & per coniecturas, de quibus plenè Maſcar. in tract. de probat. conclu. 607. vol. 2. Monticell. in reper. de teſti. verſ. valor pag. 415. & per aſſerentem ſolum ipſum eſſe emphyteuticum, ſecundum eumdem Maſcar. conclu. 601. nu. 1.
12 † Præterea quæro quid ſi ſtagnum emphyteuticum creuit ob alluuionem, vel emphyteuta illud alio modo ampliauit, an de incremento, atque pro re principali, dominus valeat exigere Laudimium ſi ſtagnum alienetur, & dicimus quòd ſic, ex Amedeo in d. quęſt. verſ. ſed etſi alluuione quic-

13 quid dixerit Boer. d. tit. §. 5. col. 31. Sed quid si emphyteusis ruinosa sub emphyteuticetur ad eam meliorandam, an ex meliorationibus factis per secundum emphyteutam debeatur domino Laudimium, & dico vnà cum Solso in simili tract. cellu. 6. num. 25. vers. quæro quòd non, quia contractus emphyteuticus ad effectum meliorandi fuit inuentus, & sic petitio illa est valde iniqua.

INSPECTIO VII.

Ex impositione seruitutis an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus est species alienationis.*
2 *Laudimium an debetur ex impositione seruirutis, & num. 3. & 4. vbi declaratur.*
5 *Emphyteuta an possit constituere seruitutem irrequisito domino.*

1 VERISSIMA est sententia quòd † seruitutis impositio alienationis sit species, ex Rolan. cons. 59. ante num. 12. lib. 2. Fab. de Monte in tract. de empt. & vend. quæst. 4. num. 9. Redoa. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. pariter fol. 18. Frecc. de feudis fol. 111. nu. 18. Nepita in Cons. Cat. tit. de conce. mari. & patali. num. 58. in fine
2 Peregri. de fideicom. art. 40. num. 114. Non abs rè videndum est † num ex impositione seruitutis in re emphyteutica titulo venditonis debeatur Laudimium, videtur quidem negatiuè concludendum, vt nuncupatim voluit Folle. in prag. de cens. vers. huiusmodi num. 61. fol. 141. vbi subdit rationem quia seruitus licet sit onus, tamen non est pars rei nisi fictè, cùm aliud sit fundus, & aliud sit seruitus, At circũscripta Foller. leonina opinione totum contrarium puto esse tenendum, vt in terminis voluerunt Franc. Marc. dec. 608. Amed. à Ponte in simili tract. q. 42. idem videtur sentire Pet. Iacob. in tit. de act. in rem pro re emphy. col. 16. vers. sed ne
3 dominus † Quod pronũtiatum eatenus procedere admictimus, quatenus in huiusmodi impositione seruitutis interuenit domini directi consensus & approbatio, quia tunc seruitus efficitur realis, & perpetuò afficit rem emphyteuticam, etiam si ad ipsum dominum quomodolibet reuertatur emphyteusis, per ea quæ tenet Marc. decc. 477. parte 1. maximè si ipse emptor seruitutis integrè rem ipsam consequatur, secundum Amed. in d.
4 quæst. Secus autem † non interueniente domini consensu, quia tunc non debetur Laudimium, Quandoquidẽ seruitus ipsa durat quò ad prçiuditiũ ipsius

ipsius emphyteutæ, non autem domini, vnde finita emphyteusi, vel quocunque modo deuoluta ad dominum tam ratione alienationis, quam ob canonem non solutum, vel prælationis iure extinguitur ipsa seruitus, ad latè tradita per Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de iure emphyteutico num. 3. fol. 87. vbi refert communem in nouis impræss. Molina de primoge. lib. 1. cap. 20. num. 2. Suarez in 2. tho. com. opi. nouissimè impressarum pag. 112. ver. vtrum Corbul. de causa priua. ob alien. limit.
5 29. & de causa priua. ob can. nō solut. amplia. 34. n. 2. † Suadētur præmissa eo axiomate quia in tali seruitutis impositione nullus exigitur domini consensus neque per eam ipse emphyteuta ponitur periculo caducitatis, secundum communem opinionē quam sequūtur Ant. Padilla in l. in prouinciali num. 6. Co. de seruit. & aqua Natta cons. 561. num. 12 Cepol. de serui. vrban. prædio. cap. 14. sub nu. 2. vbi non nullos in hanc sententiā cumulat. Peregri. de fideicom. art. 40. nu. 113. & per Suarez in præcitato loco.

INSPECTIO VIII.

An ex promissione de vendendo pro certo pretio, soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluatur ex promissione de vendendo pro certo pretio, & num. 8.*
2 *Promissio de vendendo dicitur venditio.*
3 *Prohibitus vendere censetur prohibitus promittere de vendendo.*
4 *Vendere dicitur qui trattat, & promittit vendere.*
5 *Promittens vendere, statim cogitur ad tradendam rem venditam.*
6 *Obligatus ad obligandum dare decem statim cogitur soluere.*
7 *Promittens id quod pendet à sola voluntate, promissio tunc habetur pro ipso contractu.*
9 *Aliud est vendere aliud promittere de vendendo.*
10 *Actio personalis oritur ex promissione de vendendo.*
11 *Emphyteuta promittens vendere inscio domino, non cadit à iure suo, & nu. 14. vbi limitatur.*
12 *Promittens vendere cum iuramento dicitur realiter vendere.*
13 *Venditio dicitur prefecta ex promissionem de vendendo, facta solutione pretij, ac subsequuta traditione.*

Promittens

15 *Promittens vendere tenetur ad factum, & per consequens ad interesse.*

16 *Promittens vendere qua cautela liberetur à dicta promissione, & num. 17. vbi limitatur.*

1 SI emphyteuta † pepigit vendere emphyteusim certo constituto pretio, num ex huiusmodi promissione valeat emphyteutarius exigere ius Laudimii, In isto articulo videtur prima facie affirmatiuè responden-
2 dendum, quandoquidem isthæc † promissio de vendendo idem est quòd ipsa venditio cùm duo contractus perfecti videatur, alter venditionis alter verò stipulationis super ipsa venditione, natura enim verborum quæ in promissione, & stipulatione interueniunt inducunt contractum stipulationis ex verborum obligatione, §. 1. Instit. de verbo. obligat. l. stipulationum alic. §. stipulatio D. eo. venditionis verò, interueniente re, & consensu de emendo, & vendendo, cùm promissio, & stipulatio eadem in se contineant, l. 1. §. adeo D. de pactis, Item pretium certum, quæ tria concurrentia haud dubio perfectionem contractus venditionis reddere solent, Instit. de empt. & vendit. in princ. & §. pretium iunctis l. 2. in fine l. nec emptio D. eo. & plenè docent Mozz. in tract. de contra. sub tit. de empt. & vendit. rub. de substant. emp. & ven. Meno. con. 340. num. 7. Rursus,
3 † quia prohibitus vendere (prout est emphyteuta) censetur prohibitus facere promissionem de vendendo, cùm per promissionem huiusmodi deuenitur ad venditionem, eiq; censetur principium venditionis, vt probat ad plura inferens Freccia in lib. 2. feud. fol. 112. num. 33. cum seq. Nepita in Consu. Cat. tit. 45. num. 3. & 4. Redoan. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. obligatio ad alienandum nu. 2. Seraphin. de priuil. iura. priuil.
4 23. in fine id reputans singularissimum. † Hinc satis dicitur vendere qui tractat de vendendo, ac promittit, vt placuit Tiraquell. de retract. sang.
5 §. 1. glo. 2. num. 53. † Item corroborantur præmissa, ratione æquitatis, & ob circuitum euitandum, quorum intuitu illico potest promissor cogi ad tradendam rem promissam, quemadmodum potest cogi facere obligationem de tradendo ex natura venditionis, l. ex empto in princ. vbi Bart. & sequaces D. de actio. empti. Pro quo facit dictum Ludo. Roma. sing. 186.
6 quòd si † dicatur obligo me quòd obligabo me tibi dare decem, statim sum obligatus, nec requiritur noua promissio, quam sententiam vti notabilem extollit nonnullos cumulando ac referens communem Carro. in tract. loca. & condu. sub tit. de promiss. loca. num. 1. fol. 48. in nou. impræss. concordant Cumia in Cap. 19. Ritus num. 88. Ias. cons. 170. in fine lib. 1. Stracca in tract. de asecura. in præfat. num. 55. Rubeus Alexa. cons. 29. fatentur etiam communem Couarr. in 3. par. relect. in princ. nu. 3. in fine Tiraque. de ret. con. in fine num. 26. Afflict. dec. 61. num. 1.

Seraphin. de priuil. iura. priuil. 23. num. 13. Fimia con. 113. Ant. Missa
7 in tract. de obligat. ad form. came. quæst. 4. num. 6. fol. 115. Item facit †
quòd promittens id quòd pendet à sola voluntate (vt est venditio locatio, & similia) promissio tunc habetur pro ipso contractu, Ias. in l. cum fundus §. seruum vbi Alex. num. 5. D. si cert. pet. & ibi etiam Curt. Iun. num. 6. Purpurat. num. 14. referens ita fuisse iudicatum Bursat. cons.
8 101. num. 16. lib. 1. † At prostergata opinione iam dicta, totum oppositum putamus esse tenendum, quòd immo ex dicta promissione nullum ius Laudimii sit quæsitum domino, vt in specie voluerunt Amed. à Ponte in tract. de Laudem. quæst. 35. & quæst. 36. circa medium Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouiter impræssarum pag. 112. vers. quid autem, Bursat. cons. 254. num. 4. lib. 3. Sola in com. Duca. Suba. tit. de iure emphi. glo. 1. num. 12. & ita quotidie seruari fatetur Solso. in simili tract. de Laude. cellu. 9. num. 29. quandoquidem dicta promissio de vendendo non continetur sub prohibitione l. fin. Co. de iure emphyt. neq; conuen-
9 tionali, cùm † aliud sit vendere, & aliud sit promissio de vendendo, secundum Redoan. Frecc. Seraphin. in memoratis locis Nepita in Cons. Cat. tit. 41. num. 16. & in tit. 42. num. 9. Anguisso. cons. 71. num. 5. & cons. 137. num. 11. Menoc. con. 122. num. 22. Suadetur nostra sententia ea potissima ratione, quam omnes Doctores vna voce concordát, quia Laudimium numquàm debetur nisi res tradatur, etiam si interueniat clausula constituti, vt dixi in hac eadem parte Insp. 2. num. 9. & 13. At in promissione de vendendo non traditur res emphyteutica, ergo non debetur
10 ius Laudimii; Item ex dicta † promissione nullum ius oritur contra promittentem nisi actio personalis tantùm, l. si sterili §. si tibi fundus D. de
11 actio. empt. & in l. qui fundum D. de contrahe. empt. † Neque ex huiusmodi promissione de vendendo ipse emphyteuta ponitur periculo caducitatis vt asseuerant Rolan. cons. 69. num. 15. vol. 3. Amed. in d. quæst. Rimin. Iun. cons. 340. num. 19. vol. 3. Corbul. de causa priua. ob aliena. limit. 8. num. 2. Alex. cons. 173. num. 2. vers. quinimmo vol. 2. & hoc esse satis clarum inquit Io. Pet. Surdus cons. 84. num. 3. Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de iure emphyt. quæst. 2. num. 1. in nou. impræss. Capic. dec. 155. num. 7. Frecc. de feudis num. 32. fol. 112. & Bursat. in præcit. loco, quia ex hac promissione nullum generatur præiuditium domino, neque fit commutatio personæ antequàm sequatur contractus venditionis, Quemadmodum ipse emphyteuta in publicum venale exponens emphyteutim illum subhastando, non tamen deueniendo ad venditionem, iure suo haud reicitur, si credimus Ias. in l. fin. Co. de iure emphy. nu. 26. Bero. con. 171. nu. 16. vol. 1. Corbul. in d. causa priua. limit. 10. Præterea.
12 † declaratur vera nostra sententia, nisi in promissione de vendendo

adesset

adesset iuramentum ex specifico pacto vallatum, quia tunc mediante priuilegio iuramenti habetur ac si promittens realiter, & actualiter de præsenti vendidisset, ex sententia Menoch. cons. 1. nu. 234. vol. 1. Boer. dec. 3. num. 2. quamuis sciam contrarium tenere Seraphi. in d. priuil. 23. nu. 27.
13 † Secundo declaratur, nisi pretium in vim dictæ promissionis fuisset promittenti solutum, vel de eo habita fides de soluendo, & sequuta sit traditio, quia isto casu bene dicitur translatum dominium in eum cui facta fuit promissio, ita Io. Bapti. Ferre. cons. 154. num. 66. lib. 1. Traquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. num. 57. & de retra. conue. in fin. tit. num. 83. Bal. cons. 452. par. 2. Anguisso. cons. 1. num. 29. & 31. Silua. cons. 49. nu. 10. Socc. cons. 170. col. 1. & 2. vol. 2. vbi plenè hoc disputat, Natta cons. 171. pulchrè Cephalus cons. 315 num. 3. & seq. lib. 3. ratio secundum prædictos affertur, quia tunc venditio dicitur perfecta, consumata, & assumit effectum venditionis, & consequenter haùd dubio ex ea soluendum est
14 ius Laudimii, Et tali casu † sic vendendo ipse emphyteuta pęnam caducitatis non euitat, secundum Alex. d. cons. 173. num. 2. Corbul. in d. limit. 8. num. 3. secùs tamen si non esset deuentum ad pretii solutionem, ac rei traditionem, quia tunc non esset locus caducitati secundum Capic. in d. dec. num. 8. & Carro. vbi supra, Non obstat ideo primum argumentum pro contraria parte adductum, quoniam illud procedit quando venditio sit purè concepta videlicet per verba de præsenti, secùs autem in casu nostræ Inspectionis, quia per promissionem trahitur ad actum futurum, & de futuris contingentibus (teste Philosopho) non est determinata veritas, quinimmo etiam apud legistas vt per Paul. de Monte Pic. con. 68. nu. 32. Nec obstat illud argumentum quòd æquitate nititur ex causa circuitus euitandi, quia in datione pecuniæ consideratur circuitus, cùm quis com-
15 pelli possit omnino ad dandum, Sed † promittens vendere tenetur ad factum ad quod quis compelli præcisè non potest, sed tantùm agi potest ad interesse ratione venditionis non factæ, vt docent Legum Latores in l. cum fundus §. 1. D. si cert. petat idem sentit Anguisso. con. 1. num. 30. & expresse in con. 61. num. 2. Ad cętera autem argumenta nō respondeo cum ad ea quilibet etiam crassę mineruæ valeat respondere, Neq; omittendum
16 placet antequàm à præsenti discedam Inspectione, quòd ipse † emphyteuta liberatur ab huiusmodi promissione, se protestando contra illum cui fuit facta promissio de vendendo, asserens se esse paratum suæ promissioni parere, concurrentē tamen lapsu bimestri temporis, vt meminit Sera-
17 phin. de priuil. iura. priuil. 23. num. 43. † Nisi in calce instrumenti esset adiecta clausula quę de communi stylo notariorū apponi solet, per quam partes promittunt omnia, & singula contenta in instrumento attendere, obseruare, perpetuò firmare, & grata habere, etiam si esset compręhensa

ſub dictione, &c. ita limitat Anguiſſo. con. 202. num. 7. vol. 1. Vnum tamen notandum duxi quod ſi Laudimium ſoluatur de promiſsione, non debebitur poſtea aliud Laudimium de venditione, ita Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouiter impreſſarum pag. 112. verſ. ſi tamen.

INSPECTIO IX.

Ceſſa emphyteuſi vt ſoluantur debita cedentis, an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex ceſsione emphyteuſis, cum pacto quòd ceſſionarius ſatisfaciat debita ipſius emphyteutæ.*

2 *Obligans ſoluere debita aliena, intelligitur de maturatis tempore promiſſionis, & num. 3. vbi declaratur.*

QVAERO an emphyteuta ęre alieno grauatus, cedens emphyteuſim eo pacto vt ceſsionarius teneatur ſoluere eius debita, ex huiuſmodi ceſsione ſit ſoluendum domino directario ius Laudimii, videtur negatiuè reſpondendum ob incertitudinem pretii, vt placuit Io. Fab. in §. item pretium num. 4. Inſtit. de empt. & vendit. Sed incontrarium viget veritas, quòd immo ſit ſoluendum Laudimium, quandoquidem illud onus ſatisfaciendi debita ipſius emphyteutę quod in ſe aſſumpſit ipſe ceſsionarius ſubrogatum eſt loco pretii, ſiue certum ſit, ſiue incertum, vt nuncupatim aſſeuerat Corſet. in dec. Tholoſ. 278. quem ſequitur reiecta Io. Fabri opinione And. Tiraque. de retra. lignag. §. 1. glo. 14. num. 114. cum ſeq. Quemadmodum eadem ſententia militat quando debita emphyteutę fuerunt expreſsim deſcripta in ipſo ceſsionis contractu, quia tunc procul dubio erit venditio, & per conſequens debetur Laudimium, ſecundum Boer. in Conſ. Biturig. tit. de retraictz lignagier §. 3. col. 3. verſ. & pro hoc facit, Io. Sainſ. in Conſ. Turon. de retraictz art. 18. circa medium † Sed
2 ſucceſsiuè quęro quę debita teneatur ſoluere talis ceſsionarius, & dicimus quòd pręſentia tantùm ad quę tenebatur emphyteuta tempore ceſſionis, non autem futura vt probatum reliquit Vinc. Anna allegat. 145.
3 ſub num. 2. † Niſi debita futura ſpeciatim ceſsionarius ipſe ſoluere promiſiſſet, quia tunc huiuſmodi conuentioni omnifariam parendum eſt, ex communi concluſione quam docent Doctores per illum textum in l. pacta §. prætor ait D. de pactis, & per cōſequens attenta prædictorum debitorum ſumma ſoluendum erit domino Laudimium.

INSPE-

INSPECTIO X.

Vtrum ex alienatione nulla debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur ex alienatione nulla secundum aliquos, & num. 2. vbi distinguitur.*
3 *Venditio nulla non est venditio.*
4 *Emphyteuta ob venditionem nullam irrequisito domino factam non cadit à iure suo, nisi sequuta actuali traditione.*
5 *Decima an debeatur ex vendione feudi nulliter facta.*
6 *Gabella an debeatur ex contractu nullo.*
7 *Laudimium an sit restituendum emptori si contractus alienationis emphyteusis declaretur nullus.*
8 *Sententia lata contra emptorem praeiudicat domino.*
9 *Dominus an possit appellare à sententia per quam contractus alienationis, emphyteusis declaratur nullus.*
10 *Dominus potest lite pendente comparere pro suo interesse, & probare validitatem contractus, si hesitatur super nullitate rei emphyteuticae.*
11 *Nullitate pendente coram ecclesiastico, an interim dominus consequatur Laudimium, relatiuè.*

1 PONE † quòd contractus venditionis, seu alienationis rei emphyteuticae sit perfectus, qui deinde ob aliquam iuriticam causam ministerio iudicis est inualidus declaratus, vtrum ex tali alienatione sit soluendum ius Laudimii, videtur simpliciter tenẽdum quòd non ex Purpur. cons. 64. num. 5. lib. 1. Tiraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 7. Aymo. Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 1. num. 4. Bursa. cons. 56. num. 16. lib. 1. Craue. cons. 271. in fine cons. 332. num. 10. con. 389. num. 8. & con. 858. num. 5. Sola in com. duca. subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 37. in fine pag. 33. Pet. PecKius in tract. de amortiz. bonorum cap. 21. num. 4. Io. Fab. in l. 2. in fine Co. com. de legat. Solso in simili tract. cellu. 10. num. 8. Ias. & ibi Parpal. in addit. in l. fin. num. 141. Co. de iure emphyt. Folleri. in pragm. de cens. vers. huiusmodi nu. 55. Tiraquell. d. tract. §. 29. glo. 1. in princ. Tessaur. dec. 75. in fine Redo. de reb. eccles. non alie. quęst. 11. num. 19. & in vers. ista autem quinquagesima num. 29. quia nulliter, & minus legitimè aliquid facere, & nullatenus facere paria sunt, vt probat Vant. in tract. de nullit. ex defectu citatio. num.
2 25. † Nos autem in praesenti articulo sic distinguendum censemus, quòd

aut

aut contractus iudicatur nullus ex aliqua veteri ac præcedenti causa quæ ab initio inficiebat contractum, quòd euenire solet quando est factus lege, vel statuto resistente, scilicet à minore decem & octo anris absque authoritate iudicis, vel curatoris contra Cap. Regni Regis Caro. 78. tit. de contra. non celeb. cum min. vel ab vxore contrahente sine mariti voluntate contra formam Cap. Consuet. Catanæ tit. quòd non liceat vxori sine viri volun. & ibi Nepita num. 2. vel si fuerit factus calore iracundiæ vt probant Carroc. in tra. loca. & condu. tit. de loca. per iram quæst. 3. pag. 142. Alpha. collect. 34. Duen. reg. 292. Tessa. dec. 178. vbi etiam inferunt talem actum nullum non posse conualidari ex consensu alterius partis tantùm, Craue. cons. 39. num. 13. Corn. cons. 71. col. 2. vol. 2. Vel si ex capite enormissimæ læsionis, vel aliter ex causa tamen necessaria ab initio contractus existente ex qua contractus resoluatur, vel à non domino, & tunc accedimus predictæ sententiæ negatiuæ Laudimium non deberi, aut declaratur nullus ex causa de futuro, vel superuenienti post cõtractum, & tunc debetur Laudimium, ita colligimus ex Tiraquell. de retr. sanguin. §. 1. glo. 2. num. 7. & de retra. conuent. §. 6. glo. 2. num. 5. & 19. Amed. à Ponte in simili tract. de Laudi. quæst. 39. Franc. Marc. dec. 606. num. 3. par. 1. Cassan. in Cons. Burgu. tit. des retraictz rub. 10. vers. vendu in fine fol. 1310. Redoan. in d. quæst. 11. num. 8. idemque sentit Solso. in simili tract. tit. de forma loca. ad long. temp. num. 9. in fine, & clarius in 10. cellu. num. 9. Ratio est quia † verbum venditio no-
3 men iuris est hinc venditio nulla non dicitur venditio, neque venditionis appellatione continetur, Sicut † emphyteuta ob alienationem nullam ir-
4 requisito domino factam non mirum est quòd euitat pænam caducitatis, vt in terminis docent Ias. in l. fin. num. 139. & seq. Co. de iure emphyt. Alciat. cons. 258. num. 5. non nullos cumulant Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. num. 6. Ripa cons. 81. num. 22. Surdus in tract. de alime. tit. 9. quæst. 16. num. 69. Bal. in l. si clericus. num. 3. Co. de episco. audien. Clar. in §. feudum quæst. 31. in princ. Molina de primogeni. lib. 2. cap. 16. num. 18. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 53. Corbul. de causa priuat. ob aliena. limit. 22. Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de iure emphyt. quæst. 11. in nou. impræss. nisi esset sequuta actualis traditio rei, Clar. in §. feudum quæsti 31. vers. sed quæro, & in hiis
5 terminis iuxta nostram distinctionem procedere putamus † dictum Cannet. in cap. volentes de alie. feu. vers. deuenio nu. 6. fol. 188. quòd ex
6 alienatione feudi nulla fiscus non consequitur decimam, † Neque ex tali contractu nullo debetur gabella gabellariis stante statuto quòd ex cõtractu soluatur gabella, vt voluerunt Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2 num. 7. & de retra. conuent. §. 6. glo. 2. num. 5. cum seq. Caual. dec.

5. num.

5. num. 31. & dec. 11. num. 59. par. 1. Seraph. de priuil. iur. priui. 77. num. 72. in fine Rimi. Iun. con. 273. num. 68. Gram. dec. 74. num. 27 Neuiza. conſ. 88. num. 19. Iul. Ferret. in tract. de gabellis num. 312. cum ſeq. teſtatur communem opinionem Viu. lib. 1. com. opin. verſ.
7 ſtatutum fol. 390. † Sed quæſtionis eſt quando Laudimium fuit ſolutum ante declaratoriam nullitatis, quo tempore intentio domini ad illud exigendum erat plenè fundata ſecundum Amed. in d. quęſt. verſ. interim an contractu nullo declarato id reſtitui debet emptori, & dicimus quòd ſic, ita ſentit Redo. d. quęſt 11. num. 8. & nuncupatim Sola in præcit. glo. nu. 39. circa finem Solſo. in ſuo tract. de Laudi. tit: de forma loca. ad long. temp. num. 9. in fine Follerius in d. verſ. huiuſmodi num. 36. ſubdens quòd ſit locus conditioni indebiti cùm Laudimium tali caſu non debebatur, vnde ſi fuit ſolutum poteſt indubitanter repeti, ſecundum eum ibi Bertra. con. 114. vol. 7. Marc. d. dec. 606. Craue, in con. pro genero nu. 291. Amed. in d. quæſt. Solſo. in d. tract. cellu. 10. num. 9. ratio eſt quia res illa numquam fuit vendita, nec tradita, cùm nec vendi nec tradi potuiſſet de iure, & cum
8 effectu. Sed an † ſententia nullitatis lata contra emptorem præiudicet ipſi domino directo, & dicimus quòd ſic cùm lata ſit contra habentem principale intereſſe, cauſæ cognitione pręcedente, ac in contradictorio iudicio obtenta, quòd fortius videri meo procedit quando dominus habuit notitiam dictæ litis, iuxtà ea quæ in ſimilibus terminis cõſuluit Pariſ. conſ. 28.
9 num. 13. cum ſeq. lib. 1. Nec poteſt † ipſe dominus tali caſu audiri appellando, vel quomodolibet aliquid opponendo niſi colluſionem in facto
10 proponat, & probare incontinenti offerat, † poteſt enim ipſe dominus dicta lite pendente nè partes colludant, pro eius intereſſe in iudicio adherere, & probare ad ſidem validitatis contractus emphyteutici ſecundum
11 Follerium in pręcitato loco † Sed an pendente nullitate contractus alienationis rei emphyteuticę coram iudice eccleſiaſtico, valeat interim dominus agere ad Laudimium dicam in procedente parte Inſpe. 33.

INSPECTIO XI.

Laudimium an debeatur ex diſceſſu alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex diſtractu prioris venditionis purè facta, & nu. 2. & 3. vbi dupliciter ampliatur.*

4 *Laudimium duplicatum debetur ex alienatione emphyteuſis tradita, & exinde recuperata.*

Emphyteuta

5 *Emphyteuta post alienationem, & traditionem irrequisito domino factam, si rem recuperat, pœnam incursam non euitat, & num. 6. vbi declaratur.*

1 SI emphyteuta † purè absque distrahendi pacto alienauit emphyteusim, & ante traditam possessionem incontinenti (Iudicis arbitrio,) aut ex interuallo re adhuc integra, communi consensu contrahentium discessum sit ab huiusmodi alienatione iux. tex. l. ab emptione D. de pact. an sit locus exactioni Laudimii, & breuiter respondemus quòd non, vt speciatim asserunt Franc. Marc. dec. 662. num. 3. parte 1. Solso. in simili tract. tit. de Laude. duplica. col. 2. in fine vbi hoc etiam extendit esto quòd in alienatione interuenisset clausula cõstituti, vel retentionis vsusfructus, vel fuerint dati fideiussores, vel pignora, vel arrhe pro parte pretii, Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impræssarum pag. 112. vers. & secundum, Redoan. de reb. eccles. nõ alie. quæst. 11. nu. 21. Celsum Hugo cons. 60. num. 16 & 24. Io. Sains. in Cons. Turon. tit. de rachaptz art. 17. vbi subdit rationem, quia traditio est potissima pars cuiusuis contractus, neque dicitur alienasse si emphyteuta non deuenit ad actum traditionis, & faciunt quæ diximus in hac eadem parte Inspe. 2. num. 6. cum seq. vbi ex venditione emphyteusis absq; traditione firmauimus non esse regulariter soluẽdum

2 Laudimium † Et tanto magis militat nostra principalis decisio si ratione nouæ inuestituræ Laudimium sit soluendum, vt considerauit Io. Fab. in §. 1. num. 2. Instt. de empt. & vendit. nam tunc si non dum interuenit inuestitura, & partes discesserunt à contractu ante traditionẽ non debe-

3 tur Laudimium, & idem voluit in l. 1. Co. quan. lic. ab empt. disced. † vel si Laudimium debeatur ex forma statuti disponẽtis illud deberi ex alienatione, ita Tiraquell. de retra. conuent. §. 6. glo. 2. num. 19. in fine

4 † Secus autem puto esse tenendum si processum fuit ad traditionem, quia tunc duplex Laudimium debetur, vnum ex priori, alterum verò ex alia noua alienatione, quia potius est contractus quàm dissolutio, neque res est integra, vt tradunt Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. num. 39. & in §. 29. glo. 1. num. 6. Zucha. in rep. rub. Co. de pact. num. 103. Amed. à Ponte in simili tract. de Laudi. quæst. 38. vers. adde tamen, & in vers. deberetur, quia ille spontaneus vltroneusquè ab eo contractu discessus habet vim alterius nouequè venditionis, vt putà si in ea addatur, vel minuatur pretium, vel varientur conditiones, & pacta secundum eos. Quemad-

5 modum † ipse emphyteuta recuperans emphyteusim venditam cõfestim illius iure prorsus euertetur, vt de cõmuni affirmant Ias. in l. cum dubitatur nu. 135. Co. de iure emphyt. latè Iul. Clar. in §. emphyteusis quęst. 13. vers. sed quid emphyteuta Suarez in suo thes. recept. sent. vers. emphyteusis num. 78. Tiraquell. de retra. conuc. §. 1. glo. 7. num. 19. Redoan.

doan. de reb. eccles. non alie. pag. 517. num. 14. plenè Alex. in l. si à me num. 3. D. ad leg. falci. testatur hanc esse communem veriorem, ac in praxi seruandam opinionem, Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 38. num. 10. in fine, ratio est quia propter alienatoinem emphyteuta ipso iure cadit ab emphyteusi, ideò non potest ius domino quæsitum, ab eo sine eius facto auelli, secundum præfatos, † nisi ad actualem traditionem emphyteusis
7 minimè deuentum sit, quia tunc alienatio caducitatem non inducit, ex collectis per Bellacomba in 2. thom. com. opin. nouissimè impræssarum pag. 108. vers. sed interpretatur.

INSPECTIO XII.

An ex dotatione emphyteusis soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Dotatio dicitur alienatio.*

2 *Laudimium non debetur ex dotatione emphyteusis secundum aliquos, & num. 5. vbi distinguitur.*

3 *Laudimium an debeatur ex emphyteusi subrogata loco pecuniæ promissæ ex causa dotis.*

4 *Domini consensus non exigitur in dotatione emphyteusis.*

6 *Laudimium debetur ex emphyteusi data in dotem æstimata.*

7 *AEstimatio inducit emptionem, & venditionem.*

8 *Maritus tenetur ad ius Laudimij si dotatur emphyteusis æstimata.*

9 *Emphyteuta dotans emphyteusim irrequisito domino an cadat à iure suo, & num. 22.*

10 *Laudimium debetur si pater dat emphyteusim filiæ in dotem æstimatam secundum aliquos.*

11 *Laudimium an debetur si emphyteusis fuit dotata compræhensæ in primæua inuestitura, & num. 13. & 21. vbi ampliatur.*

12 *Emphyteuta an valeat dotare emphyteusim inconsulto domino.*

14 *Laudimium non debetur ex dotatione emphyteusis facta filiæ non comprehensæ sub inuestitura.*

15 *Dotis constitutio an dicatur necessaria, & num. 16.*

17 *Laudimium ob dotationem emphyteusis æstimatam an debeatur, si æstimatio non habet vim emptionis, & venditionis.*

18 *Aestimatio quando causat emptionem, & venditionem.*

19 *Laudimium an debeatur ex dotatione emphyteusis inæstimata, & nu. 23.*

20 *Releuium non debetur ex dotatione feudi inæstimati.*

M *Laudimium*

1 NOTISSIMI iuris est, † quòd prohibitus iure contractus alienare, minimè donare valeat, vt probat Redo. de reb. eccles. non alie.
2 rub. 1. vers. dare in dotem in princ. Quęro igitur † an ex translatione rei emphyteuticæ titulo dotis sit soluendum Laudimium, Ias. in l. fin. num. 49. Co. de iure emphyt. docet indistinctè quòd nō siuè emphyteusis ęstimata dotetur, siuè non, fretus non quidem speciali fauore dotis, sed alia quadā non vulgari anchora innixus, quòd causa dotis sit necessaria alienatio, cui pronuntiato accesserunt Bertran. cons. 380. in secundo dubio par. 2. in prima impræss. Craue. cons. 215. num. 6. lib. 2. Foller. super pragma. de censib. vers. huiusmodi num. 60. fol. 141. promotor meus Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis nu. 240. de success. feud. Io. Sains. in Cons. Turone. sub tit. de rachaptz artic. 15. col. 2. Redoa. de reb. ec-
3 cles. non alie. quæst. 11. vers. ista autem num. 12. etiam † si emphyteusis esset subrogata loco pecuniæ pollicitæ ex causa & nomine dotis ex actu contrahentium constante matrimonio, teste Bertra. cons. 180. nu. 2.
4 par. 2. † veluti in ipsius emphyteusis dotatione domini consensus non requiritur, vt placuit Redo. in d. vers. nu. 22. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 14. num. 10. & consequenter cessante consensu cessat Laudimii so-
5 lutio, vt dixi in 1. par. sub Insp. 5. Nos † autem huiusmodi Inspectionem ordinatim discutientes duas considerationes proponimus, prima quarum erit, quando emphyteusis datur loco dotis æstimata verbis denotantibus emptionem, & venditionem, secunda verò quando dotatur simpliciter
6 inæstimata, † Deueniendo igitur ad primam considerationem, quæ vim regulæ obtinebit, affirmatiuè loquimur scilicet Laudimio locum esse, vt placuit Aufr. in add. ad Capell. Tholos. dec. 278. vers. non autem Prospe. Pase. con. 137. num. 1. communiorem opinionem fatetur Amed. à Pon. in simili tract. quæst. 29. in princ. Solso. etiam in simili tract. cellu. 7. in fine Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 14. num. 10. Tiraquell. de re-

tract.sangui.§.1.glo.14.num. 108. Paris de Puteo de reinteg. feudo. fol. 59.col.4.num.22.fol.85.col.3.num.8.& fol.142.col.1.num.8.communem esse sententiam aio ex Aym.Public. in Conf. Aluern. tit. 16.art.16.
7 num.3. vbi etiam sigillatim adulterinam Iasonis opinionem reprobat, † AEstimatio etenim procul dubio emptionem, & venditionem importat, maritusq; soluto matrimonio ob mortem vxoris reddendo pretium ipsius emphyteusis liberatur restituere ipsam emphyteusim, l. quoties Co. de iure dot. l. plerumq; D. eo. l. inæstimatis D. solut. matrim. Masca. de prob. con. 663. num. 6. vol. 2. testatur communem opinionem à Valle con.92.num.4. & 9.vol.2. Crass.lib.1.com.opin.quæst.12.Cephal. con.
8 351.nu.32.Couar. lib.pract.quæst.cap.28.num.1. & 8. & isto † casu ius Laudimii à marito vti nouo acquisitori ipsius emphyteusis solui cõuenit, statim post contractum dotalem, & matrimonio legitimè sequuto cùm ab eo tempore censeatur facta venditio, ita in specie docet Amedeus in d. quæst.29.vers. ego autẽ, & in quęst. 37.col. 5. circa medium vbi ait quòd si soluto matrimonio prædium ęstimatum restitueretur, debetur iteratum Laudimium, prout nec sine iterato consensu domini restitui posset, Sicut ad eum spectat onus soluendi ius canonis, si periculo caducitatis nolit se offerre, quamuis vxor incontrarium pacta sit, l. ex conuentione Co. de pact. Spec.qui alia iura adducit in tit. de locato §.nunc aliqua quæst.111. num. 136. Bal. Nouell. in tract. de dote parte 7. priuil. 27. Corbul. de causa priua. ob cano. non solu. ampliat. 22. Rursus ex memorata ratione
9 pariter ipse † emphyteuta dotans emphyteusim sic æstimatam mulieri sub primæua inuestitura emphyteutica minimè vocatę inconsulto emphyteutario ab incursu caducitatis non liberatur, testatur communem à Vall. cons.92. num.9. vol.2. Alex.cons.79.num.2.vol.5. Socc. cons. 56. vers. 7. casus lib.1. Tiraquell. de retra.consanguin. §.1.glo. 14. num. 21. Cor-
10 bul.de causa priua. ob alena. amplia. 32. num. 1. † Quæ quidem nostra principalis consideratio secundũ aliquos extenditur in patre emphyteusim filiæ dotante, vt sunt Hostien. in tit.de loca.& condu. vers. quid sit de natura circa finem vbi fatetur hoc de facto vidisse Spec. de loca. & condu. §. nunc aliqua vers. 110. Bal. & Salic. in l. fin. ambo num. 10. Co. de iure emphyt. Aym. Public. in d.art.16.num.3. Redo.de reb.eccles. non alien.
11 quęst.11.vers. ista autem quinquagesima num.11. Quæ proxima † extensio declaratur primò non habere efficaciam, quando filia esset de compræhensis in veteri inuestitura emphyteutica facta eius patri, vel auo, quia tunc esto quòd dotis constitutio æstimationem contineat, attamen maritus illam acquirens onere soluendi Laudimium non est implicitus, vt per Crauett.cons.215.nu.8. Amed. in d. quæst. vers. retenta etiam Pellacorn. in addit.ad Iaso.in l.fin. sub litera M. num.45. Co. de iure emphyt. neque

ipse pater dotans ad Laudimium tenetur, vt probāt Rimin.Iun.cons.579. num.4.lib.5. Bertra.cons.380.num. 2.par. 2. in prima impress. & latius cons.315.num.3.par.3.ea.impress.vbi hoc intelligit dummodo quòd dotetur ea ęstimatione quę non parit emptionem, & venditionem, Quem-
12 admodum † in casu huiusmodi valet ipse pater emphyteusim ęstimatam ipsi filię dotare inscio domino absque incursu caducitatis, quoniam inter eosdem eadem inuestitura compręhensos permissa est omnis alienatio, vt voluit Corbul. de causa priu.d. ob aliena. limit.20.num.1.in fine, qua ra-
13 tione itidem ductus ipse Crauetta in præcit. loco † ait pręmissa locum habere in voluntaria alienatione, videlicet quando pater libere potuisset filiam dotare de bonis allodialibus, & nihilhominus ipsā emphyteusim dotauit, quem sequitur Corbul. d.limit. 20.num.2. vbi subdit rationē quia isto casu dominus non potest interpellari an velit rem pro eodem pretio, iuxta l.fin. C. de iure emphyt. quia pretium non interuenit, & est quæ-
14 dam donatio, Secundo declarant aliqui quando † pater alia bona non haberet allodialia ex quibus cōgruè potuisset filiā dotare, sed dumtaxat ipsam rem emphyteutariam, quia tunc datò quòd filia non esset sub inuestitura compręhensa, non est mirum quòd si ex necessitate fuit motus ad illam dotandam, solutioni Laudimii non astringatur etiam illam acquirens, vt voluit ipse Crauc.d.cons.num.7.subdens ita debere intelligi alienationem esse necessariam, quem sequuntur Rolan. cons. 21.num.16. lib. 1. Summa Sylue. in §. emphyteusis nu.28.vers.4. par. 1. pręceptor meus Cumia in cap. si aliquem vers. antiquis num. 240. Prospe.Pasc.con.137.num.4.
15 & ita fuisse decisum testatur Amed.in d. quæst.vers.argumentum. † Sed parcat mihi prędictorum authoritas quandoquidem totum oppositum veriùs esse puto, quòd isthęc dotatio nullatenus dicatur necessaria intuitu ęstimationis, licèt sit in constitutione dotis, eo quòd pater poterat ipsam emphyteusim dotare inęstimatam, quo casu non debetur Laudimium vt obiter dicam, vnde cùm necessitas non vrgeat vt ęstimatam illam dotet, sequitur meritò quòd cùm ea ęstimata dotetur voluntariè id potius fieri dicitur quàm ex necessitate, adeo quòd Laudimii solutio locum sibi vendicat, vt in similibus terminis loquens consuluit Gabr. cons.84.num.15. vol. 1. & speciatim docet Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 16. vbi ostendit dictam dotationem non esse necessariam alienationem, cùm posit pater rem ipsam emphyteuticam vendere, & ex illius pretio filiam dotare, quàm illam in dotem dare, idemq; sentit Amed. in dicta quęst.cir-
16 ca medium. Itèm † necessitas huiusmodi censetur inspecto paterno officio dotem filię constituere, non autem dotandi emphyteusim ad eius libitum voluntatis, cùm ipse pater compelli potest officio iudicis ad dotandā filiam congruentem, etiam filia non petente dummodo habeat perfectam

ętatem vigintiquinque annorum, vt probauit Ascan. Clem. in tract. de
17 pat. pote. effectu 11. num. 1. 11. & 33. † Vnico tamen modo fallit nostra principalis consideratio præoculis tenenda, nisi constitutio dotis æstimatę vim emptionis, & venditionis non saperet, quia tunc dicimus Laudimium non esse soluendum, cùm ipsa res emphyteutica naturaliter remaneat in bonis mulieris dotatæ, ex sententia Bal. & Salic. in l. fin. num. 10. Co. de iure emphyt. Prospe. Paset. con. 137. num. 1. Craue. con. 332. num. 16. & con. 464. num. 1. vel si æstimatio fiat ad effectum vt sciatur rei emphyteuticæ deterioratio soluto matrimonio, vt per Amed. in d. quæst. in fine Solso. in simili tract. cellu. 7. num. 44. quia isthæc æstimatio non facit emptionem, & venditionem, nec res transfertur de vna persona in aliam
18 † Aestimatio enim in terminis nostræ considerationis inducit emptionē, & venditionem, si in dotatione emphyteusis dicatur quòd ea assignatur nomine dotis pro centum, quòd qualiter procedat plenè tractat Neuiza. in eius sylua nupt. lib. 2. nu. 69. & 71. vel ex aliis modis de quibus Ludo. dec. Perus. 89. & dec. 10. Couarr. lib. 1. pract. quæst. cap. 28. Aret. cons. 84. Caualc. dec. 16. nu. 3. cum seq. par. 1. Paris. cons. 81. lib. 3. Socc. Iun. cons. 141. Villalob. in suis com. opin. sub litera E. num. 158. Prospe. Paset. con. 137. num. 1. cum seq. Non obstat quòd in dotatione non exigitur domini consensus, nam illud intelligitur intuitu iuris prælationis, at in dotatione Laudimium soluitur ratione missionis in possessionem quam capere debet gener dotatus manu domini directi, vt sentit Velas. in d. nu. 10.
19 Circa secundam considerationem † quando emphyteusis datur in dotē inæstimata, & tunc intrepidè concludimus nullum deberi ius Laudimii, si adhibenda est fides Petro Iaco. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. 9. vers. item excepta, & col. 13. vers. item colligitur, & addit. ad eum sub litera A. in fine Aufre. in addit. ad Cap. Tholos. 278. vers. an autē Guid. Pap. dec. 48. num. 2. Hostiens. de loca. & condu. vers. quid sit de natura, circa finem Specul. eo. tit. §. nunc aliqua vers. 110. quem sequitur Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem num. 11. in fine Paridi de Pute. de reinteg. feud. 59. col. 4. num. 22. & fol. 142. col. 1. num. 8. Bal. & Salic. in l. fin. num. 10. Co. de iure emphyt Brun. cons. 44. num. 11. & 13. Prospe. Pase. cons. 137. num. 1. Craue. cons. 332. num. 16. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 14. num. 10. Tiraquell. de retra. sanguin. §. 1. glo. 14. num. 95. & 108. ratio est quia soluto matrimonio maritus tenetur ad effectiuam restitutionem ipsius emphyteusis, non autem ad eius æstimationem, Neque efficitur dominus rei in dotem traditæ, sed tantummodo temporaliter vsufructuarius pro oneribus matrimonii substinendis, l. pro oneribus D. de iure dot. Et iuxta istā
20 traditionē procedere putamus † quòd res dotalis possit dotari absque re-

leuii

leuii, seu decimæ solutione, vt dicam infra num. 30. & proculdubio mi-
21 litat proxima nostra consideratio † in patre filiam dotante, qui stipulatus fuit pro ea tempore emphyteuticationis, secundum Hostie. Spec. Bal. Salic. & Brun. in præcit. locis quibus addimus Aym. Public. in Cons. Al-
22 uern. tit. 16. art. 16. num. 3. Quemadmodum † absque periculo priuationis iuris sui potest ipse emphyteuta inconsulto domino emphyteusim in dotem tradere filiæ suæ inæstimatam, vt assentiunt Tiraquell. de retra. sanguin. §. 1. glo. 14. num. 95. Bursat. cons. 80. num. 30. vol. 1. communem opinionem fatetur Gratus cons. 76. num. 23. lib. 1. Ruin. cons. 148. in fine vol. 1. Socc. cons. 25. num. 9. vol. 1. Corbul. de causa priuat. ob alien. limit. 20. nu. 1. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 4. præ-
23 su. 189. nu. 164. † Limitatur tamen hæc nostra consideratio non habere efficaciam in emphyteusi dotata mulieri extraneę non compręhensæ sub inuestitura emphyteutica, quia tunc, & si non exigatur domini directi cõsensus vt concedit Viui. dec. 229. num. 7. lib. 2. tamen id procedit ratione iuris retentionis, seu prælationis, sed vt ea mulier faciat se confirmari, & inuestituram capiat à manu domini antequàm ingrediatur possessionẽ ipsius rei bene requiritur consensus, ita Corbul. in d. limit. 20. num. 2. & consequenter ratione dictæ nouæ inuestituræ ac imm ssionis in possessionem tenetur soluere Laudimium, vt diximus in prima parte Inspe. 5.
24 num. 10. At non adeò leuiter transeundus est hic casus, quòd si † mulier contraxit matrimonium cuius intuitu omnia, & singula bona sua dedit in dotem marito, excepta re emphyteutica, quam penes se retinere pepigit, num maritus teneatur ad Laudimium pro ipsa re excepta, & quidem si retentio illius fuit absque fraude domini nè ei soluatur Laudimium, sed bona fide vt putà quia mulier erat ditior eius marito, & tunc non debetur Laudimium, vt nuncupatim tradit Boer. in Cons. Biturig. tit. des coustumes des fiez §. 20. vers. sed quid, ratio est quia nulla interuenit dominii seu possessionis mutatio in alienam personam scilicet mariti, pro cuius mutatione debetur Laudimium, vt dixi in d. Inspe. 5. num. 9. secus autem puto si id in fraudem domini fiat, quia probata fraude soluendum est Lau-
25 dimium, iuxta ea quæ scripsimus in finali Inspe. primæ partis. † Quid autẽ si mulieri à frate, vel ab extraneo dotetur emphyteusis, an debetur Laudimium, Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 16. num. 5. dicit quòd est videndus. Bal. in l. voluntas col. 2. Co. de fideicom. quem refert Ias. in l. fin. num. 108. Co. de iure emphyt. vbi Bal. nil aliud dicit nisi quòd frater valet dare in dotem eius sorori rem prohibitam exire extra familiam. Nos autem huiusmodi difficultatem tollentes sic distinguendum putamus, quòd aut frater constituit in dotem sorori bona emphyteutica in communi cum ea possessis, & sumus in casu quo ipse frater eam tenetur dotare,

& non

& non habet alia bona allodialia de quibus possetеam dotare, & tūc non debetur ius Laudimii, aut in dotem dat emphyteusim propriam, & tunc debetur Laudimium, quia isto casu videtur illam donare, ex qua donatione ratione nouæ inuestituræ ac immissionis in possessionem emphyteusis soluitur Laudimium, vt suo loco dicemus, quemadmodum in extraneo constitutum est Laudimium deberi, per tradita Paridis de Puteo de reinte. feudo. fol. 59. col. 4. num. 21. licèt emphyteusis extraneo inæstimata dotetur, Bertr. con. 315. vol. 3. par. 2. & con. 57. vol. 7. Brun. con.
25 44. in fine Amed. in d. quæst. 29. vers. retenta † & in nepote dotante emphyteusim amitæ quòd sit soluendum ius Laudimii, consuluit Bertra.
27 cons. 315. num. 3. par. 3. in 2. impræss. † Quando autem dos data à fratre sorori præsumitur donata, recurre ad Meno. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsu. 16. & quando dos præsumitur donata ab extraneo, vide Mascar.
28 de prob. conclu. 571. vol. 1. † Huc item pertinet hæc quęstio, an dos restituta mulieri soluto matrimonio quæ sub se emphyteusim continet, sit soluendum Laudimium, & dicimus quòd non, quia huiusmodi restitutio ex prouisione iuris non autem hominis pendet, ac ex natura contractus doralis, neque domini consensus exigitur, nam ex quo à principio dominus consensit in datione dotis, necessariò etiam videtur consentire restitutioni dotis faciendę postea in mulierem soluto matrimonio, ita probat Corbul. de causa priua. ob alien. limit. 21. Quod maximè procedit stāte pacto quo 1 vniformiter iniri solet in cōtractibus dotalibus, vt soluto matrimonio dos mulieri restituatur, quia tali casu restitutio est quędam executio ipsius contractus dotalis, & consequenter non debetur Laudimium, quemadmodum statutum est in reuenditione rei emphyteuticæ venditę de consensu domini cum pacto de reuendendo, vt dicam in
29 hac eadem parte Inspect. 50. num. 4. cum seq. Eamdem † sententiam in restitutione rei feudalis datę in dotem amplectitur Io. Vinc. Anna alleg. 95. num. 10. & in specie de hoc extat prouisio in hoc Sicilię Regno in for-
30 tiori casu quòd † ex adiudicationibus seu venditionibus feudorum ex causa dotis constituendę, vel restituendę coniunctis non soluatur ius decimę vsque ad summam vnciarum triginta quolibet anno, vt per Cap. Regni Regis Alpho. 437. quamuis antea per eumdē Regem in Cap. 389. nil fuisset ad votum Regni decretatum, & adde Cum. in cap. si aliquem versic. antiquis num. 240. de success. feudo. & hęc quidem quo ad rem
31 emphyteuticam datam in dotem viro. † Sed dubium extat quid si ea transferatur titulo dotis monasterio ob ingressum mulieris in religionem, an sit soluendū Laudimium, & breuiter respōdemus quòd si dominus directus velit dictam translationem factam monasterio de emphyteusi laudare, & monasterium de ea inuestire, vtique ei soluendum est Laudimium
per

per prædicta, licèt isto casu requiratur domini consensus, quia emphyteusis prohibetur alienari in ecclesiam, & alios potentiores, vt tradit Lamber. in tract. de iure patro. lib. 1. par. 1. 5. quæst. princ. art. 4. quem sequi-
32 tur Corbul. d. limit. 20. num. 1. vers. supradicta † Sed an pro lucro dotis quod maritus consequitur in emphyteusi debeatur Laudimiũ, dic quòd nõ, vt in specie tradit Sola in com. Duca. Subau. tit. de iure emphy. glo. 1. nu. 17.

INSPECTIO XIII.

Alienato iure luendi super emphyteusi num soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Ius luendi alienari potest.*
2 *Laudimium an soluatur ex alienatione iuris luendi super emphyteusi, & num. 5.*
3 *Habens actionem ad rem censetur habere eamdem rem.*
4 *Habens actionẽ ex pacto de reuendendo, dicitur habere ipsam rẽ venditã.*
6 *Ius luendi fundum non est fundus licèt sit immobile.*
7 *Lex fin. Co. de iure emphyt. non procedit in venditione iuris luendi.*
8 *Decima non soluitur pro venditione iuris luendi super feudo.*

1 IVS † luendi super re esse alienabile, & cessibile nemo est qui ignorat, ex Cassan. in Cons. Burgun. tit. des retraictz rub. 10. §. 6. num. 2. fol. 814. num. 32. & 44. Alphan. in suis collect. num. 165. Tiraquell. de retra. conuent. in fine num. 108. Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 21. art. 20. num. 14. Caualc. dec. 7. num. 3. cumseq. par. 2. sic etiam ex Alex. & Follerio docet Simon. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inspe. 1. num. 3. Paul. de Cast. cons. 1. lib. 2. Barbat. cons. 51. pagina 4. vol. 1. Decius cons. 164. in fine Ias. in l. 1. §. vsufructuarius D. de noui oper.
2 nunt. Propterea ociosum non est videre † an ex venditione, seu cessione iuris luendi quod habet emphyteuta super re emphyteutica vendita cum pacto de retrouendendo (præcedente consensu domini) sit soluendum Laudimium, videtur respondendum quòd sic, siue vendatur ei cui fuit vẽditum vtile dominium siue extraneo, quia pactum prædictum facit vt res vendita minoris æstimetur, cùm illud sit onus, & habetur loco pretii, & partis rei venditæ, vt plenè probauit Hiero. à Lauren. dec. 122. num. 2. & 3. Vinc. de franc. dec. 17. num. 5. & dec. 95. num. 3. par. 1. Meno.

de præsu,

de præsu. lib. 3. præsu. 122. num. 9. Rolan. cons. 58. num. 11. lib. 4. Decian. con. 2. nu. 169. lib. 1. Item suadentur præmissa eo axiomate nam
3 † qui habet actionem ad rem censetur eamdem rem habere l. qui actionē D. de reg. iur. meritò per alienationem actionis, quam habet emphyteuta ad ipsam rem, eamdē emphyteusim alienare videtur, & facit quòd opt. mè
4 voluit Barbat. cons. 51. col. 12. lib. 1. vbi determinat quòd † habens actionem ex pacto de retrouendendo dicitur tenere ipsam rem, & numquam exiuisse ab eius patrimonio, & reputatur ac si numquam fuisset alienata, consequenter ergo tunc dicitur perfectè alienata dum ius luendi in ea competens alienatur, & in specie tradit Amede. in simili tract. quæst. 42. vbi ait Laudimium deberi isto in casu attenta rata pretii, quòd venditur ius ipsum redimendi idemq; affirmat Solso. in simili tract. Cellu. 10. nu. 77.
5 † At contrariam sententiam in themate proposito iudicamus probabiliorem, quòd immo non sit locus solutioni Laudimii, prout in specie tradit Foller. in prag. de cens. vers. huiusmodi num. 58. fol. 140. ea potissima ratione innixus, quia Laudimium non soluitur nisi quando titulo alienationis emphyteusis transfertur in aliam personam, at in casu de quo agi-
6 tur non videtur res vendita nisi ius, & actio, Ius etenim redimendi rem emphyteuticam non est ipsa eadem res, sicut actio ex empto competens præcisè ad feudum non est feudum, secundum eum ibidem, quamuis dictum ius censeatur quid immobile ratione ipsius rei, vt per Tiraquell. in d. loco post Alex. cons. 27. col. 2. vers. plus videtur vol. 3. & de retract. ligna. §. 1. glo. 7. num. 31. & quod sit longa differentia inter venditionem rei, & venditionem iuris quod quis habet in re, probat referens communem opinionem Curt. Iun. con. 179. col. 3. quam sequitur Petra de fideicom.
7 quæst. 14 num. 180. † Pręterea lex fin. Co. de iure emphyt. seu qualibet conuentio debet intelligi vt soluatur Laudimium ex alienatione ipsius emphyteusis, vnde non vendicat sibi locum in relaxatione, seu venditione iuris luendi super emphyteusi competentis, cum ex eo emphyteusis non alienetur, sed dumtaxat quædam actio personalis pertinens ad factum relaxatur, non autem ad rem ipsam, vt eleganter asseuerāt Corn. cons. 216. vol. 4. Aret. cons. 6. Cannet. in cap. volentes num. 3. cum seq. de aliena.
8 feudo. pag. 111. † Quinimmo neque domini consensus requiritur in huiusmodi distractione iuris luendi competentis super feudo, neque fisco ius decimæ soluendum est, vt in indiuiduo concludit Hiero. Fimia cons. 6. in fine vol. 1. quem ad pennam habemus allegans Afflict. in constit. diuæ memo. num. 17. & 34. lib. 3. de reuoc. alien. feudo. quia actio competens ad ius luendi est personalis, non autem realis. Vnde omnifariam nostræ indubitatæ sententiæ adherendum est.

N INSPE-

INSPECTIO XIIII.

Vtrum ex transactione debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Transactio dicitur alienatio, & nu. 6. vbi limitatur.*
2 *Laudimium debetur, si emphyteusis datur titulo transactionis accepta pecunia.*
3 *Emphyteuta transigens super emphyteusi accepta pecunia, priuatur iure suo, id faciens inscio domino, & num. 7. vbi limitatur.*
4 *Laudimium an debeatur si emphyteuta dimittat emphyteusim penes aduersarium eam possidentem.*
5 *Laudimium non debetur si emphyteusis remanet penes emphyteutam soluta pecunia ex causa transactionis.*
7 *Pecunia quando detur ex causa transactionis.*
8 *Transactio potest rescindi ob enormissimam læsionem.*
9 *Laudimium an sit soluendum, si emphyteusis rediit ad alienantem ob enormissimam læsionem.*
10 *Decima an debeatur ex feudi transactione.*

QVONIAM ex litibus compositiones, seu transactiones sępissime
1 oriuntur † quę sub verbo alienationis continentur, ex Rolan. cons. 15. num. 3. lib. 1. Crauett. cons. 197. nu. 7. Meno. de arbi. iud. cent. 2. lib. 2. casu 171. num. 40. & 41. Tiraquell. in l. si vnquam vers. donatione largitus num. 200. Co. de reuoca. donat. Conciuis meus Nepita in Cons. Cat. tit. 46. num. 7. Menoc. con. 508. num. 16. Ctor. con. 296. nu. 38. Paris. cons. 85. num. 15. lib. 3 Curt. Iun. con. 192. num. 24. Granut. dec. 318. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 123. congruum meritò pertractandum visum est num ex transactione rei emphyteuticæ soluatur Laudimium, pro cuius difficultatis enodatione tres occurrunt ca-
2 sus, quorum primus sese offert † quando emphyteusis titulo transactionis transfertur in non compræhensum sub emphyteuticatione accepta pecunia per emphyteutam eam possidentem, & tunc certi iuris est esse locum solutioni Laudimii, vt placuit Petro Iaco. in tit. de actio. in rem pro re emphyt. col. 12. vers. item si res quem alios addendo sequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 63. & 69. idemq; sentit Solso. in simili tract. de Laudi. cellu. 7. num. 19. Amed. à Ponte in tract. de Laudem. quæst. 32. Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 4. num. 1. 4. & 5. Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem num. 25. Bertra.

cons.

cons. 255. num. 3. par. 3. & in isto casu admittimus Brun. cons. 44. nu. 11.
3 simpliciter tenentem ex transactione rei emphyteuticæ deberi Laudimiū;
† Quemadmodum emphyteuta tali pacto transigens inconsulto domino ab incursu caducitatis nulla liberatur arte, quia alienatio est, Iasi in l. ius iurandum § . pupillus num. 4. D. de iure iura. & in l. fin. num. 121. Co. de iure emphyt. Peregri. de fideicom. art. 40. num. 124. pag. 376. Suarez in 2. tho. com. opi. nouissimè impræssarum, pag. 111. ver. emphyteuta Curbul. de causa priua. ob alienat. amplia. 34. Capic. dec. 155. num. 16. Carroc. in tract. loca. & condu. tit. de iure emphyt. quæst. 15. num. 4. in nou. impress. & in feudi transactione loquentes fatentur hanc esse magis communem opinionem. Iul. Clar. in §. feudum quęst. 38. Paris. con. 1. nu. 134. volu. 1. Peregri. in memorato loco. Secundus casus est quando
4 † emphyteuta ex causa transactionis emphyteusim apud aduersarium illam possidentem dimittit, & in casu huiusmodi itidem dicimus Laudimium esse soluendum domino, cùm tali casu dicatur illam transferre, & alienare, vt per Tiraquell. in d. glo. num. 63. in fine cum seq. Peregrin. in d. loco; quicquid senserit Solso. in d. cellu. num. 20. cum seq. Tertius casus
5 est † quando emphyteusis remanet penes ipsum emphyteutam eam possidenté, licèt ipse det pecuniam sub prætextu transactionis pro redimenda aduersarii vexatione, & in isto casu negatiuè concludimus Laudimium minimè deberi, quandoquidem isthæc transactionis species alienationem non sapit, vt speciatim determinant Aym. Public. d. art. 4. Bertra. cons. 255. num. 2. par. 3. cons. 3. in prin. par. 2. in prima impræss. & latius cós. 302. par. 3. in 2. impræss. Franc. Marc. dec. 52. num. 10. par. 2. Io. Sains in Consue. Turone. tit. de comment hommagie. art. fin. col. 1. vers. Sed quid Bursa. cons. 137. num. 8. & 10. Purpu. con. 367. nu. 88. Cepha. con. 375. num. 30. Amed. in d. quæst. vbi subdit aliam rationem, quia tali in casu emphyteusis non mutat possessorem neque domino generatur præiuditium Solso. in simili tract. cellu. 7. num. 19. & per Tiraquell. & Redoan.
6 in memoratis locis. † Neque emphyteuta sic transigendo irrequisito emphyteutario vinculo caducitatis supponitur, cùm non dicatur alienare vt est Glo. notab. & ibi pulchre Bart. in l. nulli D. de transact. & in terminis nostris tradit Ias. in d. §. pupillus num. 4. Peregri. in d. art. 40. num. 124. pag. 376. Redoan. in d. tract. tit. de caduc. ob rei aliena. ve. s. emphyteuta quoque num. 37. Marc. dicta dec. nu. 8. Suarez. in præcitato loco. Corbul. in d. causa priua. limit. 28. num. 1. Capic. d. dec. nu. 15. Carroc. in d. quęst.
7 15. num. 6. 7. & 11. Sed iuxta præmissa quæro qualiter † cognoscatur quando pecunia datur ex causa transactionis, & breuiter dicimus quòd si ius partis erat dubium, & tunc pecunia quæ datur videtur dari ex causa transactionis, aut erat certú, & notorium, vt putà quia petebatur executio

reiiudicatæ, licèt pendeat lis, & tunc quantitas pecuniæ quę datur magis litis ęstimatio est, quàm transactio, esto quòd in instrumento caueatur quòd ea ex causa transactionis sit data, secundum Marc. d. dec. num. 4.
8 Sed & illud scire debes, † quòd si transactio ob enormissimam læsionem rescindatur (quemadmodum de iure fieri permittitur, secundum magis communem, & veriorem conclusionem quam testantur Socc. Sen. cons. 85. num. 3. vol. 2. Cagnol. in l. 1. num. 29. Co. de pact. Rolan. cons. 28. num. 26. vol. 4. Dec. cons. 203. num. 4. & cons. 479. num. 11. sic concordando diuersitatem opinionum concludit Mozz. in tract. de contra. tit. de empt. & vend. sub rub. quib. casib. annull. empt. num. 23. Vinc. Anna &c.
9 ibi Addit. Singu. 553. † & consequenter emphyteusis reddit ad veterem emphyteutam qui transegit,) vtrum sit soluendum domino Laudimium, vel si fuit solutum sit locus repetitioni, vide meam distinctionem quam
10 ponam in hac eadem parte Inspe. 23. num. 6. † Quid verò in hac specie sit tenendum, si res feudalis ex causa transactionis interueniente pecunia detur, num sit fisco exsoluenda decima stante Cap. Regni Regis Federi. 28. de alien. feudo. & concludimus quòd non, quia istud circa decimam est ius nouum inductum ex dicto Capitulo, quòd tantùm loquitur de venditione, & permutatione, ideo ad aliam speciem non extenditur, vt post Blasc. Lanzeã tenet Cannet. in d. Cap. vers. At non est omittendũ fol. 189.

INSPECTIO XV.

Num ex alienatione rei subrogatæ loco emphyteusis soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur ex alienatione rei subrogatæ loco emphyteusis.*
2 *Emphyteuta alienans rem subrogatam loco emphyteusis inscio domino an priuetur iure suo.*
3 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatum est.*
4 *Substitutus in officio, an dicatur ordinarius sicut substituens.*

1 SI emphyteuta † consentiente domino permutauerit, seu quomodolibet emphyteusim distraxerit, adeo quòd loco illius sit subrogata alia res immobilis, an dicatur subrogata cum quolibet onere, quemadmodum erat primordialis natura ipsius emphyteusis, vt ex illius rei subrogatæ alienatione debeatur Laudimium, quemadmodum ex ipsa emphyteusi, & quidem

quidem concludimus quòd sic, quia censetur subrogata cum omni suo onere, & omni respectu cum sua primæua natura l. si eum §. qui iniuriarum D. si quis cautio. & speciatim quòd res permutata eamdem naturam sortitur, quàm res cum qua permutata fuit, affatim docet Tiraquell. in l. boue §. hoc sermone limit. 14. num. 2. cum seq. D. de verb. significat. & de retra. lignag. §. 32. glo. 1. num. 26. cum seq. & in nostris terminis Laudimii sentit Amed. in simili tract. de Laudi. quæst. 32. circa finem. Confert prędictæ conclusioni, quia primordialis natura emphyteusis est vt ob illius alienationem debeatur domino Laudimium, meritò ex ipsius rei sub-
2 rogatæ alienatione illud soluendum est, † Neque si ea res subrogata alienetur inconsulto domino directario pęna caducitatis euaditur, vt ex dictis rationibus probāt Corbul. de causa priuat. ob alien. ampliat. 38. Bero.
3 cōs. 110. n. 14. vol. 1. Suadētur predicta quia † subrogatū sapit naturā eius in cuius locum subrogatum est, et si in aliquo discreparet, quandoquidem in cęteris eamdem amplectitur naturam, Tiraquell. de primogen. quęst. 40. num. 43. & de retra. lignag. §. 1. glo. 10. nu. 8. Anna sing. 393. Costa in su s memor. vers. subrogatum Io. Crot. cons. 76. num. 13. Cepha.
4 con. 281. num. 1. Hinc † habens ordinariam iurisdictionem, substituens aliquem in eius officio, substitutus ipse pariter habebit ordinariam iurisdictionem, Bocr. dec. 149. num. 15. Carauit. in Rit. Neap. 7. num. 8. Mara. de ord. iud. par. 4. dilin. 5. num. 18.

INSPECTIO XVI.

Ex alienatione conditionali an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium, & gabellæ an debeantur ex alienatione conditionali emphyteusis, & num. 9.*
2 *Contractus conditionalis non dicitur propriè contractus, nec perfectus.*
3 *Conditio ante omnia impleri debet vt sit locus dispositioni l. fin. Co. de iure emphyt.*
4 *Conditionis euentum cui incumbit probare.*
5 *Venditio conditionalis quæ dicatur, & num. 13.*
6 *Emphyteuta ob alienationem conditionalem factam irrequisito domino nō priuatur iure suo.*
7 *Laudimium an soluatur ex alienatione conditionali si fuit processum ad traditionem, & num. 8. vbi declaratur.*
10 *Laudimium an debeatur ex venditione cuius pretium debet declarari per*

tertium, non dum facta declaratione.

11 *Emphyteuta ob venditionem emphyteusis inscio domino, non dum facta declaratione per tertium, an cadat à iure suo.*

12 *Venditio non valet mortuo tertio qui tenebatur declarare pretium.*

13 *Laudimium an debeatur ex venditione facta ad mensuram.*

14 *Venditio quando dicatur facta ad mensuram, remissiuè.*

15 *Remisso iure Laudimij, an extendatur ad conditionale.*

1 AT non relinquendum est, & intactum dimictendum quęrere si † ex venditione rei emphyteuticę conditionaliter celebrata valeat dominus conditione pendente exigere ius Laudimii, & regulariter dicimus quòd non, quia non est vera, & perfecta alienatio, & Laudimium non absolutè soluitur de contractu, sed de effectu contractus, nempe de laudatione domini, & quandiu contractus nil in esse deducit non requiritur domini laudatio, ita in specie tradunt Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouiter impressarum pag. 112. vers. quid Craue. con. 332. num. 6. Amed. in simil. tract. quęst. 36. circa finem Guid. Pap. cons. 126. num. 2. & de .. 48. Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. num. 22. vers. nec item & in §. 6. glo. 2. num. 18. & ita fuisse iudicatum fatetur Socc. Iun. cons. 70. nu. 34. lib. 3. sicut ex tali venditione neq; gabella solui debet, etsi soluta fuerit veniente conditione iterum solui non debet, vt placuit Rimi. Iun. con. 508. num. 5. & 7. & in terminis Laudimii tenet Amed. in d. quęst. vers. si tamen, Con-

2 tractus † etenim conditionalis non est propriè contractus, vt probat Tiraquell. in d. glo. 2. num. 23. neque dicitur perfectus, Rolan. cons. 7. num. 12. vol. 3. Socc. Iun. cons. 94. num. 17. vol. 2. Aret. cons. 11. col. 1. sed tantum demum purificata conditione Purpu. con. 573. num. 7. Anguisso. con. 1.

3 num. 27. Meno. cons. 631. num. 30. Item † conditio ante omnia impleri debet in forma specifica ad hoc vt sit locus dispositioni l. fin. Co. de iure emphy. vt colligimus ex Ruin. cons. 63. num. 4. lib. 4. Plot. de in lit. iura. num. 34. Menoc. de arbitra. iud. lib. 2. casu 15. num. 3. Sur. in tract. de alim. tit. 4. quęst. 15. num. 17. Purpu. cons. 474. num. 20. & consuluit Rimin. Iun. con. 285. num. 60. quod venditio facta sub conditione perinde est, ac si facta non fuisset, & dixit Amed. in d. quęst. 36. in fine quòd adeo tempus purificatę conditionis est attendendum, vt si contractus celebratus sit tempore vnius conductoris, & purificatus tempore alterius

4 debebitur Laudimium secundo, non autem primo † Cuius conditionis euentus, & purificatio ipsi domino directo incumbit probatio, tanquam suę intentionis principale fundamentum, sicnos admonent Mascar. in tract. de probatio conc. 343. num. 4. & 5. vol. 1. Bertaz. cons. ciuili 19.

5 num. 25. lib. 1. Gabr. cons. 5. num. 34. vol. 1. † Venditio autem siue alie-

natio

natio conditionalis dicitur quando emphyteusis alienatur sub conditione si domino placuerit, vel si domini consensus accesserit, vel quando alienatur cum clausula si & inquantum de iure potest, & non aliter nec alio modo, vel si nauis ex Asia venerit, & sic de similibus, de quibus per Rumin. Iun. cons. 285. num. 65. Meno. cons. 38. num. 17. cum seq. Corbul.
6 de causa priua. ob alien. limit. 36. vbi etiam nu. 3. infert † quòd ex tali alienatione conditionali ipse emphyteuta nō incidit in caducitatem si eam
7 fecerit incōsulto domino; † Sed nostra principalis traditio declaratur non procedere quando esset pendente conditione deuentum ad traditionem rei conditionaliter venditæ, quia tunc Laudimii ius est soluendum, cùm ex medio traditionis sit translatum dominium nouo emphyteutæ, dummodo quòd traditio non sit pariter conditionalis prout in dubio præsumitur, secundum communem opinionem relatam ex Anguillo. cons. 3.
8 num. 29. Tiraquell. in d. glo. 2. num. 30. & 31. † Quod eatenus verum tenemus quatenus res tradita esset locus munitissimus, vel difficilis recuperationis propter potentiam aduersarii, nam tunc emphyteuta ob rei traditionem conditione pendente factam caderet à iure suo, cùm per traditionem sit facta durior domini conditio, & præsumatur in fraudem, & ad illusionem domini alienatio concepta, Bal. cons. 95. num. 1. vol. 3. Tiraquell. in d. glo. 2. num. 32. quos sequitur Corbul. d. limit. 36. num. 4.
9 † At quid dicendum purificata conditione in contractu adiecta, an debeatur Laudimium, & dicimus quòd sic, quandoquidem perinde est ac si contractus ab initio fuisset purè conceptus, ad latè collecta per Tiraquell. in d. glo. num. 26. vers. nam conditionem Amed. à Ponte in simili tract. quæst. 36. Meno. cons. 38. num. 20. Sebast. Med. in tract. de reg. iur.
10 reg. 3. num. 15. par. 2. † Sed quæstionis est, si venditio emphyteusis sit celebrata pro nomine pretii declarandi, seu taxandi à certo quopiam homine, (quo casu talis venditio habet conditionem in se si ille pretium fuerit arbitratus nec ante perficitur, secundum Gabr. cons. 64. num. 4. vol. 1. Rumin. Iun. cons. 73. num. 19.) an interim dominus possit exigere Laudimium, & concludimus quòd nō, vt specialiter admonet Sola in com. duca. subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 19. quia venditio nondum facta declaratione pretii est imperfecta, idemque tenet Bal. in l. hæc
11 venditio vers. dico quid si emphyteuta D. de contra. empt. vbi ait † quòd emphyteuta ob dictam rationem tali modo vendens emphyteusim irrequisito domino non cadit à iure suo, quem sequitur Corbul. d. limit. 36. num. 3. idemque docet Petra de fideicom. quæst. 8. num. 134. Quinim-
12 mo voluit Anna sing. 575. quòd in tali casu † vbi ita venditio censetur imperfecta quòd mortuo ipso tertio ante pretii declarationem non tenet ipsa venditio, vnde Laudimii solutio ita demum sibi locum vendicat si fuerit

magis facta

facta declaratio, & liquidatio pretij per ipsum tertium, cùm eo casu ipsa
13 venditio dicatur perfecta, secundum præfatos † Et itidem tenendum est quando emphyteusis est vendita ad mensuram quæ pariter conditionalis est, & quò ad translationem dominii dicitur imperfecta ante mensurationem respectu periculi rei etiam sequuta traditione, vt consulendo responderunt Socc. Iun. cons. 26. num. 13. cumseq. lib. 1. vbi fatetur hunc esse verissimam conclusionem Rolan. cons. 7. num. 24. vol. 3. Bart. cons. 121. num. 1. vol. 1. Alex. cons. 33. num. 4. vol. 6. Aret. cons. 11. num. 1. Paris. cons. 59. num. 1. lib. 1. Ludo. dec. perus. 60. num. 6. Sebast. Med. de cas. fortu. par. 2. cap. 10. num. 9. Mozz. in tract. de contra. tit. de empt. & vendit. sub vers. de diui. empt. vendit. num. 8. Alex. cons. 90. num. 5. vol. 5. Socc. Sen. cons. 128. num. 1. vol. 3. Meno. cons. 26. num. 29. Anna sing. 573. vbi fatetur ita esse decisum Purpu. cons. 64. nu. 6. Becc. cons. 13. num. 6. Noni. cons. 81. num. 6. & 14. Rimi. Iun. cons. 448. num. 12. & 70. quicquid sentiat in num. 71. cum. seq. Dec. cons. 179. num. 1. ves. & in contrarium Sim. de Pretis cons. 58 num. 11. &
14 cons. 139. num. 30. † Quo autem pacto probetur quando venditio dicitur facta ad mensuram, vide plenè Couarr. lib. pract. quæst. cap. 3. Mozz. in d. num. 8. & præfatos consulentes in memoratis locis, Anna sing. 572. & 574. Becc. d. num. 6. Rimi. Iun. cons. 448. num. 7. 21. & 22. cum seq. Socc. Iun. cons. 42. num. 5. cum seq. vol. 2. Tessau. dec. 185. vbi docet infra quod tempus debeat fieri isthæc mēsuratio Alpha. col. ect. 344
15 Meno. cons. 26. num. 28. cu. seq. vol. 1. Cephal. cons. 36. vol. 1. † Sed quæro an ex remissione Laudimiorum præteritorum per dominum facta, censeantur quoque remissa illa quæ debebantur sub conditione non dum sed postea purificata, & cōcludimus quòd sic ex Sola in com. duca. subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 35. pag. 33. Vnum tamen nota quòd si emphyteusis legetur extraneo in diem, vel sub cōditione, quę extat post obitum testatoris, in continenti debebitur tunc vnicum Laudimium per legatarium, non autem per hæredem, secus autem si non statim sequatur conditio post obitum testatoris, quia debebuntur duo Laudimia vnum scilicet per legatarium, & aliud per hæredem, vt ex non nullis mediis affirmat Solso, in simili tract. tit. de forma loca. ad long. tem. nu. 5.

INSPECTIO XVII.

Vtrum ex pignoratione debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium non debetur ex pignoratione emphyteusis.*

Pignus

2 *Pignus in bonis obligantis remanet.*
3 *Emphyteuta ob pignorationē emphyteusis inscio domino factam an cadat à iure suo, & num. 5.*
4 *Laudimium debetur si emphyteusis pignoretur pro quanto valet, & nu. 6. vbi declaratur.*
7 *Laudimium an soluatur si ex titulo pignorationis sit proceßum ad traditionem emphyteusis.*
8 *Vassallus ob pignorationem feudi cum traditione amittit feudum.*
9 *Laudimium debetur si pignoretur emphyteusis vltra decennium.*

1 AT operepretium est disquirere vtrum † si res emphyteutica impignoretur extraneo nō comprehenso sub inuestitura emphyteutica debeatur domino Laudimium, & respondemus quod non, freti authoritate Neuiz. cons. 88. num. 18. Amed. in simili tract. quæst. 33. Bursat. con. 171. num. 56. lex enim fin. Co. de iure emphyt. non prohibet impignorationem emphyteusis, sed venditionem illius, seu translationem quocunque titulo in aliam personam, per pignus autem non fit isthæc trans-
2 latio, quia obligatio ista nihil transfert, † cùm pignus in bonis obligantis remaneat l. pignus Co. de pigno. act. neque per pignus emphyteuta mutat causam dominii l. sicut §. si debitor D. quib. mod. pign. Mozz. in tract. de contra. sub tit. de accid. pigno. num. 213. pag. 53. creditorq; non effi-
3 citur dominus pignoris ex Rimi. Iun. con. 507. num. 56. Neque † emphyteuta pignorans, seu hypothecans emphyteusim sine domini consensu ponitur periculo priuationis iuris sui, vt tenet Glo. in d. l. fin. in verbo aliis vendere vers. item an pignorare quam Glos. sequuntur omnes vt fatetur Iis. ibi num. 78. Gratus cons. 54. num. 5. vol. 1. Pancir o. con. 79. num. 6. Solso. in simili tract. cellu. 8. num. 16. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 18. Afflict. dec. 191. num. 3. Boer. dec. 181. num. 2. Negusant. in tract. de pigno. in 2. mem. 2. par. num. 28. cum seq. Suarez. in suo thesau. recept. sent. vers. emphyteuta num. 105. & nonnullos cumulam Gabr. in suis com. opin. tit. de reg. iur. conclu. 12. num. 18. Corbu. de causa priua. ob aliena. limit. 33. num. 1. & num. 5. vbi id procedere admittit etiam si in inuestitura promisit illam nō obligare, aut hypothecare sine domini consensu, & cum iuramento, sed tantùm condemnatur ad id quòd interest, & hypotheca est ipso iure nulla, item neque ex tali pignoratione debetur gabella Purpu. con. 202. num. 25. Quæ fortius militant si emphyteusis impignoretur ipsi domino, quia tunc nec minus cēsetur alienatio, esto quòd interueniat realis traditio, sed potius est dominii vtilis cum directo vnitio, & consolidatio temporalis, quamdiu ius pignoris non resoluetur, & ob id mirum non est si Laudimio locus haud est, vt per Solso. in d. cellu. nu. 23.

4 † Declaratur tamen nostrum responsum non procedere quando emphyteusis fuit pro tanta quantitate pignorata, & hypothecata vt verisimiliter nulla sit spes luitionis, quia tunc Laudimium omnino soluitur, cùm isto casu ipsa emphyteusis dicatur alienata, & censetur propria creditoris, qui pecuniam erogauit, & omnino domini consensus exposcitur vt speciatim docent Amed. in d. quæst. Solso. in simili tract. cellu.10.num.67. Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouiter impressarum pag. 112.vers. pone, & ibidem Eicha. pag. 110.vers.præmissa, pro quorum ratione corroboranda non grauabimur adducere tex. in l. qui habebat vbi Glosa & Bart. D. de leg.3. Negusant.in d. tract. sub 1. mem. 3. par. num. 30. Fab. de monte in tract. de empt. & vendit. quæst.4.num.6.Redo.de reb.eccles.nõ alien. sub tit. de signifi. verbi alienatio vers. item sub vocabulo num. 3. fol.8. & in tit. de caduc. ob rei aliena. vers.emphyteuta quoque num.31.pag.520. Conciuis meus Nepita in Consu.Cat. tit. 46.nu.32. Alphan.collect.325. Tiraquell.de vtroque retra.in præfat.num.36. Mozz.in tract.de contract. tit. de pigno. & hypot. sub vers. de reb. quæ pigno. dari poss. num. 38. Villalob. in suis com.opin. sub litera P. num. 83. Simonc. in tract. de decret.lib.2. tit.5.num.1. Io.Pet.Mollign. in tract.de appella.verbo.nu.39. qui enim plus acquirit supra pignus quàm valeat pignus non censetur ha-

5 bere animum luendi, Bal. in cap.1.§. aut quib. mod.feud.ami. † Quemadmodum emphyteuta tali pacto ignorãs emphyteusim inscio domino vinculo caducitatis incurrit, vt probat Corbul. in d. limit. 33. num. 6.

6 Sed † isthæc declaratio subdeclaratur non habere locum quando emphyteusis fuisset antecessorum ipsius emphyteutæ, quandoquidem isto casu intuitu affectionis ipsius rei non vrget verisimilitudo eum ipsam rem derelicturum, & non redempturum etiam si pignorauerit tanti quanti valet, aut pluris, secundum Tiraquell. & Alpha. vbi supra & per Alciat. lib. 4.

7 dispun.cap.18. † Declaratur secundo nostrum principale responsum sibi locum vẽdicare in mera, & simplici pignoratione, seu hypotheca generali, secus autem si specialiter titulo pignorationis ad traditionẽ ipsius emphyteusis sit processum, tali pacto vt is cui pignus fuerit datum fructus percipiat, quia tunc putamus quòd Laudimium debet solui, cùm eo casu sit translatum dominium ipsius rei vt docent vnanimiter Legum Interpretes in l. traditionibus Co. de pactis & per Mozz. in præcit. loco & speciatim Amed. in d. quæst.33. prope finem ibidem declarans hoc non militare si re vera pignus sit absque aliqua fructuum perceptione nulla existente fraudis suspicione, licèt emphyteusis pro equiualenti pretio esset pignorata secuta etiam traditione. Solso. in d. cellu. num. 15. Sicut ex hac ra-

8 tione † vassallus ob huiusmodi pignorationem cum traditione inscio do-

9 mino factam priuatur feudo. Iul. Clar. §. feudum quæst. 35. † Declara-

tur

tur tertio non habere locum quando pignoratio fuit facta ad longum tempus, nempe vltra decennium quia tunc soluitur Laudimium ex Solso. in simili tract. prælu.4. num.22.

INSPECTIO XVIII.

Ex pacto vt quouis modo alienetur emphyteusis soluatur Laudimium, an illud semper debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur in casibus à iure expressis, non obstante pacto de illud semper soluendo, & num. 4. vbi limitatur.*
2 *Laudimium debetur ex alienatione emphyteusis, etiam nullo inito pacto in emphyteuticatione.*
3 *Emphyteuta alienans irrequisito domino cadit à iure suo, etiam si nullum pactum interuenerit circa alienationem rei, & melioramentorum.*
5 *Bona fideicommisso subiecta an possint alienari ex causa dotis.*
6 *Laudimium non debetur ex alienatione necessaria, etiam si fuisset cautum in inuestitura vt illud debeatur ex omni alienatione, relatiuè.*

1 OCCVRRIT nō inutilis quæstio, † quòd si in inuestitura emphyteutica pacto deductū sit vt quouis modo emphyteusis alienetur Laudimium soluendum sit, an dictum pactum extendatur ad alienationes ex quibus de iure non debetur Laudimium, & fatemur quòd non, pactum enim illud intelligitur secundum iuris formā nempe in illis casibus in quibus de iure debetur, vt nuncupatim consuluit Brunus cons. 44. num. 9. & 10. Hinc si emphyteuta in inuestitura pacto expræsso promisisset domino non alienare rem eo inconsulto, tale pactum intelligitur habere locum in alienatione facienda in extraneos, non autem inter seipsos coëmphyteutas, secundū Corb. de causa priua. ob alie. limit. 6. num. 5. Quemad-
2 modum † è conuerso si nulla extiterit conuentio in inuestitura emphyteutica quòd sit soluendum Laudimium in casu alienationis rei emphyteuticæ, attamen illud soluendum est, quia Laudimium debetur ex natura contractus emphyteutici ob nouam inuestituram, & consensum ipsius do-
3 mini, vt dixi in prima parte Inspect. 5. num. 13. Et ideo † emphyteuta propter alienationem factam irrequisito domino cadit à iure suo, etiam si nullum pactum fuerit inter dominum, & emphyteutam circa alienationē rei emphyteuticæ, vel melioramentorum, sicut cadit etiam si canonem

non soluat, datò quòd super non solutione canonis nullæ pactiones inter dominum, & emphyteutam interuenerint, cum veniant ex natura contractus emphyteutici secundum Corbul. de causa priuat. ob aliena. ampliat 1. † Sed dificultas consistit si sub in inuestitura emphyteutica esset
4 cautum vt in casu alienationis rei emphyteuticæ titulo permutationis, & similium ex quibus de iure non soluitur Laudimium, vtrum mediante tali expresione debeatur Laudimium, & respondemus quòd sic, tale etenim pactum procul dubio afficit promittentem, & eius hæredes nec eis ita volentibus fit iniuria, cùm contractus ex partium conuentione legem accipiant, vt ex hiis rationibus in specie determinat Hiero. à Laurent. dec. Auenio. 143. num. 4. in fine vbi ait esse cautelam quam docent Angel. &
5 Ias. in l. fin. num. 58. Co. de iure emphyt. † Exemplo bonorum fideicommisso subiectorum quę licet nequeant alienari per hæredem grauatum, etiam ex causa dotium constituendarum, vel restituendarum ob expressam prohibitionem testatoris, tamen si prohibitio esset generalis, ea iure optimo possent alienari, ita reiecta contraria opinione concludit Conciuis meus Hiero. Fimia cons. 66. circa finem & in cons. 103. vers. tertia ratione vol. 1. per cons. Alex. 56. lib. 1. Curt. Senio. cons. 66. col. 19. Couarr. lib. 3. vari. resol. cap. 6. num. 10. vbi fatetur hanc esse verissimam opinionem Crassus in §. fideicommissum quæst. 57. nu. 3. à Valle con. 27. nu. 5. & 7. cum seq. lib. 4. Marza. de fideicom. parte 2. quæst. 48. vers. est tamen. Suadentur præmissa ex eo quia contractus emphyteuticus eam regulam tantummodo habet quam partes paciscendo imponunt, vt dixi in prima parte Inspect. 5. nu. 17. vnde cum inter dominum & emphyteutam esset conuentum vt in certis enumeratis casibus alienationum sit soluendum Laudimium, meritò conuentio ipsa omnino seruanda est, l. iurisgentium.
6 §. prætor ait D. de pactis † Fortificatur nostra principalis conclusio ex eo quòd diximus in hac eadem parte Inspect. 1. num. 15. quòd etiam stante pacto inito in inuestitura emphyteutica vt quouis modo emphyteusis alienetur sit soluendum Laudimium, tamen dictum pactum verificatur in alienatione voluntaria, non autem in necessaria, quæ fit iure cogente.

INSPECTIO XIX.

Si condemnatus restitutus sit ad emphyteusim an soluat Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur per restitutum à Principe ad emphyteusim.*

Bona

2 *Bona restituta à Principe dicuntur pertinere tanquam acquisititia.*

3 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*

1 VTRVM † condemnatus ob enormitatem perpetrati criminis, si est restitutus à Principe ad emphyteusim amissam, & titulo confiscationis deuolutam fisco, teneatur pro huiusmodi acquisitione seu recuperatione bonorum soluere Laudimium, videtur dicendum quòd sic, cùm
2 † ea bona dicantur ei pertinere de nouo tanquàm acquisiticia, vt per Cassan. in Cons. Burgun. des droictz §. 6. vers. anciens col. 3. vers. præpositus, Tiraquell. de retra. ligna. §. 32. glo. vni. num. 30. Sed circumscripta dicta opinione respōdemus Laudimiū nō deberi, † cum restitutio sit in
3 pristinum statum repositio, & sic dicitur idem dominium ex titulo præcedente, nec dici potest esse mutatum, vt specialiter docet Probus in add. ad Io. Mona. in cap. 1. num. 7. de in integ. resti. lib. 6. quem sequuntur Boer. dec. 279. in fine Peregrin. in tract. de iur. fisci tit. banni. & damna restit. num. 64. Quinimmo esto quòd sit noua concessio (prout negamus) nec minus locus est solutioni Laudimii per ea quæ diximus in hac eadem parte sub Inspe. 31. num. 1. & faciunt tradita per Cannet. de feud. fol. 118. cum seq. à Ponte in simili tract. quæst. 12.

INSPECTIO XX.

Ex subiugatione emphyteusis iuxta formam Bullæ an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex subiugatione emphyteusis, & num. 18. 19 22. & 27.*

2 *Census iuxta formam bullæ debent constitui super re immobili, vel quę pro immobili habeatur.*

3 *Subiugatio an dicatur alienatio, & num. 36.*

4 *Census Ciuitatum non possunt vendi sine sollemnitatibus.*

5 *Prælati non possunt constituere census in rebus ecclesiæ.*

6 *Census an possint constitui super bonis minorum.*

7 *Contractus secundum formam bullæ est emptionis, & venditionis, & nu. 21. vbi declaratur.*

8 *Dominium verè transit in emptorem census bullaris.*

9 *Census bullares dicuntur reales.*

Pragma-

1 PVLCRA & nodosa attexitur indagatio,† vtrum ex valida subiugatione rei emphyteuticæ valeat dominus directus exigere ius Laudimii pro quantitate pecuniæ receptæ per emphyteutam, Qua in re videtur af-
2 firmatiuè respondendum hiis præcipuis fundamentis, quandoquidem † census iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ sanctionis debẽt constitui relati ad certam rem immobilem, vel quæ pro immobili habeatur, vt legitur ex Bulla Papæ Pii V. de censibus sub data Romæ anno 1568. & in hoc Siciliæ Regno exequutæ in anno 1569. in hac specie approbata per Papam Grego. XIII. vt patet in vol. 2. pragma. tit. 46. idem tradunt Redoa. de reb. eccles. non alie. sub rub. de const. ann. cens, num. 46. cum seq. Corbul. de causa priua. ob aliena. ampliat. 49. num. 11. in fine Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 6. num. 11. Gabr. de verb. signifi. conc. 8. num. 2. Ruin. con. 82. num. 5. vol. 2. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 32. num. 8. & 9. Nauar. in repet. can. primi 14. quæst. 3. num. 83. & 90. Viui. dec. 369. num. 3. lib. 2. Tessau. dec. 154. num. 4. vers. cæterum Laurent. de Rodul. in Cap. consuluit quæst. 12. num. 46. de vsur. Cassan. in Cathalago glor. mundi part. 12. conside. 99. col. 10. vers. aduerte & con. 63. num. 5. Foller. in dicta Bulla vers. huiusmodi num. 50. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 7. num. 5. vers. est igitur, vbi hanc esse communem opinionem fatetur, quicquid ipse perperam teneat à communi discedens, Hieron.

Fimia

Fimia conſ.22. id militare ſubdens non obſtante quòd bona ipſius ſubiugantis pro obſeruatione contractus ſubiugatorii obligentur, Vnde ſequitur quòd iſthæc † ſuppoſitio, ſeu ſubiugatio proculdubio alienatio dici
3 conſueuit, cùm ipſam rem ſubiugatam afficiat, ſecundum Corbul. dicta
4 amplia. 49. num. 3. Granut. dec. 17. Hinc † cenſus prædicti per Ciuitates acquiſiti in alium transferri non poſſunt, neque ſuper bonis ipſarum Ciuitatum, & vniuerſitatum poſſunt imponi, niſi concurrentibus omnibus ſollemnitatibus de iure requiſitis, Feller. in dicto verſ. à num. 24. vſque ad 38. vbi etiam colligit eaſdem ſollemnitates quas pariter remiſsiuè tra-
5 dit Nepita in Conſu. Cat. tit. 36. num. 9. † Quemadmodum in bonis eccleſiaſticis per prælatos, vel rectores prædicti cenſus conſtitui non poſſunt, vel conſtituti alienari valent, niſi ex vrgenti cauſa adhibitis omnibus ſollemnitatibus, quæ in alienatione rei eccleſiæ exiguntur, ita Redoan. in dicto tract. ſub rub. de conſtit. annu. cenſ. num. 26. cum ſeq. Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 6. num. 6. vbi nonnullos in hanc ſententiam meminit Meno. de arbit. Iudi. lib. 2. cen. 3. caſu 233. num. 1. Gabr. in tit. de verb. ſignifi. conc. 8. num. 1. Meno. de recupe. poſſe. reme. 1. nu. 45. Feller. in d. ver. num. 27. Item nec maritus ſine conſenſu vxoris poteſt tales cenſus alienare, ſtante Conſuetudine Catanæ ſub tit. de conceſſa mar. & pat.
6 alie. & ibi Nepita num. 61. Rurſus nec minus † huiuſmodi cenſus bullares poſſunt imponi ſuper prædiis minorum, niſi ob vrgentem neceſsitatis cauſam, iuxta tex. l. magis puto §. non paſsim & l. ob æs alienum Co. de prędi. mino. ac interuenientibus cæteris ſollemnitatibus quæ in alienatione rerum minorum expoſcuntur, vt ſcriptum reliquerunt Corbul. in d. ampliat. num. 4. Rimi. Iun. con. 501. num. 80. & 81. vol. 5. à Valle con. 54. num. 9. vol. 2. Simonce. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. num. 33. Redo. in dicta rub. num 32. in fine cum ſeq. Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 6. num. 6. Bonius in tract. de cenſi. art. 23. in fine & in art. 31. per totum Feller. in dicto verſ. huiuſmodi num. 38. cum ſeq. vbi ſubdit & memorat dictas ſollemnitates, quas etiam remiſsiuè tradit Nepita in d. tit. num. 2.
7 † Item contractus ſubiugatorius ſecundum formam Bullæ eſt emptionis, & venditionis, dum in ea ſit expreſſa mentio de pretio, vt in text. ibi (*pro conſimili pretio*) quod propriè venditionē demonſtrat, ex Tiraque. de ret. ſang. §. 1. glo. 2. num. 1. & ſenti. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 7. nu. 2. Meno. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſu. 107. num. 14. vbi etiam inquit
8 † quòd dominium ipſius iuris cenſus verè tranſit in ſubiugatarium, datò
9 quòd ſit redimibile, † Hinc retenta opinione quòd huiuſmodi cenſus ſint reales reſpectu rei, rem ipſam meritò emphyteuticam afficiunt, eamq; ſequuntur penes quemcunque vadat citra principalis ſubiugantis, eiuſq; hæredum excuſsionem, vt ex memorata Bulla elicitur vbi Pet. de Grego.

quæſt. 6.

quæst 6. nu.4. & 5. priuil.& Foller. in verſ. tanquam res iudicata nu.27. quem ſequitur cæteros cumulando Corbul.in dicta ampl.ii. num. 8. & 9. Tiraquell. de retract.lignag.§.6.glo.1.num.7. Pinell.in l. 1. Co. de bon. mater.par.2.num.72. Velaſc.in d. quæſt. 32.num. 14. Redoan. in dicto titulo de conſtit. cenſ.num.62. cum ſeq. Gabr.conſ.141.num. 2. lib. 2. quamuis iure communi inſpecto, obligatio perſonalis non ſequatur fundi ſingularem ſucceſſorem, ex communi ſchola in l. liberto in princ. D. de
10 annu. legat. Et ideo † diſpoſitio dictæ pragmaticæ vt poſsit fieri executio contra detemptorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, in hac ſpecie nemo negat, quin ſit ſeruitus debita à re perſonæ, cùm tranſeat actio contra quemlibet poſſeſſorem, etiam ſingularem, ita Pet. de Grego. in d. q.6. priuil.9. Can-
11 net. in Cap. volentes verſ. ſucceſsiuè num. 19. de alie. feudo. fol.165. † Et adeò cenſetur obligatus ipſe poſſeſſor, quòd etiam ante ſeparationem, & perceptionem fructuum poteſt conueniri, & exigi, ſecundum eundem
12 Cannet. dicto verſ. num. 32. & 35. † Item ſtante dicta realitate proculdubio poteſt intentari poſſeſſorium retinendæ, & recuperandę, quoniam cenſus ipſi eiuſdem ſunt naturæ prout res ſuper qua debentur, quamuis ſecùs eſſet ſi perſonam cenſuarii ſequerentur, ex ſententia Boniorni ſup. d. Bulla ſub verſ. annualium Tiraque. de retra.ligna.§. 32.glo.vni.nu.79. & in §. 6.glo.1.num.6. in fine, & in hoc concordant Doctores Iuris Canonici, & Ciuilis, vt fatetur Afflict. dec. 395.num. 8. Benint. dec. 27. Guglie.de Benedict.in Cap. raynuntius verſ. & vxorem nomine Adelaſiá num. 438. de teſtam. Gigas in tract. de penſio.quæſt.47. num. 2. Folle. ſuper dicta Bulla verſ. huiuſmodi num. 88. Redoan. de reb. eccleſ. non alie. ſub tit. de conſt.ann.cenſ.num.76.cum ſeq. Gabr. in ſuis com. opin. de reſtit. ſpoliat.quæſt.1.num.30. Carroc. in tract. loca. & cond. part. 6.
13 tit. de canone reintegra. remed.15.num.2. † Quam ipſe poſſeſsionem rectè probabit ipſe ſubiugatarius per duas ſolutiones iuris cenſus ei factas & ſic petere vt manuteneatur in dicta poſſeſsione exigēdi. Maſca. de prob. con. 603. num. 8. vol. 2. Guglie. de Bened. Folle. Redoa. & Carroc. in
14 præcit. locis, Maſca. in tract. de proba. conclu. 276. num. 15. vol. 1. † Vnde perempta re ſubiugata in totum, vel in parte, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, cenſus bullaris ad ratam perimitur quò ad obligationem realem, vt elicitur ex Bulla Papæ Pii V. de cenſibus Data Romę anno 1568. & exequuta in hoc Siciliæ Regno anno 1569. Nauar. in Can. 1. 14. quæſt. 3. num. 79. & 86. Couarr. in d. cap. 7. num. 5. Teſſaur. deciſ. 239. num. 8. Redo. in dicto tit. num. 47. Summa Angel. in verſ. vſura num.78. Foller. in d. verſ. huiuſmodi in fine Velaſ. in d. quæſt. 32.
15 num. 16. vbi ſubdit rationem quia ius reale cum re ipſa expedit finiri, † ad differentiam iuris canonis quod exigit vt in totum res emphyteutica

non

non teneatur illud soluere, secùs autem si pro parte, quia tunc nulla se liberat arte, secundum communiorem opinionem quam post multos fatentur Tessaur. dec. 20. num. 4. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 27. num. 3. & 4. vbi etiam declarat communem opinionem procedere dummodo particula illa quæ superest ex re emphyteutica sufficiat ad solutionē constitutę pensionis, alioquin locus erit remissioni exemplo sterilitatis fructuum, vel nisi pactio in contrarium esset inita inter dominū & emphyteutam tempore emphyteuticationis, secundum Corbul. de causa priua. ob non solut. cano. limit. 32. Et quamuis præcitati Legum Interpretes de
16 censu perpetuo verba faciant † attamen non negamus huiusmodi census bullares dici perpetuos, licèt sint redimibiles, quia non est diffinitum tempus redimendi, vt ex cons. Ruini 82. num. 3. vol. 2. tenent Cannet. in d. vers. successiuè num. 15. Nepita in Cons. Cat. tit. de conce. mar. & pat. alie. num. 62. Roman. in l. si constante §. quotiens num. 17. & §. fin. nu. 10. D. solut. mat. Paris. con. 56. num. 13. lib. 3. Bellon. con. 23. num. 9. Boniorn. sup. Bulla vers. annualium censualium & ibi Io. Aloys. vers. & pro intelligentia, Tiraqnell. de retra. sanguin. §. 1. glo. 6. num. 8. in fine, Folle. in dicto vers. huiusmodi num. 33. vbi subdit rationem quia licèt sint redimibiles tamen status pręsens attenditur, quo non dum res redempta est, idemq; affirmat Molina de primogenit. lib. 2. cap. 10. num. 6. Vlterius
17 suadentur præmissa eo axiomate quòd † emphyteuta nullatenus potest huiusmodi subiugationem perficere nisi consensu domini mediante, si pęnam caducitatis euitare cupit, vt probat doctissimè Corbul. in dicta ampliat. 49. at Laudimii ius soluitur domino ratione consensus, vt prædiximus in prima parte Inspe. 5. num. 1. meritò tenendum videtur Laudimium
18 ex tali subiugatione solui debere, † Et tandem quòd ex venditione annuorum redituum impositorum super re emphyteutica sit soluēdum domino Laudimium, docet Tiraquell. de retra. ligna. §. 6. glo. 1. num. 5. cum seq. quia dicti annui redditus in re ipsa habent stabile fundamentū, & pro ipso solo emphyteutico existimantur eiusq; omnimodam sequuntur naturam, Gabr. cons. 141. num. 5. 10. & 13. lib. 2. Item si ipsa emphyteusis deinde venditur ex quo dictis redditibus est obnoxia, & supposita non tanti venderetur quanti si libera esset, ideo cum ex hoc capite incommodum resultet domino directo, vt non tantum ius Laudimii ex illius distractione consequatur, æquitas exclamat vt pro istius incommodi resarciendi causa ipse dominus Laudimium valeat exigere, aliàs esset in facultate emphyteutæ ius domini eo inscio, & irrequisito minuere contra dispos. l. fin. Co. de iure emphyt. vt ore Tiraquelli loquar in præcit. loco quem sequitur Amed. in simili tract. de Laudimio quæst. 41. dum sentit Laudimium in isto casu deberi attenta rata pretii, seu capitalis ipsorum censuum. Oppositam verò

ſententiam in themate propoſito putamus eſſe probabiliorem, & expedi-
19 tiſsimam † quòd Laudimium ex ſubiugatione minimè debeatur, quandoquidem dicta lex fin. ſeu quæuis conuentio ſub inueſtitura emphyteutica adiecta loquuntur Laudimium deberi ex venditione, vel æſtimatione emphyteuſis, & ſic quando dominium illius vtile transfertur in aliam per-
20 ſonam non comprehenſam in dicta inueſtitura, † Subiugatio etenim rei emphyteuticæ nil aliud eſt niſi quædam hypothecaria ſuppoſitio, teſte Cannet. in dicto cap. volentes verſ. ſed reſtat num. 6. pag. 196. pro qua
21 Laudimium non debetur, Burſatus con. 171. num. 56. Et licèt † cenſus prędicti emptionis, & venditionis titulo conſtituantur ſuper ipſa emphyteuſi, tamen hoc intelligitur inter ipſos contrahentes, ſed reſpectu emphyteuſis ſubiugatæ erit contractus ſubiugatorius, vt probatur ex ipſa Bulla quæ præſtat facultatem emendi dictos cenſus, & ſic inducitur contractus emptionis & venditionis, & inde ſubdit quòd ſubiugatio ſit facienda ſuper rebus, & proprietatibus ſubiugantis, adeò quòd nullatenus conſiſtit venditio de rebus, & proprietatibus; ſed dumtaxat ipſi cenſus annuales venduntur, ad quorum ſolutionem ſubiugans obligatur actione perſonali, vt ſpeciatim aſſeuerant Cannet. in dicto verſ. ſed reſtat num. 8. Redoan. de reb. eccleſ. non alie. verſ. contractus pariter num. 10. pag. 31. Hiero. Fimia & Anto. Ruſſus in appoſtillis ad dictã Bullam Gabr. conſ.
22 141. num. 1. cum ſeq. lib. 2. & conſequenter † de tali contractu ſubiugatorio non debetur Laudimium, cùm illud debeatur de venditione ſeu alienatione ex qua tranſit res pleno iure in alienam perſonam, vt elicitur ex l. fin. Co. de iure emphyt. & diximus in prima parte Inſpe. 5. num. 9. Cor-
23 roborantur præmiſſa ex eo quòd ipſe † emphyteuta liberè poteſt emphyteuſim ſupponere, & hypothecare etiam inconſulto domino directo citra periculum caducitatis, & priuationis iuris ſui, quia per hypothecationem emphyteuſis non tranſit in creditorem hypothecarium, ſed remanet in poſſe & dominio hypothecantis, & conſequenter ex tali ſubiugatione & hypotheca non ſoluitur Laudimium, probatur autem antecedens ex Iul. Claro in §. emphyteuſis quæſt. 18. Corbul. de cauſ. priuation. aliena. limit. 33. num. 1. & 2. & quòd ex hypotheca ſuper emphyteuſi non exigatur Laudimium, conſuluit Craue. con. 548. num. 15. quinimo ibi ſub nu. 3. ampliat hoc procedere etiam ſi inueſtitura promiſerit emphyteuſim non hypothecare ſine domini conſenſu etiam cum iuramento licèt teneatur in
24 id quod intereſt ſecundum eum ibi, Item facit † quid ſubiugáre iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ de centibus, nil aliud eſt niſi ſupponere, & obligare, eſt tex. apertus in l. cum de in rem verſo D. de vſuris ſe-
25 cundum Cannet. in dicto verſ. ſucceſsiuè num. 9. & nuncupatim quòd † emphyteuta valeat impune citra domini conſenſum ſubiugare, tenent

Folle. super dicta Bulla vers. huiusmodi num. 21. Redo. in dicto tit. de const. annu. cens. nu. 24. & 35. Cannet. in dicto vers. sed restat num. 13.
26 pag. 196. quia ipse † emphyteuta habet vtile dominium in re emphyteutica, & per census bullaris constitutionem nullum dominium, vel possessio in subiugatarium transfertur, secundum prędictos & Pet. de Grego.
27 in d. Bulla quæst. 5. vers. si verò talis † Et ex subiugatione rei emphyteuticæ nullum ius Laudimii deberi, speciatim tradit Folle. in dicto vers. huiusmodi num. 61. vbi subdit rationem, quia licèt census sit onus ipsi rei emphyteuticę, non sequitur propterea quòd sit pars rei, nisi fictè, & aliud est fundus, aliud est super fundo, cui sententiæ accedere videtur Solso. in simili tract. de Laudimio celull. 2. num. 13. dum determinat ex impositione census Laudimium non deberi, sed tantùm de pretio emptionis & in tit. de forma loca. ad long. tem. num. 8. quicquid ipse sentiat in 9. cellu. num. 25. idem tenent Boer. in Consue. Biturig. tit. des coustumes des fiez. §. 4. in fine & in §. 18. col. 2. Io. Sains. in Cons. Turon. art. 5. circa princ. Cassan. in Cons. Burgu. tit. des censes rub. 11. glo. 1. num. 15. fol. 1370. maximè dicit ipse Io. Sains. quando census super emphyteusi ven-
28 duntur cum pacto de reuendendo, quia tales † census seu redditus inter bona immobilia minimè computantur, & sic habemus Doctores in terminis bullæ hoc decidentes, Quæ sententia proculdubio extenditur militare in alienatione dictorum reddituum super emphyteusi impositorum, vt admonet Solso. in simili tract. cellu. 8. num. 38. Ad cuius sententiæ corroborationem confert, quia dicti redditus (vt dixi) non computantur inter immobilia, sed quamdam tertiam speciem constituunt separatam à mobilibus & immobilibus, quàmuis pro immobilibus habeātur eorumq; naturam potius sequantur quàm mobilium ex Tiraquell. de retract. sanguin. §. 1. glo. 6. num. 3. Vinc. de Franc. dec. 362. num. 7. Boniornus sup. Bulla vers. annualium vbi etiam Io. Aloys. in vers. & pro intelligentia Simonce. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 57. Redoan. de reb. eccl. non alien. tit. de alien. red. iur. num. 9. & 17. Suarez in declara. leg. Regni tit. delos emplazamentos num. 28. pag. 742. Nepita in Cons. Cat. tit. de confu. bon. iug. num. 10. & 11. & in tit. de concess. mar. & pat. aliena. num. 60. Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de annuis reddit. in nou. impress. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsu. 42. num. 3. Prætetea dispositio l. fin. Co. de iure emphyt. vult Laudimium deberi si emphyteusis alienari contingat, quæ in rebus soli tantum consistit vt elicitur ex l. 1. D. si ager vectig. & §. adeo Instit. de locato. Celso Hugo cons. 60. num. 27. Sola in Com. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 27. pag. 32. Ias. in l. 1. num. 101. Co. de iure emphyt. hanc esse indubitatam opinionem fatetur Velasc. in tract. de iure emphyt. quæst. 1. num. 4. & in

30 quæst. 12. num. 1. Becc. cons. 2. num. 2. † Census et enim non consistum in rebus soli, sed prorsus incorporales, inuisibiles, & in palpabiles existimantur, vt probat Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 2. in fine meritò non est mirum si nullum ius Laudimii sit soluendum ex subiugatione emphy-
31 teusis, Nec prętereundum existimaui quęrere † an decima soluatur ex subiugatione rei feudalis, maximè quòd ad corroborationem nostræ conclusionis quodammodo tendere videtur; & quidem dicimus quòd non; quoniam decima debetur ex contractu emptionis & venditionis, vel permutationis feudi interueniente pecunia; vt legitur ex Cap. Regni Regis
32 Federi. 110. tit. de alie. feudo. Rursus est considerandum † quòd duabus ex causis soluitur decima vna propter licentiam præstitam à Principe alienandi feuda, altera verò ob recognitionem directi dominii suæ Catholicę Maiestatis, vt probaui in prima parte Inspect. 5. in fine, quę causę penitus desistunt, in subiugatione, Prima enim cessat, quia subiugatio non est alienatio cùm per eam nullum ius dominii vel possessionis rei subiugatę transferatur in creditorem seu subiugatarium, vt elicitur ex Cap. Regni Regis Ferdin. 59. & 108. & dixi supra num. 23. Cessat & altera ratio de recognitione directi dominii Regis, nam in ementem redditus, seu subiugatarium nullum transit dominium quod possit à Rege recognosci, & ita ex hiis & aliis mediis (postergata distinctione Petri de Gregorio in tract. de conce. feud. par. 8.) concludit Cannet. in Cap. volentes vers. sed restat à num. 1. vsque ad 15. exclusiuè, Non obstant ideo quę fuerunt pro con-
33 traria parte adducta in nu. 16. † quòd census bullares sint perpetui, quia illud axioma intelligitur respectu emptoris seu subiugatarii, cuius pecunia seu sors principalis dictorum censuum debet esse demortua, vt elicitur in tex. dictę Bullę Papę Nicolai ibi (*quam mortua nuncupatur*) & in Bulla Papę Pii V. ibi (*pacta etiam continentia pretium census*) Simonc. in tract. de decret. lib. 3 tit. 8. num. 118. in fine vbi ait quòd ad hoc vt census legitimus existat secundum Bullas & ordinamenta Pontificum debet esse perpetuus, nec vnquam posse ex parte dantis reuocari vel repeti id quòd datū fuit, non autem respectu ipsius emphyteutæ subiugantis, cui licitum est quandocunque ius redimendi seu redimendi dictos census stante pacto de reuendendo, vt elicitur ex dicta Bulla ibi (*instrumento gratiæ pro consimili pretio*) & hoc tàm apposito certo tempore quàm non semper tenetur emptor seu subiugatarius retrouendere, secundum Folle. in dicto vers.
34 num. 16. † Neque ipse emphyteuta dicitur prohibitus subiugare, quandoquidem prohibitus alienare non censetur prohibitus se obligare sub spe luitionis vt per Mozzium in tract. de contract. sub rub. de pigno. nu. 38. Riua in l. in quartam num. 56. D. ad leg. falc. Petra. de fideicom. quæst.
35 8. num. 539. † Item quando res iuxta formam Bullę subiugatur, redditus

tantum

tantùm rei subiugatæ censentur venditi pro concurrenti quantitate sortis principalis solutæ, vnde si res subiugata non tanti esset redditus, contractus subiugatorius minimè subsisteret, cùm esset tantùm mera obligatio personalis, Laure. de Rodulfis in tract. de vsur. quæst. 12. quem sequitur Cannet. in Cap. volentes vers. successiuè num. 10. 11. & 14. de alienâ. feud. pag. 165. Nec minus obstare habet illud quòd ex Tiraquello scripsimus supra num. 18. quòd fundus obnoxius huiusmodi censibus minus venditur, & consequenter minus Laudimium consequitur dominus si res subiugata & censita vendi contingerit, Quoniam respondetur quòd imo
36 mo † tempore venditionis emphyteusis censui suppositę cum dicto onere venditæ debetur Laudimium non solum ex pretio illius, sed etiam ex capitale ipsius census, vt nuncupatim voluerunt Solso. in simili tract. cellu. 1. num. 19. Nauarr. in tract. de vsur. num. 93. in glosa 8. & sic in dies seruari videmus quòd soluitur Laudimium non solùm ex pretio conuento inter contrahentes, sed etiam ex sorte principali censuum impositorum super ipsa re, cùm sit subrogata loco pretii si cum onere soluendi dictos census ea vẽdita sit, Neque in aliquo obstat domino ipsa subiugatio, quia
37 si † emphyteusis ad eum deuoluatur ob canonem non solutũ, vel ob alienationem eo irrequisito factam, vel ob deteriorationem & sic de similibus (de quibus plenè Corbul. in tract. de caus. ex quib. emphy. cad. à iure suo,) ipsa emphyteusis redit ad dominum sine aliquo onere hypothecæ, aut alterius obligationis, ex trita regula quòd resoluto iure datoris resoluitur ius pignoris vt probatur in l. vectigali in fine D. de pigno. à Vall. cons. 59. nu. 11. vol. 2. Alex. con. 10. num. 6. vol. 5. Dec. con. 239. in fine vol. 2. Castrens. con. 68. in fine lib. 2. Corbul. in d. tract. de causa priuat. ob aliena.
38 amplia. t. 47. & latius de causa priua. ob can. non solut. amplia. 34. † Nisi dominus consenserit obligationi, vel si ea reuertatur ad dominũ tanquàm priuatum, vt putà quia illam emit, vel ex donatione, legato, aut alio titulo habuit, secundum Amed. in d. quæst. 41. Corbul. in dicta amplia. 34. nu. 3. idemq; ex communi distinctione existimant Bursa. con. 171. num. 29. Tiraquell. de ret. conue. §. 3. glo. vni. num. 11. Guid. Pap. dec. 575. Negusa. de pigno. mem. 1. par. 5. num. 43.

INSPECTIO XXI.

Ex constitutione dotarij super emphyteusi an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium non debetur ex constitutione dotarij super emphyteusi, & ibidem*

ibidem quando, & quare debetur dotarium.

2 *Emphyteusis potest hypothecari inconsulto domino, remissiuè.*

3 *Releuium an debeatur ex constitutione dotarij super feudo.*

4 *Dotarij constitutio dicitur necessaria.*

5 *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro dotario.*

6 *Mulier alienans tenutam bonorum hæreditariarum mariti, an soluatur Laudimium.*

1 OCIOSVM non est quærere † vtrum ex constitutione dotarii siue tacitè siue expresè ex facto legis, vel hominis super emphyteusi debeatur Laudimium; qua in re breuiter & indistinctè concludimus vtrique casui respondendo quòd non, Quandoquidem lex fin. Co. de iure emphy. disponit illud deberi ex alienatione emphyteusis de vna persona ad aliam pretio, vel æstimatione interueniente, quę dispositio cessat in casu nostræ quæstionis, cùm per constitutionem dotarii emphyteusis ipsa nullatenus transferatur in mulierem, sed remanet in dominio vtili & possessione naturali ipsius emphyteutę, sed tantum ea obligatur & hypothecatur pro dotario soluendo soluto matrimonio ob mortem mariti superstite vxore, ita Pandus in tract. de dotario par. 3. quęst. 7. in fine & quęst. 3. in fine eiusdem partis Io. de Amic. cons. 136. num. 9. Vinc. de Franc. dec. 182. num. 14. & hoc ratione violatę virginitatis, secundum Pand. in dicto tract. quæst. 3. par. 2. Cumia in Cap. Ritus 94. num. 15. Nepita in Consu. Cat. tit. de const. dota. num. 26. & 50. Cannet. in Cap. volentes vers. sed an doherium in fine pag. 97. Ant. Padilla in auth. res quę Co. com. de legat. num. 31. Vinc. de Franc. dicta dec. num. 9. & consequenter cessante ratione dictæ l. fin. cessat eius dispositio l. adigere §. quamuis D. de iure patron. 2 † Et quòd emphyteusis valeat hypothecari inconsulto domino, diximus in pręcedenti Inspe. num. 23. & aliud est vendere & alienare, aliud est hypothecare, & in specie quòd dotarium valeat constitui in re emphyteutica, vel liuellaria, inscio domino, tradit Pandus in dicto tract. par. 3. quæst. 11. 3 † Neque mulier habens dotarium in feudo tenetur soluere releuium, vt asserunt Afflict. in lib. 1. feudo. de contro. inuest. vers. cum autem num. 28. in fine fol. 25. & in lib. 2. tit. per quos fiat inuest. vers. sed & res num. 58. fol. 18. Freccia in lib. 2. feud. pag. 193. num. 50. vbi ait nunquam ab ea fuit consuetum exigi Franciscus Pandus in additionibus ad dictum tractatum de dotario quęstione 13. Releuium enim (vt diximus in prima parte Inspectione 5. num. 21.) soluitur ex feudi translatione in aliam personam, & ob nouam inuestituram, quę ratio cessat quando constituitur dotarium super feudo, cùm illud non transferatur in mulierem, neque est onus feudi cùm nullo iure feudi permittatur, sed

debetur

debetur ex quadam obseruantia, & pactis priuatis; quæ non possunt conuellere dispositionem iuris nec tertio præiudicare, Nec istud dotarium quod constituitur in Regno est illud de quo tractant Const. Regni licentiam & Const. mulier quæ doherium, cùm istud non detur neque perinde tatur pro modo facultatum, neque regulatur iuxta quantitatem dotis solutæ; quia datur à sponso sponsæ in præmium, & ob pudorem virginitatis amissæ, ita Cannet. post Blas. Lanz. in dicto vers. sed an doherium cum seque. vbi ait quòd ista opinio procedit sine scrupulo, & sæpe sæpius vidit seruari, Sed ex Cap. Regni Regis Caro. 246. tit. quòd feuda posside. quæcun. feuda. cauetur quòd nullum feudum valeat obligari ratione virginitatis, nisi feudatarius octauam partem dotis realiter solutæ. tantùm promittere possit, vnde dictum Cannetii in d. vers. sed quid, non videtur militare nisi in dotario constituto à persona priuata, non autem à Barone seu feudatario, Item corroboratur nostra principalis conclusio, quia
4 istiæc † constitutio quę fit ex causa dotarii dicitur necessaria ex facto legis procedens, maritusq; compelli potest ab vxore ad illud constituendum, vt de communi testatur post multos per eum citatos Simonce. in tract. de decret. lib. 2. tit. 5. Inspe. 2. casu 2. num. 12. & 13. Vnde verè sequitur illud axioma quòd Laudimium non debetur tanquàm ex alienatione necessaria, vt probaui supra hac eadem parte. Inspe. 5. num. 13. Item facit illa
5 iuris sententia † quòd prohibitus alienare bona fideicommisso subiecta proculdubio ea potest alienare ex causa dotarii, vt voluerunt Guid. Pap. dec. 611. num. 2. Soc. in reg. 12. amplia. 6. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsu. 189. num. Pandus in tract. de dota. par. 3. quæst. 15. vers. ideo
6 saluando † Sed an mulier quæ pro sua dote, & dotario habet tenutam bonorum, & hæreditatis eius mariti, alienans dictam tenutam in extraneam personam, tradendo realem possessionem rerum hæreditariarum sit locus exactioni Laudimii, & dicimus, quòd sic: nisi alienatio esset facta titulo lucratiuo in suos et rectè filios ab ea descendentes, ita fatetur Solso. in simili tract. cellu. 6. num. 22. & 24.

INSPECTIO XXII.

Si emphyteusis conceditur in feudum an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur si emphyteusis detur in feudum.*

Emphyteuta

2 *Emphyteuta potest concedere emphyteusim in feudum irrequisito domino.*
3 *Feuda qui dare poßunt, relatiuè.*

1 SED & illud in dubium vocatur, † an emphyteuta concedens rem emphyteuticam in feudum extraneo debeatur ius Laudimii, breuiter respondemus quòd sic; isthæc enim concessio haud dubio alienationem sapit, per eamq; transfertur vtile dominium in feudatarium Cap. 1. & ibi communiter Doctores de inuest. facta de re alien. Corbul. de causa priua. ob alien. limit. 27. fatentur hanc esse communem opinionem Prosp. Pasc. con. 13. num. 3. Iul. Clar. in §. feudum quæst. 32. Meno. de arbit. iud. lib. 2. cen. 2. casu 200. num. 6. Gozad. cons. 62. num. 5. Et illud solui debere putamus ratione nouæ inuestituræ, ac immissionis in possessionem rei emphyteuticæ nouiter quæsitæ, quam nancisci debet ipse feudatarius à manu domini directi, quemadmodum in donatione rei emphyteuticę
2 constitutum est, vt suo loco dicam † Quandoquidem in tali concessione ipse emphyteuta non tenetur dominum requirere, sicut nec tenetur quando vult donare, Imola in Cap. potuit num. 21. de locato Ias. in l. fin. nu. 111. Co. de iure emphyt. Ficha. in 2. tho. com. opin. nouissimè impræssarum pag. 110. vers. infeudum, & per Corbul. post Redoan. in dicta li-
3 mit. † Quibus autem sit permissa infeudatio, habes per Mozz. in tract. de con. sub. de his qui feud. da. Velas. in tra. de iure emphyt. quæst. 38. nu. 20.

INSPECTIO XXIII.

Si emphyteusis recuperetur remedio l. 2. Co. de rescin. vendit. an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex recuperatione emphyteusis remedio l. 2. Co. de resci. vendit. & num. 6. vbi distinguitur.*
2 *Absolutio à iuramento est petenda per agentem ad rescisionem contractus, & conceditur parte incitata.*
3 *Restitutio rei facta vigore l. 2. Co. de rescin. vend. an sit voluntaria, & nu. 4.*
5 *Emphyteuta vendens de consensu domini, si recuperat emphyteusim vigore l. 2. Co. de rescin. vendit. non eget nouo consensu.*
7 *Laudimium debetur ex supplemento pretij soluti per emptorem conuentum remedio l. 2. Co. de rescin. vendit.*
8 *Lex 2. Co. de rescin. vendit. quando habeat locum, relatiuè.*

NOTABILIS

1 NOTABILIS est Inspectio, † num prefecta venditione emphyteusis cum cōsēsu domini directi, vt puta pro centum aureis, quæ tamē erat valoris ducentorum quinquaginta aureorum, venditorque seu eius hæres agnoscens se esse læsum & deceptum vltra dimidiam iusti precii intentauerit remedium l. 2. Co. de rescin. vendit. contra ipsum empto
2 rem, († petita, & obtenta absolutione à iuramentis adiectis in contractu venditionis, pro vt aduertunt Menoch. cons. 24. num. 17. lib. 1. Tessaur. dec. 165. num. 9. in fine Cumia in praxi Ritus tit. de modo proced. in causa null. fol. 78. col. 1. Carroc. in tract. loca. & condu. fol. 48. num. 38. in nou. impress. Ceph. cons. 488. num. 5. & cons. 454. num. 36. quæ passim ad effectum agendi parte incitata concedi solet ex collectis per Caualc. dec. 9. num. 24. Anna sing. 2. Rimin. Iun. cōs. 203. num. 81. vol. 2. Tob. Non. cons. 57. num. 2. Sbroz. in tract. de vica. epis. lib. 2 quæst. 187. Nepita in Consu. Cat. tit. 3. num. 103. Viui. dec. 380. nu. 38. lib. 2.) si emptor nolit supplere pretium, sed potius malet rem ipsam restituere an ex huiusmodi restitutione dominus directarius valeat Laudimium exigere, & quidem affirmatiuè videtur respondendum, quando
3 quidem † isthæc restitutio seu reuenditio quæ procedit ex remedio d. l. 2. non dicitur necessaria, sed ex mera volūtate emptoris procedens, in cuius facultate est supplere pretium, & rem retinere, vt voluerunt Bart. in l. si res num. 2. D. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & in l. in diem num. 3. D. de aqua pluuia arce. sequitur Alex. cons. 45. num. 4. vol. 2. Cagno. in dicta l. 2. num. 5. Cassan. in Cons. Burgu. tit. des retraictz §. 1. vers. ancien. in fine fol. 1316. meritò si voluntariè fit, locum sibi vendicat non sequentia quòd Laudimii ius domino debetur, per ea quæ diximus in hac
4 eadem parte in princ. At † contrariam partem tenent aliqui quòd immo prædicta reuenditio seu restitutio ex causa necessaria pendere dicatur, cùm ipse emptor cogatur ex legis dispositione vel supplere, vel reuendere, vt satis sensisse videtur Glo. in dicta l. 2. in verbo Iudicis vers. item si iste venditor, & reddit rationem Tiraquell. de retra. lignag. §. 32. glo. vni. num. 66. cum duobus seq. & de retract. conuent. §. 3. glo. vni. num. 10. vbi testatur hanc partem esse verissimam, & consequenter videtur dicendum non esse locum solutioni Laudimii, cùm illud ex alienatione necessaria nō exigatur, vt probauimus in prima Inspe. huius partis num. 13. Item cum venditio ex causa de præterito reuocetur, quæ iam inerat à tempore venditionis dicitur infringi ex causa necessaria, vt per Couarr. lib. 2. vari. resolu. cap. 3. num. 9. & pinguius facit ad confirmationem proxima opi-
5 nionis id quòd volunt Corbu. de causa priua. ob aliena. limit. 21. † quòd emphyteuta qui vendidit emphyteusim de consensu domini, & postea illā recuperat ex remedio l. 2. Co. de rescin. vendit. non requiritur noua licētia

Q cùm

cùm ea restitutio fiat ex iuris ministerio, & non ex nouo facto hominis, vnde videtur concludendum quòd cessante licentia domini cuius prętextu
6 soluitur Laudimium, necessariò videtur cessare Laudimii solutio, † Nos autem huiusmodi cōtrouersas opiniones distinctionis federe cōciliantes, sic tenendum putamus, quòd aut emphyteusis védita restituitur venditori mediante iudiciaria coactione, & tunc procedit proxima opinio quòd non debetur Laudimium, quia tunc ipse emptor succumbens non dicitur distrahere rem ex causa voluntaria, sed verè ex causa necessaria calore rei iudicatæ, vt meminit Pinell. in tra. de bon. mate. num. 49. vers. notum enim par. 3. fol. 271. Item emptor à quo res auocatur dicitur reus, cùm à venditore conueniatur, vnde potius inuitus dicitur rem restituere quàm sponte, quia iuditium reditur in inuitum, l. inter stipulantem D. de verb. oblig. Insuper confert id quòd voluit, Solso. in simili tract. cellu. 7. nu. 27. quòd recuperans emphyteusim quæ verè sua erat ante prolationem sententię latæ contra iniustè possidentem, non debet Laudimiū soluere, etiam si pro dicta recuperatione soluatur aliquid in pecunia numerata, vel in alia re, quia nulla potest in isto casu considerari alienatio, sed rei propriæ recuperatio, Aut sine iudiciali coactione sed ex spontanea conuentione inter ipsos emptorē, & venditorem inita; res ipsa restituitur pro causa iam dicta, & tunc procedit prima opinio affirmatiua quòd Laudimium sit soluendum, quia tunc huiusmodi restitutio proculdubio dicitur volūtaria, Quæ quidem nostra distinctio satis apertè colligitur ex Tiraquell. in
7 dicto num. 10. † Et hæc quidem de restitutione emphyteusis quam facit emptor venditori, Sed an emptor supplens verum valorem rei venditæ iuxtà tex. dictę l. valeat dominus exigere Laudimium de eo addictamento & dicimus quòd sic; vt in specie admonet Aym. Public. in Cons. Aluern.
8 tit. 16. art. 4. num. 3. quia negari non potest habere vim pretii † Remedium enim dictę l. 2. an, & quando sortiatur effectus suos ex quò non est noster principalis scopus, vide cumulatos per Alpha. in suis collect. nu. 30. Gab. de empt. & vend. conclu. 1. Carro. in tra. loca. & condu. tit. de rescin. vendit. Mozz. in tra. de contra. pag. 85. cum seq.

INSPECTIO XXIIII.

An præscribens vtile dominium teneatur soluere Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur si emphyteusis transit in extraneum titulo præscriptio-*

scriptionis, & num. 3.
2 *Res prohibita alienari non potest præscribi.*
4 *Præscriptio dominii translatiua, dicitur alienatio.*
5 *Emphyteusim acquirens indiget noua inuestitura.*
6 *Dominium vtile potest præscribi.*
7 *Dominium qualiter probetur pro solam possessionem, relatiuè.*

1 SI emphyteuta † scienter patiatur extraneum possidere emphyteusim,
tam longo temporis interuallo quòd sit de iure inducta præscriptio
dominii vtilis translatiua, an illam ex tali titulo acquirens teneatur solue-
re Laudimium, videtur quidem negatiuè respondendum, Emphyteusis
2 enim tanquàm † res prohibita alienari ex dispositione legali, vel conuen-
tionali, nullatenus præscribi potest, secundum magis communem opinio
nem de qua Gabr. in tract. com. conclu. tit. de præscript. conc. 13. num.
1. 4. & 6. Ceph. cons. 215. num. 18. vol. 2. Rub. Alex. cons. 13. num.
13. Simonc. in tra. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 46. Alex. cons. 1. num.
23. vol. 4. Plot. de in lit. iur. num. 266. Nepita in Cons. Cat. tit. de con-
cess. mar. & pat. alie. num. 49. & 94. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst.
82. statuto 5. vers. item quæro, Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 9.
num. 247. cum seq. Quemadmodum verificatur in re emphyteutica,
3 quæ prohibetur alienari, per tex. in l. fin. Co. de iure empyt. † Contrariá
tamen sentiam in themate proposito iudicamus veriorem, quòd immo
4 debeatur Laudimium, quandoquidem obtenebrari non potest, quòd †
præscriptio isthæc dominii translatiua dicatur alienationis species, vt ex
Alex. & Bal. tradit Redo. de reb. eccles. non alie. rub. 1. vers. sub voca-
bulo num. 1. pag. 6. Rubeus cons. 13. num. 13. fatetur communem opi-
nionem Ripa in l. filius familias §. diui num. 113. de leg. 1. Decius cons.
445. num. 28. Cepha. cons. 296. num. 35. cum seq. vol. 2. Petra de fidei
com. quęst. 14. num. 138. Tiraquell. de retract. sangu. §. 1. glo. 9 num.
246. vbi ait quòd is qui pręscriptionem patitur videtur pacisci, & alienare,
5 † illamquè prescribens tanquam nouus acquisitor seu emphyteuta eget
noua inuestitura, & consequenter tenetur soluere Laudimium, vt in specie
videtur decidere Bertran. cons. 3. num. 2. & 3. vol. 2. Non obstat ideo
argumentum pro contraria parte adductum, quia procedit quando res
prohibetur alienari simpliciter, secùs autem si prohibita est alienari sine
certa sollemnitate, vt verificatur in re emphyteutica, quæ prohibetur alie-
nari sine licentia emphyteutarii, nam tunc rectè præscribi potest, vt voluit
referendo communem opinionem Bursat. cons. 424. num. 16. vol. 4.
6 Et nuncupatim quòd † dominium vtile ipsius emphyteutæ valeat præscri-
bi, tenet Signoro. cons. 10. in fine Alc. in Cap. continua nu. 22. de pręscr-

Item licèt emphyteuta sit prohibitus alienare inscio domino, tamen sic alienans est in facultate domini agere ad commissum, vel ad ius Laudimii vt tradunt omnes in dicta l. fin. † Quo pacto autem probetur dominium
7 per simplicem possessionem, recurre ad Mascar. in tract. de probat. conclu. 539. vol. 1.

INSPECTIO XXV.

Ex alienatione fructuum emphyteusis an exigatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex alienatione fructuum rei emphteuticæ, & nu. 3*
2 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*
4 *Ius in re non constituitur ob alienationem fructuum.*
5 *Venditio fructuum fundi dicitur locatio.*
6 *Emphyteuta potest alienare fructus emphyteusis inscio domino.*
7 *Probibitus vendere rem, non censetur prohibitus vendere fructus illius.*
8 *Feudatarius post alienare fructus feudi durante eius vita.*

1 QVAERO † an ex distractione fructuum naturaliũ rei emphyteuticæ debeatur domino Laudimium, qua in re sic distinguendum arbitror, quòd aut venditur emphyteusis vnà cum fructibus pendentibus, vel cũ mobilibus ibi affixis vnico tamẽ pretio, & tunc debetur Laudimiũ, pro integro pretio, etiam incluso valore fructuum, & mobilium ibi affixorum, vt speciatim voluerunt Giud. Pap. sing. 497. vers. si venditur Boer. dec. 229. par. 2. Solso. in tract. de Laud. celulla. 2. num. 20. cum seq.
2 Amede. in simi. tract. quæst. 7. † quia tunc fructus pendentes, seu res mobiles in emphyteusi affixe, ipsius emphyteusis pars esse censentur, habito respectu ad ipsius rei statum præsentem quo ipsi fructus inherent, l. fructus pendentes vbi glo. D. de rei vendicat. & tanquàm immobilia reputantur, ex Cumia in prælu. Cap. si aliquem num. 139. Mozz. tract. de feud. rub. de natu. feud. num. 26. tùm etiam quia vnica censetur venditio, l. fin. §. pen. D. de his quæ in fraud. cred. Vnde si fructibus iam maturis emphyteusis distracta sit, fructus ad emptorem pertinét, quàmuis expressè de eis aliquatenus conuentum sit, vt plenè Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 15. num. 1. Cinnet. in Cap. volentes vers. sed restat num. 4. pag. 196. Tira. de ret. lignag. §. 1. glo. 7. num. 40. cum seq. Ludo. dec.
peruſ.

perus. 83. num. 6. Vinc. de Franc. dec. 390. num. 1. cum seq. par. 2. Peregrin. in tract. de priuil. fisci lib. 6. tit. 4. num. 31. & ita obseruat Senatus
3 Pedemontanus teste Tessauro dec. 55. num. 2. † Aut venduntur fructus à solo separati, vel pendentes tantù, vel mobilia seu vtensilia à parietibus rei emphyteuticæ separata, & tunc nullum ius Laudimii soluitur secundum prædictos & Cannet. in Cap. volentes de alie. feud. vers. sed restat nu. 53. fol. 196. Bursa. cons. 137. num. 9. vol. 2. Corroborantur præmissa e..... tissima ratione quia lex fin. Co. de iure emphyt. disponit Laudimium ..
4 beri ex alienatione ipsius rei emphyteuticæ, non autem ex illius fructibus † pro quorum alienatione nullum constituitur ius in re, vt per Cannet. in dicto Cap. vers. succesiuè num. 29. fol. 165. & aliud est alienare fundum, aliud verò est illius fructus distrahere, Amed. à Ponte in simili tract.
5 quæst. 34. vers. ad id autem. † Item huiusmodi fructuum venditio dicitur locatio, seu eius naturam imitatur, vt formaliter terminat Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de vendit. in herba pag. 50. in nou. impress. vnde Laudimium non debetur, cùm ex locatione ad modicum tempus facta illud non soluatur, vt dicam in hac eadem parte Insp. 58. num. 2. Rursus
6 suadentur præmissa nam † emphyteuta inscio domino potest alienare commoditatem fructuum percipiendorum duraturam tempore eius vitæ, vt consuluerunt Paris. cons. 98. num. 11. vol. 2. Gratus cons. 22. num. 3. vol. 2. testatur communem opin. Corbul. de causa priua. ob aliena. limit. 26. Tiraque. de retra. lignag. §. 1. glo. 7. nu. 46. Frecc. de feudis lib. 2. nu. 42. pag. 113. Redoan. de reb. eccle. non alie. tit. de const. annui cens. num. 15. ratio est, quia tali casu remanet dominus, & possessor emphyteusis,
7 cùm † prohibitus vendere rem, non prohibetur vendere fructus illius, l. codicillis §. instituto D. de leg. 2. & l. pater in princ. D. de leg. 3. Folle. in prag. de cens. vers. huiusmodi num. 12. cum seq. Io. Dilect. de arte testa.
8 tit. 8. caut. 6. num 6. † Et infeudatario vt possit alienare fructus, & commoditates feudi durante eius vita tradunt communem opinionem Iul. Clar. in §. feudum quæst. 31. vers. & succesiuè Ruin. cons. 176. nu. 12. & 13. vol. 1. Meno. de recupe. posse. rem. 9. num. 261. Gabr. de reg. iur. con. 12. num. 22. Bero. quæst. 95. num. 5. Cumia in cap. si aliquem in prælu. num. 156. Amed. à Ponte in tract. de Laudi. quæst. 34. vers. contrarium. Ac in minore quòd valeat fructus rerum immobilium absq; decreto alienare, latè probatum reliquit Simon. in tract. de decre. lib. 3. tit. 8. num. 49. Vnum non omittam quod si venditio fructuum fiat vltra nouennium determinatè, tunc debetur Laudimium, vt via fraudibus tollatur, ita testatur fuisse decisum Amed. in dicta quæstio. 34. circa medium. Secus autem si citra animum fraudandi dominum in iure Laudimii ei fiat, quia tunc Laudimio locus non est, per prædicta.

INSPE-

INSPECTIO XXVI.

Laudimium an ſoluatur ex commoditatibus adiectis in alienatione emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an ſoluatur ex acceſſionibus, & commoditatibus adiectis in venditione emphyteuſis in fauorem emphyteutæ.*

2 *Emptor ſi promiſit infrancare alium fundum emphyteutæ ab aliquo onere cenſus, an ex illa ſumma pecuniarum eroganda debeatur Laudimium, & num. 3.*

1 AT quid dicendum † ſi vendatur emphyteuſis quanti Titius æſtimauerit adiecto pacto de retrouendendo, quæ res communi ęſtimatione valebat centum, an tantùm debebit Titius arbitrari, adeo quòd ex toto eo pretio Laudimium ſoluendum ſit, & dicimus quòd non, quia debet haberi reſpectus ad onus dicti pacti de retrouendendo, quod facit rem minus valere ratione oneris annexi vt ſi emphyteuſis valet cẽtum ſine hoc pacto, ſeptuaginta tantùm ęſtimabitur ſi cum tali pacto de reuendendo vendatur, vt ore Tiraque. loquar de retra. conuen. in præfat. num. 20. Couarr. in lib. 3. var. reſolut. cap. 10. num. 1. nonnullos cumulat Rolan. con. 40. num. 17. vol. 2. Solſo. in ſimili tract. cellu. 10. num. 71. Pretium ergo quod cõmuniter reperietur inſpecto & conſiderato illo onere taxandũ erit, & de pretio illo taxato erit ſoluendũ Laudimiũ, cũ illud de pretio rei emptæ ſoluatur, l. fin. Co. de iure emphyt. & conſequenter ſi minus erit pretium minus erit ius Laudimii, quamuis commoditas pacti iam dicti in gratiam venditoris adiecti pars pretii dicatur, vt formaliter docẽt Cagno. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & vendit. num. 246. Re Ioan. de reb. eccl. non alien. tit. de Laudem. pro alien. num. 12. pag. 379. Amede. à Ponte in ſimili tract. de Laudemio quæſt. 6. vbi idem eſſe ait ſi initum eſſet pactum vt vltra pręcium emptor teneatur ad ſalaria notariorum, proxenetarum, vel ſimilium, vel quòd non teneatur tempore reuenditionis ad ſolutionem Laudimii ſoluti per ipſum emptorem, Sicut ſtante ſtatuto quòd de pretio rei venditæ ſoluatur gabella, debet intelligi de pretio remanente penes venditorem, deducto omni onere expenſarum, tàm ſubhaſtationis, quàm proxenetarũ, ita Dida. à ſegura in l. ſi ex legati. nu. 35. D. de verbo. oblig. & ibi Addit. Sed quid ſi fuit conuentum † vt ipſe emptor teneatur redi-
2 mere, & liberare ab aliquo cenſu alium fundum ipſius emphyteutæ venditoris,

ditoris, vtrum ex pecunia quam pro tali effectu est soluturus ipse emptor debeat fieri consideratio, causa Laudimiũ consequendi, & dicimus quòd sic, maximè si illa pecuniarum summa sit notabilis, secundum eundem Amed. dicta quæst. in fine vbi etiam limitat, nisi ex communi vsu onus illud in pretium erat inresolubile, puta quia haberet emptor ius transeundi
3 per prędium venditoris, & idẽ † si esset sub pacto deductũ vt ipse emptor teneatur annuatim soluere, & respondere eidem emphyteutæ, vel aliæ personæ ex eius mandato aliquod ius census bullare, super dicta emphyteusi, quoniam ex sorte dicti iuris census debetur domino Laudimium, cùm ea loco pretii sit subrogata, vt diximus in hac eadem parte Inspect. 20. num. 36.

INSPECTIO XXVII.

Emphyteuta consentiens alienationi emphyteusis an inducat domino ius exigendi Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex consensu præstito per emphyteutam alienationi emphyteusis factæ per alium, num. 6.*
2 *Alienare, & alienationi consentire, an idem sit iuditium.*
3 *Prohibitus alienare potest alienationi consentire.*
4 *Consentiens alienationi rei suę, an teneatur de euictione.*
5 *L. 2. Co. de resci. vend. an procedat in consentiente alienationi rei suæ.*
7 *Consentiens alienationi rei suæ, dicitur alienare, & nu. 9. & 10.*
8 *Præsens, & tacens in alienatione rei suæ habetur pro consentiente.*
11 *Verbum (videtur) denotat fictionem, nisi resultet eadem ratio.*
12 *Consentiens alienationi non potest ei contrauenire.*
13 *Consentiens alienationi rei suæ non habito pretio, an dicatur alienare.*
14 *Prohibitus contrahere ob imbecillitatem consilij, vel intellectus, si consentiat alienationi rei suæ an dicatur alienare.*
15 *Alienationi interueniens ratione officij, an dicatur consentire.*
16 *Consensus præstatio qualiter probetur, remissiuè.*

1 INVTILIS non est indagatio inspicere numquid † emphyteuta consentiens alienationi rei emphyteuticæ factę per alium, valeat dominus ex tali alienatione consequi Laudimium, videtur quòd non, eo axiomate quandoquidem lex fin. Co. de iure emphy. disponit Laudimium deberi quando

2 quando ipse emphyteuta alienat emphyteusim, † & aliud est alienare, aliud est alienationi consentire, vt latè ad nonnulla inferens tradit Tiraquell. in l. si vnquam Co. de reuo. dona. ver. donatione largitus num. 343. cum seq. & de leg. connub. vers. contracter glo. 5. num. 136. cum sex seq.
3 Petra de fideicomm. quast. 14. num. 10. † Item licèt emphyteuta sit prohibitus alienare poterit tamen alienationi consentire, l. si pater §. 1. D. de manumi. vind. Nepita in Cons. Cat. tit. 41. num. 14. Mari. Frecc. de feud.
4 lib. 2. num. 56. pag. 115. Item facit, quòd consentiens † simpliciter venditioni rei suæ nullatenus vinculo euictionis supponitur, l. cum pater §. libertis D. de leg. 2. l. euictione Co. de euict. Ancha. cons. 76. num. 4. Caualc. dec. 33. num. 6. & 12. par. 1. Gabr. cons. 72. num. 4. Carroc. in tract. loc. & condu. tit. de locat. rat. offi. num. 41. & 43. fol. 73. in nou. impress. Crauc. cons. 33. num. 19. Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 9.
5 nu. 54. vbi id limitat quando expressim de euictione promissum sit, † Neque tali consentienti competit remedium l. 2. Co. de resci. vendit. quàmuis participauerit pretium, quia vendens propriè dicitur alienare, non autem
6 consentiens, vt per Tiraquell. in dicta glo. num. 105. in fine † Oppositam conclusionem in themate proposito arbitramur veriorem nempe Laudi-
7 mium deberi, quandoquidem † consentiens alienationi rei suæ ad quam jus habet proculdubio dicitur alienare, & illam perdit, vt asseuerant Becc. cons. 34. num. 1. & cons. 38. num. 1. Tib. Decia. cons. 60. num. 12. vol. 1. cons. 9. num. 70. vol. 2. & cons. 105. num. 2. vol. 3. Corbul. de causa priua. ex eo quòd emphy. pati. alium de emphyt. num. 1. cum seq. Surdus in tra. de alime. tit. 1. quæst. 37. nu. 4. Cepha. con. 392. num. 22. Dec. in l. fin. num. 18. Co. de pact. Redo. de reb. eccle. non alie. rub. 1. vers. sub vocabulo quoq; alienationis num. 1. cum seq. pag. 11. Mozz. in tract. de contra. tit. de empt. & vend. in princ. num. 37. Tiraquell. in meliorem sententiam conuersus in d. vers. donatione largitus num. 346. cum seq. & in d. glos. 5. num. 143. cum decem seq. Gabr. con. 72. in princ. lib. 1. testatur hác esse magis communem opin. Lamberte. in tract. de contra. mulie. glo. 1. num. 326. Carroc. in d. tract. sub tit. de promi. loca. quæst. 2. num. 3. & 6. pag. 49. Freccia d. lib. 2. num. 58. vbi ait quòd tali casu consentiens propiè alienationem facere censetur, cùm sit dominus rei alienatæ, per tex. in l. si fundum §. si nesciente D. de pign. à pari enim procedunt actum celebrare, & ei consentire, Tiraquell. multos in hanc sententiam citans de retra. lignag. §. 1. glo. 9. num. 137. Et non solùm nostram conclusionem procedere putamus quando emphyteuta expressè consentiit alienationi,
8 † verùm etiam si tacitè quando fuisset præsens alienationi emphyteusis, & scienter tacuisset, quia tunc pro consentiente habetur, vt probat Capra
9 Reg. 56. num. 40. maximè † si poterat actum alienationis impedire, secundum

eundum communem opinionem quam amplectitur Bursa. cons. 355. num. 33. lib. 4. Pedem. dec. 62. num. 18. cum seque. Carroc. in d. tract. tit. de loca. sine temp. quæst. 6. num. 112. & in tit. de locat. ratio. offic. num. 7. vers. declaratur, Sylue. in §. sed, & si pater num. 22. vers. septi-
10 mo limitatur Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. † vel si post consensum huiusmodi concurrat aliquis actus positiuus, vt puta receptio pretii, vel quid simile, per ea quæ traddunt Ozasc. dec. 132. num. 10. Crauet. cons. 33. num. 19. & de antiqui. temp. vers. viso de verbis num. 23. pag. 51. Corsect. in sing. vers. taciturnitas, Mathes. not. 23. Et quàmuis ex tali consensu causetur quædã impropria alienatio, cùm omnes memorati Legum
11 Latores loquantur per † verbum (videtur) quod denotat quamdam fictionem vt elicitur ex l. 1. §. deiecisse D. de vi & vi armata, tamen isthęc fictio cessat quando militat eadem ratio, vt considerauit Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 9. num. 106. vt verificatur in casu nostræ Inspectionis, quia d. l. fin. vult Laudimium deberi quando emphyteusis ad aliam personam transfertur, & per huiusmodi alienationem haud dubio vtile dominium, ac meliorationes ipsius emphyteutæ consentientis transferun-
12 tur in acquirentem emphyteusim irreuocabiliter, & perpetuò; Neque † dictæ alienationi cui præstitus fuit consensus minimè contrauenire valet,
13 vt plenè probat Io. Bocta cons. 93. in princ. † Declaratur tamen nostra principalis conclusio non procedere quando in alienatione emphyteusis alienans consequutus fuit aliquam pecuniarum quantitatem, quæ non peruenit ad ipsum emphyteutam consentientem, quia tunc consensus nõ validat alienationem in præiuditium emphyteutæ vtilis domini, ita Ruin. cons. 299. num. 6. lib. 1. Alex. cons. 8. in fine vol. 5. Paris. cons. 107. nu. 29. par. 3. Marc. dec. 319. num. 5. par. 1. Bero. cons. 64. num. 6. lib. 1. Ca-
14 ualc. dec. 33. num. 11. par. 1. Curt. Iun. cons. 4. num. 22. vol. 1. † Rursus declaratur si emphyteuta qui consentiit sit prohibitus contrahere, vel alienare propter imbecillitatem consilii, vel intellectus, vt puta si est mulier, vel minor, & similes, quia tunc consentientes alienationi per alium factæ non præiudicantur in eorum iure, cùm & ipsę personæ principaliter non possint alienare, vt de muliere seu vxore consentiente absque voluntate, & consensu mariti, dixi apostillando Cap. Cons. Catanæ sub tit. quòd non lic. vxo. sine vir. ex Carro. in tract. locati & cond. num. 6. fol. 49. in nou. impręss. Caualc. de tuto. & cura. num. 188. Cagnol. in rub. Co. de pact. num. 34. Tiraquell. de leg. connub. glo. 5. num. 143. Dec. in l. fin. num. 18. Co. de pact. Et de minore contrahente absque authoritate iudicis, seu curatoris, dixi ad Cap. Regni Regis Caro. 78. tit. de contra. non celeb. cum mino. ex Roma. cons. 12. num. 6. Ias. in authen. sacramenta puberum col. 19. vers. adde sextam Co. si aduer. vendit. Gabr. in tit. de

mino.cons.5.num.29. Bert. in suo reper. vers. minor alienat. num. 12. & 34. & plenè per Simon. in tract. de decret. lib.2, tit.6. num. 142. cum seq. Corbul. in dicta causa priua. ex eo quòd emphyt. num. 17. Vel si non quidem nomine priuato, † sed ratione officii sibi à iure communi, vel municipali, aut à magistratu commissi, secundum Carroc. in d. tract. tit. de promi. loca. quæst. 2. num.6. cum seq. Corbul. de causa priua. ex eo quòd emphyt. patiatur alium de emphy. inuest. num. 17. 18. & 19. & consequenter ex quò ipsa alienatio est facta iure resistente, ex ea non debetur Laudimium, vt firmauimus in hac eadem parte Inspect. 10. num. 2. Nec quicquam obstat argumentum pro contraria parte obiectum, quòd qui consentit alienationi non dicitur alienare, quia procedit in re quæ est in communi hominum commertio, secùs autem in re cuius aliena est proprietas, (vt est emphyteusis) nam cui non licet quòd maius, neque quòd est minus, cùm vtrumque sit prohibitum, ita in specie Frece. in lib. 2. de
16 feud. num. 61. pag. 117. † Consensus etenim quo pacto probetur, legito Masca. in tra. de proba. conclu. 417. 1153. 1218. & 1350.

INSPECTIO XXVIII.

Ex renunciatione emphyteusis an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio est alienatio.*
2 *Laudimium an debetur si emphyteusis renuncietur domino, & nu. 5.*
3 *Laudimium an soluatur si renunciatur emphyteusis extraneo.*
4 *Emphyteuta cadit à iure suo renuncians emphyteusim extraneo inscio domino.*
6 *Emphyteusis remanet emphyteutæ renuncianti, si domino non quæratur.*
7 *Emphyteuta renuncians emphyteusi, non liberatur à solutione canonis.*
8 *Laudimium an & quando sit soluendum ex renunciatione emphyteusis facta per sororem frati.*

SI emphyteuta renunciationis titulo transferat rem emphyteuticam, an dominus valeat exigere Laudimium, videtur indistinctè respondendum quòd sic; quandoquidem † renuntiacio inter alienationis species
1 continetur, Redo. de reb. eccles. non alie. rub. 1. vers. pariter repudiatio num. 3. pag. 14. & in specie Amed. à Ponte in sim. tract. par. t. 42. Nam enim

enim pro faciliori resolutione prępositi thematis tres occurrunt difficul-
2 tates, quarũ prima est, quando † emphyteusis titulo renunciationis cæditur domino directo, & tunc nullum ius Laudimii debetur ob iurium commixtionem, vt sensimus in prima parte Inspe. 3. num. 24. & latius sub inspe. seq. num. 41. cum seq. dummodo quòd domini interueniat cõ-
3 sensus, vel subsequatur, Secunda difficultas est † si renunciatur extraneo, & tunc succedit distinctio quòd aut axtraneus est de compræhensis sub inuestitura emphyteutica, & tunc non soluitur Laudimium, vt prędiximus in hac eadem parte Inspe. 1. num. 20. maximè si inter emphyteutam renunciantem, & acquisitorem locum habet ius accrescendi, vt voluit Bursa. cons. 137. num. 6. quia tunc minimè censetur alienatio; aut non est de comprænhensis sub inuestitura, & tunc Laudimium debetur, ex quò renunciatio est alienatio (vt prædiximus) & consequenter soluitur Laudimium, l. fin. Co. de iure emphyt. cui distinctioni accedere videtur Sola in Comm. Duca. Subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 24. pag. 32.
4 Quemadmodum ex dicta ratione ipse † emphyteuta renuncians emphyteusim extraneo inscio domino pœnam caducitatis non euitat, vt plenè per Corbul. de causa priuat. ob renuntia. Tertia difficultas viget quando
5 † emphyteusis renunciatur ab ipso emphyteuta inuito domino, & tunc nullum ius Laudimii debetur, quia isthæc renunciatio cùm sit inualida nullum effectum producere potest, & par est non esse factum, vel nulliter factum ita, Corbul. in d. causa priuat. num. 4. & 5. vbi etiam subdit datò quòd renunciatio sit facta domino absente, vel notario eius nomine minimè stipulante, quia respectu domini est inualida nec potest ab ipso ratificari, cùm non sit eius nomine facta, ac etiam cùm sit actus nullus consensu alterius partis conualidari nequit, idem tenent Tesia. dec. 20. nu. 2. fatetur communem Suarez in suo thes. recep. sent. sub litera E. num. 94. Tiraquell. post multos per eum citatos de retra. lignag. §. 34. glo. 1. nu. 1. & 2. Abb. cons. 94. num. 4. vers. quò ad tertium vol. 2. ibidem subdens è conuerso quòd nec potest dominus emphyteutam iure suo priuare, & in alium transferre, quia contractus emphyteuticus licèt à principio sit vo-
6 luntarius, tamen ex post facto ad obseruantiam efficitur necessarius. † Vnde sequitur quòd emphyteusis remanet penes ipsum renunciantem, vt per Corbul. in d. causa num. 6. & consequenter Laudimium non debetur, ex quò emphyteusis non transit ad aliam personam quæ eget noua inue-
7 stitura, vt prædixi in princ. huius partis † Quinimmo dicta renunciatione [illegible] refragante ipse emphyteuta non potest se liberare a canonis solutione, vt docent Alciat. in l. 2. Co. de iure emphyt. num. 21. vbi etiam Ias. num. 24. [illegible] cons. 24. num. 18. vol. 4. Corn. cons. 16. num. 10. vol. 2. Corbul. de causa priua. ob renunciat. [illegible] 11. num. 5.

Purpu. conſ. 492. num. 28. Imol. in Cap. potuit. num. 63. de loca. vbi hoc ampliat etiam ſi emphyteuſis, pro maiori parte interierit, Surdus in tract. de alimen. tit. 9. queſt. 23. num. 24. vbi fatetur hanc eſſe magis communem opinionem Abba. in dicto verſ. quò ad tertium, Eſt & huic materię illud addendum, quod ſcriptum reliquit Aym. Public. in Conſu.
8 Aluern. tit. 16. art. 6. in fine † quòd frater tenebitur ſoluere Laudimium pro portione bonorum ſororis, quæ erant obnoxia Laudimio, ſi ſoror poſt mortem patris renunciat frati rem emphyteuticam mediante pecunia, ſecùs autem ſi quietaret viuo patre, quia tunc nullum ius habet in bonis niſi ſpe; aut ſi quietaret ante quàm ſe immiſceret hæreditati, quia eo caſu dicitur refutatio, non alienatio, Pro qua mera repudiatione hæreditatis in qua adſunt bona emphyteutica non debetur Laudimium, niſi fieret per ſororem habentem plures frates in commodum vnius tantùm ita Sola in d. glo. num. 24. quia tunc habet vim alienationis.

INSPECTIO XXIX.

An Laudimium ſoluatur ex alienatione rei propriæ, ex erroe receptæ in emphyteuſim.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex diſtractione rei ſuæ erroneè recepta in emphyteuſim, & num. 5.*
2 *Emphyteuta proprium fundum erroneè recipiens ad emphyteuſim ſi illum alienat inſcio concedente non priuatur ipſa re.*
3 *Errans conſentire non videtur, nec dominium transfert.*
4 *Recognoſcens rem ſuam uti emphyteuticam an ſibi præiudicet.*
6 *Error quando præſumitur, & per quem probetur relatiue.*

1 PRAETEREVNDVM non eſt quærere † an recipiens ignoranter ad emphyteuſim proprium fundum, ſi illum alienat debeatur cõcedenti ius Laudimii, breuiter concludimus quòd non; quoniam per dictam receptionem ad emphyteuſim ipſe verus dominus fundi nõ amittit dominium quod prius habebat, nec illa inueſtitura erronea facit deſinere fundum eſſe allodialẽ vt antea erat, quia fuit titulus fictus, & ficta traditio, quæ non operantur translationẽ dominii, ne concurrant duæ fictiones circa idem, vt formaliter docet Bart. in l. ſi aliquam rem num. 9. D. de acqui. poſſeſſ. & cum iſta deciſione Bar. tranſire omnes fatentur Alex. conſ.

cons.69.num.7.vers. ad horum vol. 5. Ruin. cons. 155. num. 6. vol. 1. & con. 108. num. 19. vol. 2. Masca. de prob. con. 768. num. 12. Bursa. cons. 255. num. 39. Bero. cons. 114. num. 37. vol. 1. Corn. cons. 301. nu. 1. vers. tamen hoc vol. 1. Dec. cons. 564. num. 6. par. 4. Laudimium enim tunc soluitur quando res verè emphyteutica transfertur in aliam personã,
2 vt legitur in l. fin. Co. de iure emphy. ergo &c. Quemadmodum † nec minùs per dictam alienationem factam inrequisito concedente ipse alienans priuatur eius proprio fundo ad emphyteusim tali modo concesso, secundum prędictos, & alios quos addit Corbu. de causa priua. ob aliena. limit.
3 18. † Errans autem consentire minimè videtur, l. si per errorem D. de iurisdi. om. iud. neque dominium transfert ita Purpu. con. 239. num. 3.
4 Meno. con. 91. nu. 38. Gabr. cons. 161. num. 29. lib. 1. † Nequè in aliquo per dictam recognitionem ipse dominus fundi dicitur se pręiudicasse, secundum eumdem Corb. de causa priuat. ob non solu. can. amplia. 39. nu. 12. Cels. Hugo. cons. 60. num. 44. testatur communem opinionem Bur-
5 sat. con. 255. num. 37. Meno. con. 1. num. 88. & con. 86. num. 96. † Declaratur tamen nostra principalis conclusio non procedere, quando quis scienter fundũ suum proprium in emphyteusim reciperet tanquàm suum, quia tunc benè transfertur dominium in concendentem ipsum fundum, cessantq; dictæ fictiones, prima quòd in concedentem transferatur dominium absque traditione, secunda verò quòd pręsumatur donatio, secundum Bart. Ruin. Corn. vbi supra & Bursat. cons. 330. num. 79. vol. 3. si sic est, meritò vna semel quòd fundus fuit effectus emphyteuticus ex illius alienatione, debetur domino concedenti ius Laudimii, eique datur actio caducitatis si erit alienatum eo inrequisito, vt elicitur ex d. l. fin. &
6 ibi vna voce Legum Interpretes † Error quibus in casibus præsumatur, & per quem sit probandus, legito Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsump. 22. Mascar. in tract. de probat. conclu. 636. cum seq. vol. 2.

INSPECTIO XXX.

Vtrum ex donatione emphyteusis exigatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Donatio est species alienationis, & perditionis.*
2 *Laudimium an exigatur ex donatione emphyteusis, & num. 4.*
3 *Emphyteuta potest donare emphyteusim inscio domino, et ibidẽ ampliatur.*

AEstimatio

5 *Aestimatio emphyteusis donata debet etiam fieri in superficie.*
6 *Laudimium quare debetur ex donatione emphyteusis.*
7 *Inuestitura rei emphyteuticæ quos pariat effectus.*
8 *Releuium an debeatur ex donatione feudi, & num. 9.*
10 *Laudimium an debeatur ex donatione emphyteusis ob causam.*
11 *Quid in donatione remuneratoria.*
12 *Quid in donatione recipocra.*
13 *Pactum vt soluatur Laudimium in casu donationis emphyteusis seruandum est.*
14 *Laudimium an debetur si emphyteusis donetur consanguineis.*
15 *Laudimium an soluatur ex donatione conditionali, vel causa mortis.*
16 *Laudimium an debetur si emphyteusis donetur descendentibus.*
17 *Alienatio inter ascendentes, & descendentes dicitur continuatio dominii.*
18 *Consuetudo potest inducere vt soluatur Laudimium ex donatione emphyteusis inter ascendentes, & descendentes.*
19 *Item vt nihil, vel certum quid soluatur pro Laudimio.*
20 *Laudimium non debetur ex donatione inperfecta.*
21 *Laudimium an debetur si emphyteusis reuertatur ad donantem, ob inobseruantiam pactorum.*
22 *Laudimium an debeatur ex donatione facta per emptorem venditori tempore venditionis, remissiuè.*

1 DONATIONEM † alienationis esse speciem, immo perditionem esse, & prodigalitatem præclari iuris est, ex Redo. de reb. ec. non alien. rub. 1. vers. nec donatio num. 14. & 6. Simonc. plenè in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. num. 3. Nepita in Cons. Cat. tit. de concess. mari. & pat. alie. nu. 48. Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priui. 56. num. 108. Purpu. con. 527. num. 13. Viui. dec. 67. num. 2. & 3. lib. 1. è re maximè compertum est in medium afferre eam arduam quæstionem apud Iuris Latores
2 sæpe controuersiam, † num ex donatione rei emphyteuticæ valeat dominus directarius consequi Laudimium, quo in articulo videtur negatiuè respondendum ex Specula. in tit. de loca. §. nunc aliqua vers. 107. Ioan. Sain. in Cons. Turon. tit. de rachaptz. art. 15. col. 2. inquiens ita de consuetudine, & de iure seruari Cassan. in Cons. Burgu. tit. des censes rub. 11. §. 7. num. 2. pag. 1431. Add. ad Guid. Pap. dec. 48. in fine vbi fatetur hanc esse veriorem opinionem, Pet. Iaco. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. 9. vers. itē excepta donatione, Nauarrus id firmās tàm in foro poli quàm in foro fori in eius summa cap. 23. nu. 65. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 14. n. 10. Ioseph Luc. dec. Luccen. 8. nu. 2. ibidem declarans nisi emphyteusis donetur causa fraudandi dominum in iure Laudimii,

mii, mouentur enim ea ratione quia in donatione non interuenit pretium à quo posset liquidari, & taxari ius Laudimii iuxta l. fin. Co. de iure
3 emphyt. † Rursus suaderi videtur eorum opinio alia ratione, quia in donatione emphyteusis non est necessarius domini assensus, vt voluit Glo. in verbo alis vendere d. l. fin. C. de iure emphyt. quæ est communiter recepta, vt admonent Aret. cons. 41. num. 1. Natta cons. 114. num. 15. Grat. cons. 79. num. 18. vol. 1. Bero. cons. 128. num. 1. vol. 1. Corne. Cons. 166. num. 29. vol. 2. Ruin. cons. 143. num. 10. vol. 1. Velas. vbi supra Panciro. con. 144. num. 2. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 15. etiam si emphyteuta promisisset rem irrequisito domino non alienare, vt latè consuluit Grat. con. 87. num. 8. cum seq. vol. 1. Bero. con. 128. num. 9. & seq. vol. 1. Capra con. 82. num. 2. Quæ opinio ne dum in emphyteusi priuati locum habet, sed etiam in emphyteusi Principis, vel Ecclesiæ, secundum veriorem, & crebriorem sententiam quam post multos amplectitur Corbu. de causa priua. ob alien. limit. 13. num. 1. At ius Laudimii soluitur domino ratione consensus, vt diximus in prima parte Inspect. 5. nu. 1. videtur meritò concludendum ex donatione emphyteusis non posse exigi
4 Laudimium: Contrariam † tamen sententiam in themate præmisso haud dubio putamus de iure probabiliorem, nempe Laudimium ex æstimatione emphyteusis donatę deberi, vt in indiuiduo terminarũt Boer. in Cõs. Biturig. tit. des coustumes des fiecz §. 18. in princ. Ias. in l. fin. num. 68. Co. de iure emhyt. Bursa. cons. 137. num. 19. Ioseph Cumia in Cap. si aliquẽ vers. antiquis num. 237. vers. nec decima de success. feud. Socc. Iun. cons. 70. num. 12. & 28. lib. 3. Bal. in d. l. fin. num. 6. vbi etiam Salic. num. 4. Gabr. cons. 84. num. 3. lib. 1. Aret. cons. 41. in fine, fatetur hanc esse communem opinionem Villalo. in suis com. opin. sub litera F. num. 73. Aufrer. in addit. ad Cap. Tholos. dec. 278. circa finem Hiero. à Laure. dec. Auenio. 143. num. 3. vers. sed aduerte A. nedib. à Ponte in suo tract. de Laude. quæst. 30. Solso. etiam in simili tract. quæst. 1. princ. num. 1. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impressarum pag. 142. vers. quid de donatione, Bellacomba ibidem sub vers. Laudimium Cepha. cons. 307. num. 76. lib. 3. hanc esse puram veritatem testatur Guid. Pap. dec. 46. nu. 1. & dec. 48. ac in cons. 147. num. 6. vers. quia, Redoa. de reb. eccles. non alien quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 3. Vinc. de Franc. dec. neap. 201. num. 11. Pate is de reinteg. feud. pag. 85. col. 3. num. 8. Bertra. cons. 123. num. 1. par. 1. in 2. impress. & cons. 78. num. 1. & 5. ca. par. Afflict. in l. 2. feud. sub tit. qual. pot. feud. olim alien. num. 7. pag. 32. Aymon Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 3. num. 2. Vinius in suo lib. 1. com. opin. vers. emphyteuta op. 92. Ruin. con. 161. num. 22. vol. 4. Sola in com. Ducat. Sabaudię tit. de iure emphyt. glo. 2. num. 14. attestatur hanc
esse

esse cōmunem opinio. Iul. Clar. in d. quæst. 15. vers. arbitror in fine & quæst. 23. vers. sed quæro, Corbul. de causa priua. ob non petitam nuestit. num. 4. & 6. & de causa priua. ob alien. limit. 7. num. 7. & limit. 13. num. 3. vbi ait ita communiter teneri, Lauren. de Pinu cons. 123. num. 4.
5 vbi magis in specie enucleat † non solùm Laudimii ius debere soli ex æstimatione soli ipsius emphyteusis concessæ, verùm etiam ex superficie ipsius emphyteusis, adhibitis communibus ac amicabilibus æstimatoribus, Item Laudimium licèt constituatur ad pretium conuentum, tamen pretio cessante deuenitur ad æstimationem, ex Craue. cor. 389. num. 2.
6 † Substinetur nostra proxima sententia eo verissimo fundamento, quandoquidem donatarius absquè mora tenetur nouam inuestituram emphyteusis donatæ à domino directo petere, & ab eo recognosci, ac à manu illius possessionem rei donatæ nancisci, & consequenter ei soluere Laudimium ratione dictæ nouæ inuestituræ, & immissionis in possessionem quę loco secundi consensus est, secundum prçcitatos & maximè Redoan. Bursa. d. cons. num. 31. cum seq. & cons. 181. num. 17. Amed. in simili tract. quęst. 13. vers. post contractum & quæst. 30. in princ. Alci. in l. in conuentionibus in fine D. de verb. sign. Cepha con. 307. nu. 76. vol. 3. Bero. in Cap. potuit nu. 88. de loca. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 14. num. 10. Viui. in 2. tho. com. opi. nouissimè impręssarum pag. 111. ver. emphyteuta, & ver. & tandem. Et ob id cessat argumentum pro contraria parte adductum quòd non requiritur consensus domini, quia illud procedit in venditione in qua habetur solùm respectus ad pretium, ideo cùm non intersit emphyteutę à quo pretium consequatur, conueniens est vt primò requirat dominum si malit emere, quę ratio (vt prędixi) cessat in donatione quę plerunquè fit propter benemerita, & beneuolentiam erga illum cui donatur emphyteusis, quæ benemerita, & beneuolentia non contingit semper vniformiter se habere ad dominum, & ad alium, cùm possit emphyteuta plus diligere donatarium, quàm dominum, Rimin. Iur. con. 511. num. 11. cum seq. Item quia si in donatione exigeretur requisitio domini vtrum vellet sibi donari, nunquàm esset locus deliberationi, quando donatio esset pura, vel simplex, vel saltem haberet plus emolumenti quàm oneris, quia verisimiliter dominus diceret velle pro se, & semper emphyteuta donans frustraretur intentione sua quando vellet donare alteri, quæ omnia sunt contra mentem d. l. fin. vt docet Corbul. in d. limit. 2. & 3. vbi subdit aliam rationem quia in contractu venditionis rei emphyteuticę duplex requiritur denuntiatio, Prima antequàm contractus fiat, pro qua non requiritur consensus domini, sed solùm denuntiatur domino an ipse velit emere alioquin in venditione præstet consensum, & hæc non requiritur in donatione, sicut etiam non requiritur in permutatione, diuisione,
legato,

legato, & similibus cùm in donatione, & similibus dominus non habeat arbitriũ offerendi ex rationibus supra adductis. Secunda denuntiatio debet fieri domino per emptorem post venditionem factam ad effectum approbationis noui emphyteutæ, & immissionis in possessionem rei venditæ, & hęc fit vt nouus emphyteuta obligetur domino soluere canonem alioquin non datur in eum personalis actio, recognoscatq; eum pro domino, ne si velit agere aduersus eum reiuendicatione, habeat necesse probare dominium, ac etiam vt ipse dominus Laudimium facilius consequatur, & deliberet an nouus emphyteuta sit idoneus, vt declarant. Aret. d. cons. 41. nu. 4. & seq. Bero. cons. 123. nu. 4. vol. 1. Gabr. d. cons. 84 nu. 9. Corbe. vbi supra idem tenent Amed. in dict. vers. Bertra. cons. 121. num. 3. par. 1. sub prima impræss. & cons. 315. nu. 2. par. 3. in 2. impræss. testatur communem opinionem. Afflict. in lib. 2. feudo. tit. qual. pot. olim feud. nu. 6. fol. 32. Vinc. de Franc. decis. 201. nu. 3. vbi etiam sequitur communem.
7 Bursat. cons. 137. nu. 52. vol. 2. dum ait † quòd ex triplici causa debet renouari inuestitura. Primò ob vtilitatem domini in solutione Laudimii. Secundò propter obligationem census, vt successor singularis ad ius canonis obligetur. Tertiò pro commodo ipsius singularis successoris vt eius generatio attendatur, quæ absque recognitione censeretur exclusa. Ampliatur
8 † nostra principalis sententia procedere in donatione comitatus, baroniæ, & feudi donationis titulo inter viuos, vel causa mortis alienatorum in filios, vel in alios ipsi donanti ab intestato successuros sequuta adeptione possessionis, cùm isto in casu ius ræleuii Curiæ in continenti debetur non expectata morte donantis, nisi retentus fuerit vsusfructus, quia tunc mors retinentis vsumfructum expectanda est, donec vsusfructus cùm proprietate consolidetur; vt sancitum fuit per Regem Federic. in Cap. Regni 110. tit. de iure ræleuii, & tradunt. Freccia lib. 2. de feud. autho. 3. nu. 17. pag. 186. Vinc. de Franc. dec. 121. nu. 3. Cumis in Cap. si aliquem, vers. anti-
9 quis nu. 242. de success. feud. † Nisi feudum fuisset concessum simpliciter ad francum allodium sine aliquo seruitio militari, quia tũc nullum ius ræleuii soluitur, vt elicitur ex alio Cap. Regni Regis Ioa. 67. sub tit. quòd prob
10 alien. feud. non solua. ius ræleuii, & decimæ. Ampliatur secundò † vt procedat in donatione ob causam scilicet vt donatarius præstet alimenta donanti, vel si incompensationem remisisset donatarius iura aliqua, aut quid simile respiciens fauorem ipsius donantis, quia tunc ius Laudimii pariter soluendum est, ex dec. Cap. Tholos. 278. Cassan. in Cons. Burgun. tit. des censes rub. 11. §. 7. nu. 2. pag. 1431. Tiraquell. de retra. lingn. §. 25. glo. 2. nu. 3. Quòd sanè procedit habita consideratione ad ratam valoris non rei donatæ, sed valoris alimentorum promissiorum, vel iurium remissiorum,
11 vt per Sola in com. duca. subau. tit. de iure emphy. glo. 1. nu. 16. † Amplia-

tur tertiò in donatione remuneratoria, vt formaliter tradunt. Pet. Iaco. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. 9. vers. item excepta. Tiraquell. vbi supra Carroc. in tract. loca. & condu. tit. de bon. quæ lib. quæst. 10. nu. 142.
12 in noui impræss. † Quarto ampliatur procedere in donatione mutua, seu reciproca, quando duo ad inuicem eorum bona titulo donationis transferunt, quia tunc potius venditio quædam quàm donatio ex mera liberalitate procedens nuncupatur, ita Guid. Pap. sing. 878. vers. si duo, & per
13 Tiraquell. in d. loco. Ampliatur quinto † quando in inuestitura emphyteutica fuisset cautum vt emphyteusis non possit donari nisi soluto Laudimio, quia tale pactum non solùm afficit promittentem, sed etiam eius heredem, quàm cautelā ex Angel. minerua docet. Ias. in d. l. fin. nu. 58. quem sequitur Hiero. à Laure. dec. auenio. 143. nu. 4. vers. quòd ad huc. Sextò
14 ampliatur † esto quòd donatio fuisset celebrata in consanguineos, vt de nepote donante emphyteusim amitæ consuluit Bertra. cons. 315. num. 2. vers. si vero par. 3. in 2. impræss. & de patruo qui donauerat nepoti dummodo nepos nihil amplius petere valeat, consuluit idem Bertra. cōs. 123. par. 1. in 2. impræss. quem sequitur Hiero. à Laure. d. dec. nu. 4. Septimo
15 † ampliatur in donatione conditionali quæ ob euentum conditionis fuit purificata, cùm tunc habetur ac si ab initio fuisset purè celebrata ob retro tractionem temporis, vt in specie consuluit Bertra. cons. 221. nu. 4. & 5. par. 1. quem sequitur alios addendo. Bursa. cons. 137. nu. 27. vol. 2. Octauò ampliatur in donatione causa mortis facta extraneis, seu collateralibus, vt per Solso. in simili tract. quæst. prima princ. nu. 1. & in 7. cellu. nu. 12. & 13. vbi hoc declarat militare post obitum donatoris, & in actu assequendæ possessionis realis & actualis, non autem solui debet Laudimium ante mortem donatoris, quicquid ipse perfunctoriè sentiat in 9. cellu. nu. 25. & cùm prima opinione exinde residet in tit. de laudem. dupli. col.
16 pen. † Limitatur tamen nostra principalis sententia non procedere neque habere locum si emphyteusis esset donata filiis, seu descendentibus immediatè ab intestato successuris dicto emphyteutæ, quia tūc nullum ius Laudimii soluitur, vt asseuerāt Alex. cons. 5. nu. 3. vol. 5. Brun. cons. 44. nu. 15. Bursa. cons. 137. nu. 5. vol. 2. Quando enim aliquæ personæ sunt sub primeua inuestitura emphyteutica comprehensę ita vt decedente emphyteuta absquè aliquo facto extrinseco vocantur ad emphyteusim, (vt sunt filii, & nepotes) tunc quia non sunt noui emphyteutæ, & per se succedunt vigore dictæ inuestituræ, haud dubiè non soluunt Laudimium, secundum Bursat. cons. 137. nu. 4. vol. 2. Hypo. Rimin. cons. 38. nu. 10. & seq. &
17 cons. 1. nu. 54. Paris. cons. 86. nu. 9. vol. 4. Nec † dicta successio dicitur noua acquisitio seu alienatio emphyteusis, sed quædā dominii vtilis continuatio, vt voluerunt Io. Pet. Mollign. in tract. de appellat. verb. nu. 36.

Io. Dilect. de arte testa.tit.8.caut.5.num.3. Tiraquell. in præfat. tract.de vtroque retract.nu.51. & 54. & in §.3 a glo.vnic.nu.45. & per Bursa. in
18 d. loco † Nisi donatio rei emphyteuticæ fuisset collata, filio emancipato, quia Laudimium debetur, quandoquidem non dicitur emphyteusis isto in casu prouenire filio tanquam sub inuestitura compræhenso, sed ex noua acquisitione, ita docet Zuccard.in l.fin.nu.38.Co.de edicto diui adri.tolle. vel nisi cōsuetudo seruaret oppositū vt ius Laudimii esset soluendū ex donatione, quia tunc ei parendum est, secundum Brun. d.loco Cels. Hugo cons.60. num.23. vbi meminit ita seruari de consuetudine Cataloniæ. Et
19 speciatim † quòd Laudimium non sit soluendum ex donatione rei emphyteuticæ mediantibus diuturnis moribus consensu vtentium approbatis, vt quid plus, vel minus, vel nihil soluatur pro Laudimio, asseuerant Aret. cōs.41.in fine Boer. in Cons. Biturig.tit. des coustumes des fiez §.18.col. 2.vers. sed.dicta decisio Imola in Cap.potuit col.7.vers.adueerte de locato Vinc.de Franch.dec.201.nu.5. Bertra.cons.123.num.1. pars.3.in 2.impræss.& cons.78.nu.5.ea.par. Laure. de Pinu cons.123.in fine Amed.in
20 d.quęst.30.circa medium Limitatur † tertiò quando donatio emphyteusis non fuisset perfecta, vt puta quòd ex illius titulo non esset deuentum ad ad veram traditionem, ita Cels. Hugo cons.60. nu.16. & faciunt quæ diximus in hac eadem parte Inspe.2.nu.9.vers.oppositam. Hinc voluit Sola in com. ducat. subau. tit. de iure emphy. glo.1.nu.14. in fine quòd si fiat donatio rei emphyteuticæ reseruato vsufructu donatori, ante finitum vsumfructum non debet donatarius soluere Laudimiū, subdens idem esse in iure gabellæ, ex Socc. Iun. cons.130.vol.3. Ruin.cons.34.nu.9.lib.4.
21 à Vall. cons. 29. nu.21.vol.4. Sed quæstionis est † si quis donauerit emphyteusim eo pacto vt donatarius teneatur subministrare donanti alimēta iux.tex.l.1.Co.de donat. quæ sub modo (quo casu Laudimium est soluendum vt prædixi nu. 10.) an si pactum non fuerit à donatario seruatū, & consequenter emphyteusis donata peruenit ad donantem, iuxta tex. d. l.1. ex dicta resolutione donationis debeatur domino Laudimium, & intrepidè fatemur quòd non, quia isthæc translatio seu redditio emphyteusis donatæ fit à iure, vt formaliter voluit Marc.dec.602.nu.1.par.1. Add. ad Pet. Iaco. in tit. de act. in rem pro re emphyt.col.12. in fine. & idem si donatarius committat in gratitudinem ob quam donator possit reuocare donationem, nam reuocata donatione non debebitur Laudimium, vt per Solso.in simili tract.cellu.7.nu.12.& iux.cellu.nu.10. quia talis recuperatio prouenit ex causa rescisoria, quę tacitè inherat à principio donationi
22 † Sed antequàm ab hac discedamus Inspectione vnū memorandum duxi, quòd si emptor emphyteusis aliquid donet venditori statim perfecta emptione, vel paulo post, vel è contra si vendens emphyteusim pro certo præ-

tio., donationem faciat de eo, quòd plus valeret emphyteusis, an sit soluendum Laudimium, vide in hac eadem parte Inspect. 2. num. 26. & 27.

INSPECTIO XXXI.

Laudimium an debeatur ex concessione rei emphyteuticæ ad emphyteusim, vel liuellum.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium non debetur quando res conceditur ad emphyteusim.*
2 *Laudimium debetur quando emphyteusis alienatur per emphyteutam.*
3 *Laudimium an debeatur si emphyteusis subconceditur ad emphyteusim.*
4 *Contractus liuellarius quis sit.*
5 *Concessio ad emphyteusim est alienatio.*
6 *Emphyteuta concedens ad emphyteusim rem emphyteuticam inrequisito domino priuatur iure suo.*

CONGRVENTER differenda venit Inspectio, vtrum ex concessione ad emphyteusim valeat dominus exigere Laudimium, qua
1 in re duo sunt considerandi casus; primus est † quando quis concedit rem suam allodialem ad emphyteusim pro annuo iure canonis, & tunc Laudimium minimè est soluendum eidem concedenti pro noua inuestitura, seu adeptione possessionis rei concessæ, vt nuncupatim admonet Amed. in simi. tract. quæst. & inferens ob id nec minus solutionem Laudimii locum esse, si quis emat à domino directo emphyteusim dominio directo consolidatum, cùm perinde habeatur ac si noua esset concessio, Boer. in cons.
2 biturig. tit. des coustumes des fiefz §. 17. in fine pag. 46. † Lex etenim fin. C. de iure emphyt. disponit Laudimium deberi quando emphyteusis ab emphyteuta alienatur, quæ dispositio cùm cesset in casu nostro, ex quò res allodialis conceditur ad emphyteusim ab habente dominium illius pleno iure, consequenter ergò Laudimium ex tali concessione nõ debetur, Rursus vrget alia ratio, quòd propterea fit Laudimii solutio, ex quò dominus approbat factum emphyteutæ, vt predixi in præced. par. insp. 5. vnde cùm ipsa emphyteuticatio dependeat à volũtate ipsius domini, cessat ratio solu
3 tionis Laudimii. † Secũdus verò casus est, quando emphyteuta subconcedit emphyteusim alteri in perpetuum sub annua pensione quo casu dicitur
4 † propriè cõtractus liuellarius, quàmuis ex communi vsu loquẽdi dicatur

emphy

emphyteuticus, secundum communem omnium opinionem quam sequuntur Paris.cons.77.num.12.lib.3. Redoa. de reb. eccles. non aliena. rub.1.vers. pariter sub vocabulo fol.18. Clarus in §. emphyteusis in prin. eo maximè quòd hodie quò ad effectum nulla datur differentia inter contractum emphyteuticum & liuellarium, vt affirmant Rimi. Iun.con.424. num.51. Dec.con.146.num.2.vol.2. & con. 518. num.4.vol.4.Bar.in l. 1. num. 7. Co. de iure emphyt. latè Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 35. num. 2. vbi fatetur hanc esse communem opinionem, & tunc haud dubio Laudimium soluendum est, vt formaliter asseuerant Pet.Iaco. in tit.de actio.in rem pro re emphyt.col.18.vers.item cùm dominus pag.14. Solso. in simili tract. de Laudimio cellula 2. num. 13. Quandoquidem
5 negari nequit quòd † isthæc subconcessio sit alienatio, vt probatur in Cap. nulli de reb. eccles. non aliena. §. nos igitur ibi (*alienationis autem*) in Authen. de non alien. aut permut. reb. eccles. Simonce in tract. de decre. lib.2.tit. 6. Inspe. 3. num. 32. Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst.44.num.11. Redoan. in d. vers. in princ.& sub eadem rub. vers. similiter nu. 1. & 2. & in vers. nomine alienationis pag.39. Io. Dile. de arte testa. tit. de variis testat. præcep. caut.5.nu.3. Ancha.quæst. 52. num.1.par.2. Nepita in Cons. Cat. tit. de concess. mari. & pat. abe. nu. 39. & in tit. 46. nu. 8. Auguisso.con. 107.num. 3. Rimin.Iun.con. 348. num. 1. Molina de primoge. lib. 1. cap. 21. num. 22. & 33. & hoc esse
6 omnibus notissimum testatur Clar. in d. §. quæst. 20. ibidem aiens † vigore dictæ rationis ductus, quòd nullatenus valet emphyteuta prædictā subconcessionem ad emphyteusim regulariter perficere inconsulto domino directo, aliàs pœnam caducitatis plectitur, cui addimus in eadem esse sententia Corbul. de causa priua. ob aliena. ampliat.48. nu. 1. & hoc seruari de consuetudine fatetur Carroc. in tract. loca.& condu. sub tit. de iure emphyt.num.2. pag.87.in nou.impress. testatur etiam communem Cocta in suis memo.vers.emphyteuta alienans. Caualc.dec.30. nu. 123. par.2. ita seruari in praxi asseuerat Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 13.num.11.& quæst.38.num.7.

INSPECTIO XXXII.

Institutus hæres in emphyteusi an soluat Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an sit soluendum si emphyteusis relinquitur titulo institutionis hæredis, & num. 5. & 6.*

Hæredis

2 *Hæredis institutio est alienatio, & num. 4. vbi limitatur.*
3 *Emphyteuta potest quem sibi hæredē instituere ī emphyteusi inscio domino.*
7 *Cōsuetudo potest disponere super Laudimij solutione ex institutione hæredis.*
8 *Releuium an sit soluendum per hæredem succedentem in feudo.*
9 *Renouatio quando sit petenda per hæredem institutum in feudo.*
10 *Laudimium debendum ex hæreditate qualiter soluatur.*

1 QVERO an sit soluendum ius Laudimii si emphyteuta quem sibi inhæredem vniuersalem instituerit in bonis suis Bertra. cons. 78. num. 1. lib. 1. in secun. impress. & Solso. insimili tract. qust. prima princ. num. 1. simpliciter probant quòd sic; Quorum opinio substineri
2 potest eo axiomate quia † hæredem instituere, seu heredis institutio venit appellatione alienationis, adeo quòd alienare prohibitus censetur etiam prohibitus sibi hæredem instituere, vt probant Redo. de reb. eccles. non alien rub. 1. vers. hæredem in princ. pag. 21. Nepita in Cons. Cat. tit. de conce. mar. & pat. num. 49. Surdus in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 38. num. 11. & in cons. 10. num. 12. & seq. Cepha. cons. 371 num. 25. & cons. 430. num. 52. Anguisso. cons. 138. num. 2. Non. cons. 90. num. 2. Meno. cons. 216. num. 9. Viui. dec. 245. num. 5. lib. 2. at ex alienatione emhyteusis vt prędiximus in princ. huius partis debetur Laudimium ergo Laudimii solutioni locum esse videtur. Contrarium tamen tenent Add. ad Pet. Iaco. in tit. de act. in re pro re emphy. col. 12. sub litera A. Afflict. lib. 2. feudo tit. per quos fiat inuest. num. 52, vers.
3 & primo fol. 18. Anna alleg. 106. num. 1. Quinimmo † ipse emphyteuta per huiusmodi alienationem instituendo quæm sibi in hæredem inrequisito domino directo non cadit à iure suo, Bal. & Salic. ambo num. 11. Ias. num. 75. cum seq. in l. fin. Co. de iure emph. & ibidem communiter Doctores vt fatetur Alciat. cons. 258. num. 4. Aret. cons. 35. num. 2. Natta cons. 117. num. 4. affirmat hanc esse communem opinionem Alex. cons. 120. num. 5. lib. 2. vt etiam testatur Redo. in d. tra. tit. de caduc. ob rei aliena. vers. emphyteuta num. 24. Clar. in §. emphyteusis quæst. 15. Corbul. de causa priua. ob aliena. limit. 14. num. 1. & 3. vbi subdens rationem ait quòd quàmuis emphyteuta hęredem instituendo videatur alienare, nihilhominus cùm fiat institutio ob benemerita, & isto casu dominus non habeat arbitrium offerendi, concludendum videtur vt emphyteuta possit absquè domini consensu de emphyteusi quæm
4 sibi in hæredem facere Item facit † quòd prohibitus alienare non censetur prohibitus sibi hæredem instituere, & alienare post mortem Socc. con. 163. num. 20. vol. 2. Ias. cons. 96. & cons. 101. vol. 4. Sebast. Medic. in tract. mors om. sol. par. 3. num. 79. siue prohibitio procedat ex facta

legis

legis siue hominis, ita Io. Pet. Mollìgna. in tract. de appellat. verb. num. 31. sibi contrarius in num. 30. etiam si sibi in hæredem instituat eum qui sibi ab intestato successurus est l. pater §. cum inter D. de leg. 2. Alex. cons. 154. vol. 2. Ias. cons. 120. vol. 1. vel aliquem extraneum, secundum prædictos, quic quid dicat Io. Botta. cons. 63. num. 19. quòd fortius viget quando institutio est vniuersalis, Gabr. cons. 169. num. 58. lib. 1. & speciatim in emphyteuta Redo. d. tract. rub. 1. versic. hęredem num. 2. pag. 21. & latius in vers. similiter num. 20. Nos autem huiusmodi controuersas opiniones distinctionis fœdere conciliandas esse putamus
5 quòd si † emphyteusis est concessa etiam pro hæredibus ipsius emphyteutę & tūc aut in ea instituitur hęres aliquis qui est legitimus successor ipsius emphyteutæ ab intestato, vel est de compręhensis sub inuestitura, & tunc non soluitur Laudimium quia non eget renouatione inuestituræ, cùm sit eadē persona cum defuncto, neque dicitur mutatum esse dominiū sed continuatum, estq; alienatio necessaria, vt voluerunt Bertran. cons. 221. num. 1. par. 1. Anna d. alleg. num. 2. Bursa. cons. 137. num. 34. & 47. vol. 2. Sola in com. Duca. Subau. tit. de iure emphy. glo. 1. nu. 19. Amed. in simili tract. quæst. 31. in princ. Solso. in simili tra. quęst. 1. prin. num. 2. cum seq. Aut instituitur hęres extraneus, vel collateralis non compræhensus sub inuestitura, & tunc concludimus affirmatiuè Laudimium solui debere, ex Io. Sains. in Cons. Turon. tit. de rechapit. art. fin. Sylue. in sua summa §. emphyteusis num. 28. vers. 1. par. 1. Amede. in tract. de Laude. quæst. 31. Brun. cons. 44. nu. 11. Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 7. num. 3. Paris. cons. 86. num. 8. & 9. vol. 4. Solso. in simi. trac. tit. de forma loca. ad long. tem. num. 5. Vezinus in tho. 2. com. opi. nouiter impræssarum fol. 112. ver. secus autem Puteus de reinteg. feu. fol. 85. col. 4. nūm. 11. Redo. de reb. eccles. non alien. tit. de Laudem. pro alien. vers. ista autem num. 13. fol. 385. Bursa. cons. 137. num. 19. cum seq. &
6 num. 31. vol. 2. † Et hoc ratione confirmationis dictæ emphyteusis, & præstatione consensus ad nouam inuestituram, quam debet facere dominus hæredi instituto secundum præfatos, & tali casu dicitur alienatio,
7 vt probat Redo. d. tract. rub. 1. hæredem num. 2. fol. 22. † Non omittam referre quòd in casu nostri thematis quicquid seruat consuetudo attenden
8 dum sit, vt docent Sylue. in d. loco Bursa. d. cons. num. 56. Releuium † autem quod est soluendum ab hærede succedente in feudo, quomodo intelligatur debitum an vti hærede vniuersali, an particulari respectu ipsius feudi ex forma inuestituræ dictante pro Titio, & hæredibus, & concludimus quòd debetur ab ipso herede vti particulari, vt inclinauit post In-
9 ser. Frecc. de feudis lib. 2. autho. 3. nu. 21. fol. 187. † Renouatio namq; inuestituræ in feudo debet fieri infra annum, & diem post mortem domini

mini, vel vassalli, Puteus de reintc. feudo. pag. 81. num. 11. magis communem opinionem testatur Bero. conf. 117. nu 6. vol. 1. quem sequitur Bursat. d. conf. num. 48. & vide Cap. Regni Regis Marti. 55. tit. de releui.
10 solue. † Aduertendum tamen est, quòd Laudimium pro hęreditate debitum, solui debet detractis ęre alieno, bonis mobilibus, & allodialibus (si quę sint,) vt voluit Sola in d. glo. num. 22.

INSPECTIO XXXIII.

Translata possessione emphyteusis an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Translatio possessionis est alienatio.*
2 *Laudimium an debeatur ex translatione possessionis rei emphyteuticæ, & num. 3.*
4 *Possessionis mera translatio sine titulo retẽto dominio, nõ dicitur alienatio.*
5 *Laudimiũ an soluatur si emphyteusis trãsferatur causa tedialis possessionis*
6 *Fideicommissarius mittitur in possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, si hæres non confecit inuentarium, & præstitit satis dationem ea restituere eueniente casu fideicommissi.*
7 *Emphyteuta recuperans possessionem emphyteusis, quam tedio amisit, non soluit Laudimium.*

1 TRANSLATIONEM † possessionis alienationem esse indubitati iuris est, vt voluit Redo. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. vocabulo num. 1. fol. 39. & in vers. dicitur num. 1. fol. 45. Vnde quęro
2 † an ex trãslatione possessionis emphyteusis debeatur domino Laudimiũ; videtur respondendũ quòd sic, iuxta ea quæ diximus in princ. huius par-
3 tis, Sed videri meo hæc † quæstio distinctionis ordine venit enodanda, quòd aut possessio emphyteusis præcedente aliquo titulo subsequutaq; traditione transfertur in extraneum, & tunc haud dubio debetur Laudimium, & in isto casu verificatur proximum axioma, secundum Tessau. dec. pedem. 48. num. 2. & 4. quia tuuc transfertur vtile dominium, ita
4 speciatim Craue. conf. 332. num. 1. aut † simpliciter transfertur sine titulo, sed retento vtili dominio, & tunc nullum ius Laudimii debetur, cùm sola possessionis translatio minimè alienatio dicatur, Fabia. de Monte in tr. de empt. & vendit. quæst. 4. num. 3. plenè Tiraquell. de leg. cõnub.

glo.5.num.161. cum seq.& formaliter tradit Bertra.con.3.num.2.par.2. & faciunt ad corroborationem nostræ distinctionis quæ diximus in hac
5 eadem parte Inspe. 17. † Sed id hoc in loco notandum existimaui, quòd si contingat emphyseutis possessionem in alium transferri, vt emphyteuta tedio affectus aliquid faciat, num sit locus exactioni Laudimii, & dicimus quòd non; vt in terminis consuluit Bertra. cons.3.num.2. par.2.in prima impræss. quandoquidem per huiusmodi translationem nullum ius dominii transit penes possidentem, sed illud remanet penes emphyteutam, se-
6 cundum eum ibidem Hinc infertur † quòd fideicommissarius, vel legatarius si mittitur in possessionem bonorum fideicommisso subiectorum vel legatorum, inter quæ adest emphyteusis, (ex eo quia hæres grauatus non fecit inuentarium dictorum bonorum neque præstitit satisdationem cum fideiussoribus de illis restituendis casu fideicommissi eueniente, vel legati, iuxta tradita per Plotum in tract. de in lit. iura.num.595. cum seq.Ludo. dec.perus. 63. in princ. Marza. in tract. de fideicom. par. 2. in fine, non per hanc tedialem possessionem astringitur soluere Laudimium, vnde ex
7 veritate prępolitę rationis ductus ipse Bertra. d.cons.num.3. † tenet nec minus Laudimium deberi si isthæc tedialis possessio repetatur per emphyteutam, nisi repetitio fuisset facta post longissimi temporis possessionem.

INSPECTIO XXXIIII.

Emphyteusi pro parte alienata, an pro ea parte debeatur Laudimium, vel sit locus caducitati.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluatur si pars emphyteusis alienetur, vel ea in totum cadat in commissum, & num.5.*

2 *Emphyteuta alienans emphyteusim pro parte, an cadat in commissum pro tota, & num. 5.*

3 *Emphyteuta ob deteriorationem partis emphyteusis, in totum priuatur iure suo.*

4 *Ampliatur in solutione iuris canonis.*

6 *Vassallus alienans partem feudi an priuetur toto feudo.*

7 *Decima an debeatur, si pars feudi alienetur.*

1 CAETERVM & hic quæro, † quid si emphyteusis non integrè sit alienata sed pro certa parte tantùm, vtrum ex ea parte tantùm alie-

T nata

natà debeatur domino Laudimium, vel cadat integrè in commissum tanquàm citra domini voluntatem celebrata videtur † dicendum esse locum
2 caducitati in commissum, & consequenter non esse disputandum super Laudimii solutione, vt tenuere Cuman. cons. 41. in fine Ias. in l. fin. quęst. 14. Co. de iure emphyt. Bero. cons. 122. num. 6. lib. 1. Cepha. cons. 139. Surdus in tract. de alimen. tit. 7. quæst. 17. num. 23. Petra de fideicom. quæst. 10. num. 70. Crot. in rep. l. 4. §. cato num. 61. D. de verb. obligat. fatetur hanc esse communem opinionem à Vall. cons. 17. num. 16. cum seq. lib. 2. ea potissima ratione quia emphyteuta alienans inconsulto domino delinquit in personam domini, quem contemnere videtur alienando
3 partem emphyteusis sine eius consensu, † Item facit quòd emphyteuta plures res in emphyteusim stipulans vnico contextu, & sub vno canone, si vnam ex illis deteriorem fecit, ab omnibus aliis in quibus malè versatus non est, priuatur, quia cùm vna tantùm sit emphyteusis compræhendens singulas res, absurdú esset quòd ab ea tantùm re deteriorata expelleretur ita Ioseph Ludo. dec. perus. 22. num. 6. Petra de fideicom. quæst. 10. nu. 59. cum seq. Natta cons. 479. nu. 16. Bero. cons. 120. vol. 1. Grat. cons. 93. num. 24. vol. 1. Bursa. cons. 200. num. 99. vol. 2. nonnullos alios cumulat Corb. de causa priua. ob rei deterio. num. 7. Rolan. cons. 49. num.
4 15. vol. 2. † Quemadmodum ipse emphyteuta ob non solutum integrum canonem cadit à pluribus rebus receptis in emphyteusim simul, & eodem contextu, ac pro vno omnium canone, quas dominus similiter separatim non fuisset concessurus, vt per Corbul. de causa priuat. ob non solut. cano. ampliat. 6. num. 3. Surdum in d. tract. tit. 8. priuil. 61. num. 23. Petra de fideicom. quæst. 18. num. 78. Rimin. cons. 381. num. 5. Rolan. con. 17. num. 14. lib. 2. Fich. in 2. tho. com. opi. nouissimè impressarum pag. 104. vers. emphyteuta. Sed quicquid dicant præcitati Legum Latores contrariam conclusionem putamus esse substentabiliorem in casu nostri thema-
5 tis, vt ipse † emphyteuta priuetur in ea parte emphyteusis alienata inscio emphyteutario, & per consequens vt pro ea parte tantùm (si dominus paruerit alienationi) debeatur Laudimium, probatur enim antecedens ex nonnullis collectis per Cepha. d. cons. 139. in princ. licèt ipse perperam ab eorum sententia discedat, & ita fuit decisum Neapoli teste Grammat. dec. 49. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst 13. vers. non omitto, & infinitos cumulant Corbul. de causa priua. ob aliena. amplia. 42. num. 6. vbi fatetur hanc esse communiorem, equiorem, & frequentiori calculo receptam opinionem, tam in terris Ecclesiæ, quàm Imperii Anguillo. cons. 67. num. 1. Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de iure emphy. quęst. 4. num. 1. & 3. in noui. impress. Vinc. Anna & ibi additio in sing. 170. Nepita in Cons. Cap. tit. 29. num. 5 fatetur hanc esse communiorem

opinionem.

opinionem Mich. in 2.tho.com.opin. nouissimè impræssarum pag. 109. vers. quæro. Paris. con.49.num.11.vol.1. & nuncupatim quòd non debetur Laudimium ex tali alienatione meminit Socc. Iun. cons. 70. nu. 8.
6 lib.3.† Quemadmodum vassallus illicitè alienans partem feudi ea tantùm parte priuatur non autem toto feudo, secundum Cephal.d. con. num. 2. Natta cons.479.num.2. fatetur esse communiorem opin. Tho. de Mari. de gen. & quali. feud.lib.1.num.21. pag. 38. testantur magis communes opiniones Socc. in l. filius familias §. diui num.221.D. de leg. 1. Clar. in §. feudum quæst.31. vers. sed pone Crass. lib.2.com. opin. vers. feudum quæst.11.Curt.Iun.de feud.par.4.num. 153. Sed super hoc illud ambigi
7 potest, quòd si alienetur † pars feudi ex expressa Principis licentia, non debet solui decima, iuxta dispositionem Cap. volentes, quod est Regis Fede. 28.tit. de aliena. feudo. vbi Cannet. in vers. aggredior pag. 188.

INSPECTIO XXXV.

Concessa re ad emphyteusim pro xxix. annis cum pacto ad renouandũ, an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ex concessione emphyteusis ad xxix. annos cum pacto ad renouandum, & num. 7.*

2 *Concessio emphyteusis limitata, limitatum producit effectum, & n. 5. & 6.*

3 *Prohibitum ad certum tempus, post illud censetur permissum.*

4 *Confinatus ad certum tempus eo finito impunè reuertit ad Ciuitatem.*

8 *Tempus xxix. annorum secundæ inuestituræ, quæ fuit facta durante prima quando incipiat currere.*

9 *Laudimium debetur si durante prima concessione ad xxix. annos, sit facta secunda in longius tempus.*

10 *Emphyteusis si est concessa in perpetuum ad renouandum, an quoties renouatur dicatur nouus contractus, & soluatur Laudimium.*

1 VTRVM † emphyteuta concedens emphyteusim ad xxix. annos, vel ad aliud certum tempus cum pacto ad renouandum pro certo annuo iure census, sit soluendum domino Laudimium, Puteus de reinteg. feud. pag. 76. col. 1. num. 10. determinat quòd sic; subdens etiam illud deberi quoties casus renouationis contingerit, cuius pronuntiato acce-
2 dimus, nam cùm † emphyteusis concessio fuerit limitata ad dictũ tempus

annorum viginti nouem vlterius procedere nequit, l. si vnus §. si cum reo & l. epistola §. fin. D. de pact. l. statu liberum §. stichum D. de legat. 3. per quem tex. ita in terminis concludit Castren. cons. 68. vers. similiter
3 vol. 2. Quemadmodum è conuerso † prohibitum ad tempus, post illud censetur permissum l. imperator D. de postul. tradunt communiter Doctores post Bar. in l. peto §. frate D. de leg. 2. Ruin. cons. 112. num. 4.
4 vol. 2. Hinc consinatus † vel relegatus in aliquo loco vsque ad quinquennium, eo finito citra Superioris licentiam potest impunè reuertere ad Ciuitatem cùm vltima dies quinquennii ei licentiam præstet Bal. in prohem. D. gestorum §. hæc autem tria Angel. in l. si vnus §. si cum reo D. de pact. Didac. perez in addit. ad Dida. à segura in l. si ex legati num. 53. D. de verb.
5 oblig. Cremen. Sing. 48. † Et nuncupatim in emphyteusi quòd eo ipso tempore xxix. annorum reuertatur ad dominum, consuluerunt Dec. cōs. 328. in princ. par. 3. Cepha. cons. 582. num. 24. vol. 4. Corbul. de causa priua. ob tempus finit. num. 1. & 12. & consequenter quoties viginti nouem anni sunt expleti, vel aliud certum tempus, & emphyteusis est reuersa ad concedentem, si iterum renouatur concessio illius ad alios viginti nouem annos videtur quædam noua concessio ex qua Laudimium (vt
6 prædixi) soluendum est, † Pactum hisce de renouando hoc infert cùm renouatur id quòd finitum est, & id quòd durat, non renouari sed prorogari, & protelari dicitur l. dies & ibi Glo. & omnes Doctores in princ. D. de dam. infe. l. monetæ D. de præca. per quæ iura ita in nostris terminis tradit Bero. cons. 119. num. 1. cum seq. vol. 1. sequitur Corbul. in d.
7 causa num. 13. Et quamuis † prima facie appareat totum oppositum esse respondendum, Laudimium minimè solui debere ex renouatione exinde superueniente, cùm videatur illam facere concedens vigore primęuæ conuentionis potius quàm ex noua causa, cui conuentioni ipse dominus directus ab initio suum pręstauit consensum, iuxtà ea quæ dicam in terminis pacti de retrouendendo in hac eadem parte Inspe. 50. num. 4. nihilominus non per ipsum consensum dicimus quòd dominus directus videtur se præiudicasse in iure Laudimii sibi debendi ex renouationibus subsequentibus, sed tantùm operatur consensus vt renouaciones fieri valeant eo inrequisito, argumento eorum quę diximus in hac eadem parte Inspect. 1.
8 num. 16. cum seq. & Inspe. 2. num. 3. cum seq. † Tempus autem viginti nouem annorum secundæ inuestiturę, quæ fuit facta durante prima incipit currere à die celebrati contractus secundę inuestiturę, non autem post finitum tempus viginti nouem annorum primæ inuestituræ, prętertim si secunda inuestitura fiat hinc ad viginti nouem annos proximè futuros, nam ista hæc verba important idem, ac si esset dictum de isto die vsque ad viginti nouem annos, vt voluit Corbul. in d. tit. num. 16. & consequenter
in casu

in casu huiusmodi attenditur tempus celebrati contractus quò ad Laudimii exactionem per prædicta † Sed quid sit durante tempore primeuę con
9 cessionis subsequatur secunda concessio in longius tempus (quæ potius prorogatio primę quàm noua dici consueuit,) vt per Corbul. in d. tit. nu. 16. num ex tali secunda concessione, seu verius prorogatione dominus directus consequi possit Laudimium, & dicimus quòd sic; iuxtà id quòd
10 in simili scripsimus in hac eadem parte Inspe. 5. † Limitatur tamen nostra principalis traditio haud procedere si emphyteusis esset concessa in perpetuum renouanda, siue ad renouandum de vigintinouem annis in viginti nouem annos, quia tunc vnicus est contractus seu concessio, nec renouatio requiritur ad substantiam contractus, sed ad probationem faciliorem aliàs manifesta esset contrarietas, vt consulti responderunt Alciat. cons. 146. num. 1. Bero. cons. 116. num. 17. in fine & Corbul. in d. titu. sub num. 17. & per consequens minimè debetur Laudimium, cùm renouatio procedat ad executionem pacti in primæua inuestitura emphyteutica adiecti, & in hac facti specie puto quòd militat opinio Amædei in simili tracta. quæst. 12. vers. quò ad finitam, qui perperam aduersatur sententiæ Paridis in princ. huius Inspectionis citati.

INSPECTIO XXXVI.

Alienata proprietate emphyteusis, an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur, si alienatur proprietas emphyteusis in vsufructuarium, vel in extraneum, & num. 3.*

2 *Proprietarius ciuiliter dicitur possidere.*

4 *Vsufructuarius habet ius in re, & naturaliter possidet.*

5 *Vsufructuarius æquiparatur emphyteutæ.*

6 *Laudimium an soluatur si habens vsumfructum in emphyteusi illum extraneo vendat.*

1 ILLVD quoque in dubium vocatur, † an proprietarius rei emphyteuticæ cuius rei vsusfructus est penes alium, vendens ipsam proprietatem alteri, etiam vsufructuario conuentionali inuito sicuti iuridicè fieri potest, ex Anna. in leg. 73. num. 13. vel eidem vsufructuario cedat) quo casu dicitur consolidatio) vt probat Nepita in cons. Cat. tit. 41. num. 7. ex casu

ex tali alienatione debeatur domino Laudimium, & breuiter cōcludimus quòd non; freti authoritate Amedei à Ponte in simi. tract. quæst. 40. ratio est quam assignat Bal. in cap. 1. §. marchio col. 1. vers. sed quęro tit.
2 qui feud. dar. poss. Quandoquidem † proprietarius rem cuius vsusfructus ad alium pertinet ciuiliter dumtaxat dicitur possidere, cùm nudam proprietatem habere censetur, §. vsusfructus & ibi vnanimiter Doctores Instit. de vsufru. lex enim fin. Co. de iure emphyt. requirit translationem vtilis dominii, quod habet emphyteuta vt habeat locū Laudimii exactio, vnde cessante dispositione d. legis in casu nostro, cessat omnino Laudimii
3 solutio † Nisi primò quis emisset proprietatem, & deinde illius vsumfructum, quia tunc ex pretio proprietatis & vsusfructus iure optimo soluendum est emphyteutario Laudimiū, vt voluit Solson. in tract. de Laudem. cellula 2. in fine & in cellu. 6. num. 25. cùm isto casu consolidetur proprietas cum vsufructu, & consequenter ipse emptor nanciscitur dominiū
4 vtile integrè ipsius emphyteusis, † ac etiam naturalem possessionem quæ penes vsufructuarium erat, l. naturaliter in princ. & ibi communiter Doctores D. de acqui. poss. Boer. dec. 28. num. 1. & seq. Menoch. de recup. posse. remed. 1. num. 54. & 69. Marc. dec. 867. num. 1. Tiraquell. in tract. de mort. saysi. par. 3. decla. 1. num. 4. Caualc. de vsufru. mul. relict. nu. 5. Io. de Amic. cons. 75. col. 3. circa medium Nepita in d. tit. num. 8. testatur communem Angel. in §. idem placet. num. 3. Instit. per quas perso.
5 nob. acqui. † Vnde æquiparatur emphyteutę, secundum Glo. in l. 1. vers.
6 emphyteuticarius Co. de iure emphyt. Sed quid tenendum è conuerso, † si ipse vsufructuarius vendat vsumfructum quod habet in re emphyteutica extraneo, an sit soluendum Laudimium, & dicimus quòd non; quia per talem venditionem non censetur vendita nisi commoditas tantùm fructuum colligendorum, & percipiendorum, ex quo vsusfructus quid inseparabile reputatur à persona ipsius vsufructuarii, neque cedi potest, vt probat Tiraquell. de retra. sanguin. §. 26. glo. 1. num. 43. & aliud est alienare emphyteusim, aliud est illius fructuum commoditatem concedere, vt cuilibet rectè intuenti liquet; & faciunt ad propositum huius proximi pronuntiati quę (Deo duce) dicemus in hac parte Inspe. 54.

INSPECTIO XXXVII.

Cessā emphyteusi ad ius census, an debeatur Laudimiū.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex cessione emphyteusis ad ius census.*

Censuarius

2 *Censuarius habet omnē dominium rei in censum accepta.*
3 *Laudimium non soluitur ex subiugatione emphyteusis, relatiuè.*
4 *Subiugatariis non consequitur dominium rei subiugata.*

1 NEC tamen illud omiserim, † quòd si emphyteuta vendat pleno iure ius suum pro certo pretio cum pacto quòd ei præstetur annuus census per ementem, omni iure cogente permittitur domino exactio Lau
2 dimii, ea potissima ratione † quandoquidem in emptorem huiusmodi omne ius ipsius emphyteutæ vendentis, seu quomodolibet cedentis censetur translatum, iure percipēdi ius census tantùm emphyteutę reseruato, non in signum recognitionis dominii, vt in emphyteuta constitutum est, sed in memoriam pristini dominii, talisq; contractus species alienationis est, vt probatum relinquerunt Redo. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. contractus pariter num. 1. cum seq. & in rub. de constit. annui cens. nu. 2. Masca. in tract. de prob. con. 601. num. 7. Panciro. con. 30. num. 5. Anguiso. con. 102. num. 4. Meno. con. 372. num. 11. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 32. num. 7. 27. & 34. Bonitis in tract. de censi. lib. 1. art. 13. num. 31. Socc. cons. 176. nu. 6. lib. 2. Rolan. cons. 69. vers. prętereà non obstat vol. 3. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 1. vers. contractus Alex. cons. 14. num. 13. vol. 2. Natta cons. 3. num. 1. Capic. dec. 103. num. 3. Dec. cons. 196. num. 3. & cons. 164. num. 2. Puteus de reinteg. feudo. pag. 124. col. 1. num. 2. & pag. 179. col. 2. vers. censualia Folle. super Bulla in vers. huiusmodi num. 77. Craue. cons. 20. num. 14. & cons. 217. num. 4. Meno. in add. ad Iaso. in l. fin. 131. Co. de iure emhyt. & in tract. de præsumpt. lib. 3. præsu. 106. num. 6. & 11. Vndè intrepidè locum sibi vendicat dispositio d. l. fin. Laudimium deberi, ex quo talis contractus alienationem emphyteusis concernit, quamuis huiusmodi articulum proponat illum non resoluens Cassan. in Cons. Burgun. tit. des censes rub. 11. §. 4.
3 vers. sur l'heritage in fine † Secùs autem est quando res nostras proprias vel emphyteuticas subiugamus ad censum bullarem, quia tunc nullum ius Laudimii soluitur domino directo vt prædixi in eadem hac parte Insp.
4 20. † quia tunc in subiugatarium nullum ius dominii transfertur, sed tantùm ipse subiugans cōstituit ac imponit super bonis suis censum, & illum vendit subiugatario pro pretio conuento ad decem, vel minus pro quolibet centenario cum pacto reuendendi, hypothecādo rem certam, vt post Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 8. circa princ. & Gratum cons. 217. tradit Redo. d. tract. sub tit. de constit. ann. cens. num. 6. eod. vers. contractus num. 10. cum seq. Velas. sub d. nu. 7. vers. sed nec prętereundum, & luce clarius cernitur in d. Insp. 20. num. 23. cum seq.

INSPECTIO XXXVIII.

Confiſcata emphyteuſi an ſoluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimiũ an ſoluatur ſi emphyteuſis tranſeat in fiſcum intuitu cõfiſcationis*
2 *Fiſcus eſt priuilegitus in caſibus à iure expreſſis.*
3 *Fiſcus eſt priuilegiatus quò ad munera extraordinaria.*
4 *Bona tranſeunt in fiſcum cum onere ſuo.*
5 *Fiſcus tenetur ſoluere canonem, aliàs priuatur emphyteuſi.*
6 *Fiſcus habetur loco extranei hæredis.*
7 *Hæres extraneus tenetur ſoluere Laudimium, relatiuè*
8 *Fiſcus, & eccleſia pari paſſu ambulant.*
9 *Laudimium an exigatur ab emptore bonorum fiſcalium.*
10 *Emphyteuſis an ſit confiſcabilis, remiſſiuè*
11 *Fiſcus ſucceſſor emphyteutæ debitori in Laudimio qualiter conueniatur.*

1 SI † prætextu confiſcationis emphyteuſis ad fiſcum ſit deuoluta vtrũ fiſcus onere ſoluendi Laudimium grauari valeat, & reſpondemus
2 quòd ſic, hiis perpenſatis fundamentis. primò quia † Fiſcus in hoc caſu non reperitur de iure priuilegiatus, vnde adherere debet regule priuatorũ vt ſoluat Laudimium, Glo. eſt in verbo publica l. interueniunt §. in priuatorum D. de petit. hæred. Fulgo. conſ. 127. col. 2. Tiraquell. de retra lignag. §. 1. glo. 14. num. 100. in fine Cephal. conſ. 605. num. 53 vol. 4. Dec. in l. in ambiguis num. 2. de reg. iur. Phannu. de inue. hære. par.
3 2. num. 6. in fine pag. 23. Secundo quia † Fiſcus cenſetur priuilegiatus quò ad munera extraordinaria, vt probat Mart. Lauden. in tract. de fiſco quæſt. 9. num. 163. & 181. Munus autem ſoluendi Laudimium eſt ordinarium, priuatam concernens vtitilitatem ſcilicet emphyteutarii, vt pro
4 bauimus in prima part. Inſpe. 3. nu. 9. cum ſeq. ergo & cet. Tertio † quòd bona quæ acquiruntur fiſco haud dubio tranſeunt in eum cum onere ſuo vt admonent Folle. in prag. de cenſ. verſ. tanquàm res iudicata num. 27. Io. Arno. comme. 175. Craſſ. in §. hereditas quæſt. 5. num. 4. & 5. &
5 plenè Io Bocta conſ. 21. † Vnde ius canonis ſoluere tenetur domino ſi laqueo caducitatis nolit incurrere prout quilibet priuatus, ita Berta. in ſuo repert. verſ. fiſcus conuenitur num. 24. & poſt Innoce. Peregrin. in tract.
6 de iure fiſci lib. 6. tit. 1. num. 25. pag. 485. Quarto † fiſcus cui deuoluuntur bona ex confiſcatione habetur loco extranei hęredis, & ſucceſſoris l. iura libertorum & ibi Bart. & cæteri D. de iure patro. Ripa in l. ex facto

D. ad

D. ad tenell. num. 5. Boer. dec. 268. num. 6. Corbul. de causa priua. ob mort. ciuil. num. 40. Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæst. 37. num. 8. Rolan. cons. 31. num. 26. lib. 1. & cons. 78. num. 15. lib. 2. fatetur esse hanc opin. omnium communem Fran. Viui. in suo lib. 2. com. opin. in opin. 129. Hiero. à Laurent. dec. auenio 121. num. 6. 10. Bocta d. cons. 21. Peregrin. in d. tract. lib. 5. num. 53. in fine pag. 378. Cephal. cons. 400. num. 10. vol. 3. Thom. de Marin. in tract. de feud. lib. 1. num. 8. pag. 97. Gigas in tract. de crimine læse maiest. tit. de pen. comm. crim.
7 læsæ maiest. quæst. 6. num. 3. At hæres † extraneus tenetur ad Laudimiũ vt præ diximus in hac parte Insp. ect. 35. num. 5. vers. aut instituitur ergo
8 &c. Quid ro mouemur quæsito quidem † Fiscus, & Ecclesia pari passu ambulant ... Caput ... in integ. resti lib. 6. l. fin. Co. de sacro san. ecclesiis Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 4. pag. 330. num. 21. plenè Tiraquell. in tract. de priuil. piæ causæ priuil. 143. ecclesia etenim acquirens emphyteusim vt teneatur domino soluere Laudimium probauimus in prima parte Insp. 3. num. 16. meritò non est mirum si fiscus onere soluendi Laudimium grauatur, Nec tamen hinc abeundum duci-
9 mus † quòd pro venditione, & emptione emphyteusis fiscalis fisco deuo-lutæ titulo confiscationis vel vacationis, aut aliter debetur dominis dire-ctariis ius Laudimii pro inuestitura obtinenda, nam cum in iure huius-modi dicta venditio non reperiatur excepta, detrahendum iuribus pri-uatorum minimè licitum est, vt speciatim tradit Peregrin. in d. trac. lib. 6.
10 tit. 5. num. 47. cum seq. † Emphyteusis ergo an & quando possit confi-scari, ex quo non est nostra principalis materia sunt videndi Iul. Clar. in in §. emphyteusis quæst. 29. Farinac. lib. 1. quæst. crim. quæst. 25. nu. 50. cum seq. Corbu. de causa priua. ob mort. ciuil. num. 6. Gigas in d.
11 quæst. 6. Vnum tamen nota quòd † si fiscus succedat nouo emphyteutæ obligato via executiua domino directo, non tamen ipse fiscus vti hæres illius poterit conueniri eadem via executiua sicut poterat conueniri ipse emphyteuta per ea quæ scripsi in 1. parte Inspect. 4. sub nu. 61. sed via à iure tradita.

INSPECTIO XXXIX.

Laudimium an exigatur ex successione in emphyteu-si, ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur à successoribus ab intestato in emphyteusi.*

2 *Filius legitimatus an soluat Laudimium succedens in emphyteusi.*

3 *Releuium qualiter soluatur ex feudi successione.*

1 PRAETEREVNDVM non est quærere, † num ex vniuersali successione ab intestato in bonis emphyteutæ sit soluendum ius Laudimii Solso. in simili tract. quæst. 1. princ. num. 1. simpliciter docet quod sic; Nos autem concludimus breuiter quòd nō, freti authoritate Afflicti hoc nuncupatim asserentis in lib. 2. feudo. sub tit. per quos fiat inuest. num. 32. vers. & primò fol. 18. cuius sententia suadetur eo potissimo axiomate quia ab intestato decedens non dicitur alienare, Celsus con. 37. num. 13. Anguisso. con. 209. num. 3. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 298. quòd sine scrupulo admittimus quando successerunt filii, vel nepotes, vel cæteri primæuæ inuestituræ comprehensi, vt ex Saliceto expendunt Brun. cons. 44. num. 11. Boer. in Cons. Biturig. tit. des coustume des fiez §. 20. in princ. Sylue. in sua summa §. emphyteusis num. 28. vers. 1. lib. 1. & ita concludere omnes asseuerat à Ponte in simili tract. quæst. 12. vers. & quò ad renouationem, quia per dictam acquisitionem non dicitur esse mutatum dominium, vel illud de nouo adeptum, & consequenter nulla egent inuestitura Calca. cons. 3. nu. 24. quem sequitur probus in add. ad Ioa. Mona. in Cap. 1. num. 7. de in integ. restit. lib. 6. Dec. cons. 331. num. 2. idemq; sentit Bursa. cons. 137. num. 49. vol. 2. & in cons. 18. num. 4. & 5.
2 lib. 1. † id amplians procedere in filio legitimato ab ecclesia post obitum patris inuestito, quicquid sentiat Clar. in §. emphyteusis quæst. 31. secùs autem si successerit aliquis non comprehensus sub inuestitura emphyteutica, quia tunc ex quò eget noua inuestitura Laudimium soluere debet, iuxtà id quòd scripsi in hac eadem parte Inspe. 32. num. 5. vers. aut instituitur, quæ hisce sententia procedit in emphyteusi ecclesiastica quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos hæredes, nisi esset concessa pro quibuscunq; hæredibus, vt per Crass. in §. hæredibus quæst. 11. num. 10. & 11. & num. 12. vbi id etiam ampliatti esset dictam & quibus dederit,
3 † In feudi autem successione qualiter, & quando sit soluendum Curiæ ius releuii, vide Cap. Regni Regis Marti. 55. tit. de releuio solue. Regis Ioan. ca. 66. & 67. Freccia lib. 2. de feu. auth. 3. n. 19 pag. 187. Vin. de Frā. dec. 3.

INSPECTIO XL.

Ex diuisione emphyteusis an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio est alienatio, & num. 4. 8. & 21. vbi declaratur & num. 16.*

Diuisio

2 *Diuisio dicitur emptio, & venditio.*
3 *Laudimium an debeatur ex emphyteusis diuisione, & num. 24.*
5 *Communioni perpetuæ nemo cogitur stare, & num. 6. vbi limitatur.*
7 *Laudimium non debetur, si emphyteusis diuisio fiat inter frates, & sorores comprahensos sub inuestitura.*
9 *Ampliatur datò quòd fiat diuisio pro regionibus.*
10 *Diuisio inter frates æqualiter facta, non exigit domini consensum.*
11 *Ampliatur si emphyteusis esset pro virili parte concessa.*
12 *Rursus si integra emphyteusis vna assignetur, sed contrarium firmatur, nu. 13. & 23.*
14 *Laudimium nō soluitur, si emphyteusis diuidatur inter coëmphyteutas insolidum obligatos.*
15 *Laudimium an debetur si emphyteusis indiuiduæ titulo diuisionis vni adiudicetur, & num. 17.*
18 *Releuium an debetur ex diuisione feudi, & num. 19.*
20 *Laudimium an soluatur ex diuisione emphyteusis pro regionibus concessæ, si vni adiudicetur integrè.*
22 *Consuetudo concernens Laudimij solutionem in diuisione, emphyteusis obseruanda est.*
25 *Laudimium an soluatur ex communione à qua fuit discessum.*

ELICITVR ex l. 1. Co. com. vtriu. iud. l. cum patrem §. hære-
1 ditatem D. de l. 2. l. inter omnes & ibi Accurs. Co. de præd. min. † diuisionem prædiorum alienationis esse speciem, cui sententiæ inclinauerūt nonnulli grauissimi viri collecti per Simonc. in tract. de decret. lib. 2. tit. 4. num. 3. Corbul. de causa priua. ob alien. limit. 7. in princ. Nepita in Cons. Cat. tit. de concess. mari. & pat. alie. num. 46. & in tit. 46. num. 8. Rimin. Iun. con. 368. num. 23. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 518.
2 ibidem subdentes† quòd iure optimo potest emptio & venditio appellari, ac ex ea causari effectus præscriptionis, euictionis, & læsionis, secundum Caualc. dec. 11. num. 44. & dec. 19. num. 42. & 71. propterea enodanda
3 Inspectio proponitur, vtrum † ex mera cessione, seu remissione emphyteusis inter coemphyteutas diuisionis titulo soluatur Laudimium, qua in re licèt maximus sit Doctorum conflictus diuersimode putantium, conabitur tamen eorum opiniores concordare; Hinc regulariter dicimus ex huiusmodi diuisione non esse soluendum domino Laudimium, iuxta originalem decisionem Guglie. de Cun. & post eum Bar. Bal. & cæteri communiter in l. & ideo D. de condit. furt. Guid. Pap. dec. 48. in fine Neuiza. cons. 15. num. 15. Brun. cons. 44. num. 11. ita communiter teneri docet Iaso. in l. fin. num. 47. Co. de iure emphyt. Emil. cons. 33. nu. 23.

Marc. dec. 52. num. 10. par. 2. Re io. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem quinquagesima num. 18. cum seq. pag. 386. Aufre. ad Cap. Tholos. 75 in princ. Vallaloh. in suis com. opin. lit. E. num. 90. Cassan. in Consu. Burgu. tit. des censes §. 1. vers. retenue in fine & in §. 7. num. 3. Crauc. cons. 733. num. 4. Ambros. de Opizo. in repet. l. filiusfamilias §. diui num. 97. D. de leg. 1. testatur communem opinionem Zuccard. cons. 66. num. 70. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impressarũ pag. 112. vers. emphyteutæ Bellacomba etiam in d. pagina vers. Laudimiũ Cumanam Capit. aliquem num. 237. vers. in quis de succes. feudo. Cephal. cons. 699. num. 44 & 49. & cons. 195. num. 20. Cagnol. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & vendit. num. 237. Amede. à Ponte in tract. de Laudem. quæst. 25. vbi ait hanc opinionem esse receptissimam, Io. Salas. in Cons. Turon. tit. des rachaptz art. 15. col. 1. vers. quæro Hero. à Laure. dec. auenio. 143. num. 2. Aym. public. in cons. aluern. tit. 23 art. 20. num. 6. Syluc. in eius summa §. emphyteusis num. 28. in fine par. 1. Barsa. cons.
4 137. num. 7. vol. 2. mouentur enim ea potissima ratione, † quia alienatio isthæc medio diuisionis proueniens dicitur necessaria, non autem spontanea, cùm multi aliam possint prouidere, vt à communione discedant præterquàm diuisionis refugio. Quòd axioma procedere admittimus in prouocato ad diuisionem, non autem in prouocante, ex Opizo. in d. §. diui num. 97. Amed. in fine d. quæst. & Ant. Rub. in l. hoc edicto §. morte
5 D. de noui oper. nunt. Suadetur principale axioma † quia nemo cogitur stare communioni perpetuæ, etiam pacto vallatæ, vt plenè cósuluit Soct. cons. 278. vol. 1. Tessaur. dec. 142. in princ. à Vall. cons. 83. nu. 1. lib. 1. Dec. cons. 282. col. 2. Simoncell. d. tit. 4. num. 8. Roman. cons. 13. circa finem, fateatur communem Viu. lib. 1. com. opin. verb. Legitime nullum,
6 † nisi esset iuramento firmatum, quia tunc benè valet tale pactum, vt post relatas contrarias opiniones concludit optimis ex fundamentis Seraphi. de priuil. iura. priuil. 58. num. 6. cum seq. quem sequitur nonnullos cumulando Tessau. d. dec. num. 4. vbi etiam testatur ita in facti contingen-
7 tia fuisse resolutum per Senatum Pedemontanum. † Ampliatur enim nostra principalis regula procedere in diuisione inita inter frates, & sorores compræhensos sub inuestitura emphyteutica de emphyteusi paterna seu hæreditaria, quia ipsi ad Laudimium non tenentur, secundum Gugl. e. Bart. Cuma. Bal. & alios in d. l. & ideo Boer. in Cons. Biturig. tit. des coustumes des fiefz §. 17. vers. quarante col. 3. vbi ait quòd ita sentiunt omnes in iure scribentes, Vezinus in 4. tho. com. opin. nouiter impressarũ pag. 324. col. fin. in fine Capell. Tholo. dec. 75. in fine Betra. cons. 10. nu. 1. cum seq. par. 2. in 1. impress. Cassan. in d. vers. retenue in fine Rimina. Iun. cons. 1. num. 54. cum seq. vol. 1. & cons. 579. num. 16. vol. 3. Sol. in

com.

com.duca.subau.tit. de iure emphy.glo.1.num.24. Amed.in d.quæst.25 vers. quod si essemus Sosso. in simili tract. cellu. 1. num. 25. & cellu. 7. num.23. Cepha.cons.195.num.20.lib.2.& cons.699.num.49.cum seq.
8 vol. 5. † Ratio est quia respectu domini non dicitur alienatio, cùm non transeat emphyteusis in personam quæ noua indiget inuestitura, ita Bertaz. cons.ciuil. 112.num.15.lib.1. Port.Imol.cons.145. num. 18. Iaco. Miche. patroc.23.num. 4.& sentit Crass. in §. ius accrescendi quæst. 25 in fine vbi fatetur communem opinionem. Neque domino interest apud quem eorum emphyteusis reperiatur, quia omnes remanent domino in solidum obligati dicta diuisione non obstante, Iul. Clar.in §.emphyteusis quęst.14.in fine,& consequenter ad onus Laudimii minimè subiiciuntur,
9 vt consuluit Gabr.cons.84.num.5.vol.1.† Quod dictum frequenter amplectitur maximè quando emphyteusis secernitur in equali, & pari portione pro quid sunt ipsi frates, & cohæredes domino obligati ad ius canonis, secundum veriorem & crebriorem opinionem, quam sequitur Cepha. cons.195.nu.19.25. & seq. cum quo concordant Aufre. in add. ad Cap. Tholo. 75. in fine Alex. in l. si domus §. fin. num.7. D.de leg.1. Bursa.
10 cons. 137. num. 7. in fine Prosp. Paset. con. 2. in fine † Quinimmo nec tali casu domini consensus exigitur, vt voluit Ruin.cons. 168. vol. 1. Ias. in l.fin.num.114. Co.de iure emphyt. & in specie quòd nec Laudimium, neque consensus domini exigitur in tali diuisione, consuluerunt Bertra. referens magis communem & veriorem opinionem in cons. 78. num. 4.
11 par. 1. in 2. impræss. Ruin. Iun. cons 1. num. 55. † Rursus procedere admittimus datò quòd coëmphyteutibus esset pro rata nouiter concessa emphyteusis, & ita quando inter eos nullus extat locus iuri accrescendi, dummodo diuisio fiat pro regionibus, & cuilibet portio sua tantù m adiudicetur, vt asseruerunt Gabr.d.cons.num.2.& 7. Aufre.d.loco, Corbulo id sentiēs de causa priua.ob al ena.limit.7.nu.6. Sola in com.ducæ.subau. tit. de iure emphy.glo.1.num.24.in fine pag. 32. Quandoquidem vnusquisque eorum habet eius partem ex suo primæuo contractu, & in ea à principio fuit à domino approbatus, & susceptus, ac etiam dominus
12 quemlibet eorum habet obligatum ad ius canonis actione personali, † Subampliatur secundò si integra emphyteusis hæreditaria vni filiorum, vel cohæredum applicetur quàm sit sua portio, quia nec minus Laudimiū soluere tenetur eam acquirens, cùm quilibet eorum pariter sit insolidum obligatus, ita Ruin.cons.15.num.6. & cons.168.num.15.& 16.vol.1. Ruin.Iun.in d.num.55. Cepha.cons.195.nu.25.lib.2.& latius in cons.199.
13 num.42.& 43. vol. 5. † Sed contrarium putamus esse tenendum quòd nihilominus in casu quando vni totæ emphyteusis tribuitur debetur Laudimium pro partibus cohæredum noviter acquisitis, nec; in casu huiusmodi

iusmodi dicitur alienatio dependens ex causa necessaria, sed voluntaria, vt tradunt Papien. in sua pract. de forma libelli pro hærede vel re singu. diuid. vers. vnam domum num.4. Ias.in d.l.fin.num.114.vers. intellige, nonnullos cumulat Tiraque. de retra. lignag.§.1.glo.14. num. 77. Aym. Public. in Cons. Aluern. tit.16.art.6.num.4. in fine, Bertra. cons. 310. par.2. Zucca.in rep.l.fin.num.38.Co.de edi.diui adri.toll.Prosper.Pasct. cons.2.num.8. & 9. Guid. Pap.cons.46. Bursat. cons. 137. num. & cons.181.num.9.vol. 2. Tholosa. dec. 75. communem refert Lamberte. in tract. de contra. super stat. prohib. mul. contrahe. sine certa sollem. glo.1.vers. in alienationibus num.26.27.& 32. Redo.de reb. ecclef. non alienan.quæst.11. vers. ista autem num. 26. pag. 386. testatur hanc esse crebriorem opin. Cepha. sibi contrarius in cons.195.nu.26.vol.2. Solso. in simili tract. cellu. 1.num.30. & 31. & cellu.7.num. 23. vbi hoc declarat non procedere quando frater, & cohæres remittit gratis, seu pro certa pecunia quę tam sibi contingentem in hæreditate paterna in qua non se immiscuit, sed eam adiuit ille cui sit renuntiatio, quia tunc non viget mutatio emphyteutæ nec obstant memorati adducti pro contraria parte, nam eorum opinio substinetur quò ad solutionem canonis, & tanto magis quòd Cephalus est sibi contrarius, & in hanc nostram opinionem magis
14 inclinant Doctores. Præterea † ampliatur principalis regula in diuisione rei emphyteuticæ nouæ pluribus in solidū pro in diuisa concesse, sic quando est locus iuri accrescendi tali enim casu tam si procederet diuisio ęqualiter pro eorum portionibus, quàm si integrè vni consocio assignetur non soluitur Laudinium, quia potius tunc inter eos diuisio dicitur quædam renuntiatio, quàm alienatio, cùm in contractu iam sit compræhensus, ita ex mente Crot. Alex. & Ripæ determinant Gab. d.cons.84.num.5. & 6. Ruin.d.cons. 159. num.5.cum seq. & in d. cons.168.num. 15. 16. & 17. Rimin. Iun.cons.1.num.55.lib. 1. Marsil.sing.28.Brun. cons. 44. in fine Bursa.cons.137.num.6.vol.2. Amed.in d.quæst.25. vers.quam conclusionem, Iaco.Machel.patroc.23.nu.4.Carroc.in tract.loca.& condu.
15 tit.de iure emphyt.quæst.6.in nou.impræss. † Quarto ampliatur pincipalis regula militare, quando emphyteusis est adeò indiuidua vt nullifariam possit commodam capere diuisionem, & consequenter necessariò vni coëmphyteutæ sit adiudicanda, quandoquidem ille qui ex licitatione reliquam partem coëmphyteutæ acquirit, non tenetur ex ea parte ad solutionem Laudimii, ita iudicatum fuisse fatetur. Rebuff. in tract. de præco. & licit.art.3.glo.vni.num.3. Cassan.cons. 144.lib.1. Sola in d. num.24. Solso. in simili tract. cellu.1.num.31. hoc etiam limitans, nisi admittatur extraneus licitator, quia tunc ipse Laudimii onere grauatur, nam cohæredes non habuerunt animum diuidendi inter eos Amed.à Ponte in tract.de

16 Laudem.quæſt.26.in fine † Quam proximam ampliationem procedere
arbitramur etiam ſi ad licitationem minimè deuentum ſit, eo quòd præ-
ſuppoſito quòd emphyteuſis commodè diuidi nequeat, (& ſic de neceſ-
ſitate deueniendum ſit ad licitationem, & ad adiudicationem) licèt res vo-
luntate, & conuentione coëmphyteutarum ſecernatur, potius id ex ne-
ceſsitate fieri videtur quàm ſpõte, per ea quę conſuluit Caſtren.conſ.144.
lib.1. quem in hiis terminis ſequitur Boer. in Conſ. Biturig. tit. des cou-
ſtumes des ſiecz.§.7.col.3.in princ. Secùs autem ſi emphyteuſis commo-
dam poteſt recipere diuiſionem, quia tunc Laudimium debetur, Bertran.
conſ.78.num.4.par.1.conſ.310. in fine par.2.& conſ. 173.in fine par.3.
17 in 1.impræſſ. † Rurſus ampliatur regula principalis quando vnus ex fra-
tribus ſeu coëmphyteutis prouocat ad diuiſionẽ eius frates ſeu coëmphy-
teutas, iudicis officium implorando vt fiat diuiſio, & cuilibet res hæredi-
taria aſsignetur, iudexq; vni ipſorum integram emphyteuſim adiudi-
cat, quia tunc talis diuiſio ſeu translatio procedens ex coactione iudiciali
dicitur neceſſaria, & conſequenter non debetur Laudimium, ita Aym.
Public. in Conſ. Aluern. tit.16.art.6.num.5. Alex.conſ.7.num.5.vol.5.
18 Parpa. in addit. ad Iaſo. in l.fin.num.47. Co. de iure emphyt. † Limita-
tur tamen noſtra principalis regula nõ procedere in diuiſione comitatus,
Baroniæ, & feudi diuiſionis cauſa alienatos in filios, vel in alios diuidenti
ab inteſtato ſucceſſuros, adepta tamen poſſeſsione, quia tunc ius releuii
Curiæ debetur, etiam non expectata morte ipſius diuidentis, vt ſtatuit
19 Rex Federi. in Cap. Regni 110. tit. de iure releuii.† Quod ſublimitatur
niſi feudum fuiſſet conceſſum, & inueſtitum ſimpliciter ad francum allo-
dium, quia tunc in illius alienatione nullum ius releuii debetur, vt ſancitũ
fuit per Regem Ioan. in Cap. Regni 67. tit. quòd pro alien.feud. non ſo-
lu. Limitatur ſecundo noſtra principalis regula ſi emphyteuſis fuiſſet con-
20 ceſſa pro regionibus † à principio, & diuiſionis titulo vni coëmphyteutę in-
tegrè aſsignaretur, quia cùm inter eos nullus ſit locus iuri accreſcendi, nec
vi contractus ei contingi valeat, videtur quòd alter alteri partem ſuam con
cedendo, vti extraneo concedere videtur, quia pro ea parte dominus eum
numquàm recognouerit & conſequenter pro dicta dimidia eſt ſoluendũ
Laudimium ſecundum Gab.d.conſ.48.num. 2. 4. 5. & 9. cum ſeq. & in
hac facti ſpecie procedere arbitror ſententiam Proſpe. Paſet. con.2.nu.9.
Amed.in d.quæſt.25. verſ. limitatur tamen, Guid.Pap.dec.46. Nec ad-
21 uerſatur † quòd iſthæc alienatio obueniens intuitu diuiſionis dicatur ne-
ceſſaria, quandoquidem neceſſaria non appellatur vt hoc, vel illo modo
fiat diuiſio, poteſt enim à communione diſcedi ſi pro regionibus fiat diui-
ſio, & cuilibet portio ſua tribuatur, quarè cùm neceſsitas non vrgeat vt
vni integra emphyteuſis adiudicetur, ſequitur meritò quòd cùm vni tota

res

res assignatur, voluntariè id potius fit, quàm necessariò, & consequenter Laudimii solutioni locum esse iudicamus, iuxta verissimam traditionem Gab. in d. cons. 84. num. 15. Amede. d. quæst. vers. quòd si totum & faciunt Capell. Tholo. dec. 75. in princ. Bertran. cons. 173. in fine par. 3.
22 Tertiò limitatur † quando aliter suadet consuetudo vt ex diuisione emphyteusis soluatur ius Laudimii, quia tunc ei parendum est, secundum Sylue. in sua summa §. emphyteusis num. 28. in fine lib. 1. Bertra. cons. 78. nu. 4.
23 circa finem par. 1. in 2. impress. Quarto limitatur † quando ex pecunia paterna seu hæreditaria fuisset empta emphyteusis, & exinde facta diuisione omnium bonorum hæreditariorum tota emphyteusis vni ex fratibus obueniret, cæteris verò fratibus alia bona mobilia, vel pecuniæ, quia tunc pro parte contingente cæteris fratibus debetur Laudimium, cùm isthæc diuisio vim dationis in solutum habeat, vt in indiuiduo cõsueuerunt Guid. Pap. cons. 46. par. 1. Cephal. cons. 195. num. 28. in fine vol. 2. Bursat. con. 181. num. 19. vol. 2. Prospe. Paset. cons. 3. num. 8. Solso. in d. cellu. nu. 26. vers. secundo casu. Neque præmissis suffragatur quòd diuisio fieri permittitur inscio domino, vt latè per Corbul. de causa priuat. ob aliena. limit. 7.
24 num. 6. † quia isto in casu Laudimium soluitur ratione recognitionis domino faciendæ, vt per Corbul. ibi & Bursat. con. 181. num. 19. Gabr. d.
25 cons. 84. † Sed si facta diuisione diuidentes vellent redire in communionem, an hoc liceat nullo soluto iure Laudimii, dic quòd non, cùm idem iuris sit in renouatione societatis quod fuit in diuisione ita Sola. in d. glosa num. 26. pag. 32.

INSPECTIO XLI.

Immissus in possessionem emphyteusis vi primi decreti, an soluat Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ex translatione emphyteusis vigore primi decreti, & num. 5.*
2 *Immissio possessionis ex primo decreto, non transfert dominium, neque possessionem in possidentem.*
3 *Immisso in possessionem ex primo decreto, quare fiat.*
4 *Reus comparens cum refectione expensarum, reuocat immissionem possessionis ex primo decreto factæ.*
6 *Immissus pro executione instrumenti an dicatur possessor.*

PVLCHRA

1 PVLCHRA est indagatio † nunquid immissus vigore primi decreti in possessionem rei emphyteuticæ ob contumaciam conuenti teneatur soluere Laudimium, & respondimus quòd non, siue agatur actione reali siue personali, Quò ad actionem realem probatur ex Bertra. con. 3.
2 num. 2. par. 2. in primi impræss. ea infallibili ratione † quia per huiusmodi immissionem nullum transfertur dominium, nec titulus causatiuus præscriptionis saltèm minori spatio xxx. annorum, & ante annum talis immissus dicitur regulariter reuocabilis possessor, secundum communem opinionem quam sequuntur Ias. in l. possideri §. genera num. 20. D. de acquir. possess. Mache. patro. 41. num. 11. Mago. dec. lucce. 97. num. 7. & 29. Corsett. lib. 1. quæst. foren. quæst. 4. Cepha. con. 550. num. 3. vol. 4. Villalob. in suis com. opin. sub litera L. num. 106. cum seq. & in litera P. num. 168. Meno. in tract. de retin. posse. remed. 3. num. 206. & 221. Io. Bapt. Boni. in tract. de stat. vrb. præscrip. glo. 20. num. 18. Massa in tract. ad form. cam. oblig. in quæst. post process. incid. pag. 167. num. 25. Negusa. in tract. de pigno. par. 3. mem. 2. num. 6. vers. sexto vbi tenet dictam communem Legistarum esse tenendam non autem Canonistarum tenentium talem immissum ante annum esse merũ detemptatorem, at lex fin. Co. de iure emphyt. disponit Laudimium deberi quando penitus dominium, & possessio rei emphyteuticæ perpetuò, & irreuocabiliter alie-
3 natur, meritò Laudimii, solutioni locus non est, † Quæ possessionis immissio fieri solet cùm timet Prætor ne rixa magna, vel scandalum aliquod
4 inde oriatur, inter collitigantes, vt meminit Meno. d. reme. num. 200. † Et quòd conuentus ipse contra quem est facta immissio, valeat reuocare talem immissionem comparens cum refectione expensarum, & cautione de iuditio sisti, est tex. in authe. ei qui, & ibi vnauoce Iuris Interpretes Co.
5 de bon. autho. iud. possid. † Quo verò ad actionem personalem, quòd nec minus sit soluendum ius Laudimii, ea potissima ratione corroboratur, quia talis immissus numquàm efficitur possessor, sed dumtaxat merus detemptator, & custos rei, etiam si pro executione rei iudicatæ fiat immissio, vt post Negusa. voluerunt Massa in præcit. loco Cumia in Cap. 90. Ritus num. 22. 24. & seq. vbi testatur hanc esse magis communem opi-
6 nionem Marche. d. pat. num. 4. licèt † si esset immissus pro executione instrumenti continentis hypothecam in bonis debitoris efficiatur possessor, vt per Mass. & Cum. vbi supra.

INSPECTIO XLII.

Emphyteutario tacitè consentienti alienationi emphyteusis, an debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur, si dominus non acceptauit nouum emphyteutam infra bimestre post factam alienationem.*
2 *Dominus inuestiens nouum emphyteutam elapso primo bimestre, consequitur Laudimium, & num. 8.*
3 *Laudimium an perdat dominus inuestiens nouum emphyteutam nullo petito Laudimio, & num. 4. 5. 6. & 7.*
9 *Dominus an possit moram purgare si elapso secundo bimestre, vult inuestire nouum emphyteutam.*
10 *Dominus an valeat moram purgare, & vti iure prælationis si est elapsum primum bimestre in quo nil respondit.*

1 RETENTA illa iuris sententia, quòd † emphyteuta legitimè requirens dominum directum num velit emere ius emphyteuticum, elapso bimestre, & nullo dato responso per dominum, vtique posit impunè citra domini consensum vendere, ac etiam elapso alio bimestre, si nulla subsistente causa contraditionis neglexerit nouum emphyteutam de emphyteusi inuestire, ac eum in possessionem illius inducere, (& consequenter ob licentiam datam à lege ipse nouus emphyteuta fuisset à veteri emphyteuta immissus in possessionem emphyteusis) vt elicitur ex l. fin. Co. de iure emphyt. in vers. (*sin autem duorum*) & in alio vers. (*sin autem nouum*) vtrum dominus ob eius tacitum consensum, seu negligentiam penam amissionis Laudimii patiatur, & concludimus quòd sic quia perinde habetur ac si consensisset, & tacitè approbasset emphyteuta, vt formaliter docet Ias. in d. l. fin. num. 51. not. 16. quem sequuntur Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem num 21. pag. 36. Amede. in simili tract. quæst. 16. circa medium & quæst. seque. in princ. Pet. Iaco. in forma libelli pro re emphy. vers. item emphyteuta mouetur ipse Ias. hoc reputans verissimum, quoniam Laudimium soluitur propter receptionem, & nouam inuestituram quam facit dominus nouo emphy-
2 teutæ, vnde dicta causa cessante cessare habet Laudimii solutio. † Secus autem est si dominus re integra (idest ante translationem possessionis) approbat alienationem, & immictit in possessionem emphyteusis nouum

emphyteutam etiam elapso primo bimestre, quia tunc licèt ipsa venditio sit valida ob lapsum dicti bimestris sine consensu domini, tamen debetur Laudimium ratione approbationis nouæ inuestituræ, ac immissionis in possessionem factę infra aliud bimestre, ita concordant Ias.in d.num.51. in fine Pet. Iaco. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col.6.Gab.cons.84. num.12.lib.1. Amed. à Ponte in tract. de Laude. quæst. 17. Bursa. cõs.
3 137.num.23.28.32. & 33. vol. 2. † Nec immisso nouo emphyteuta in possessione emphyteusis non petito tunc iure Laudimii, amplius illud peti nequit, quandoquidem consensus domini vendicat sibi locum quò ad expressa, & sic ad facultatem alienandi, non autem ad tacita, & sic ad remissionem Laudimii, aliàs sequeretur absurdum vt dominus intelligeretur etiam sibi præiuditium generasse ne dum in Laudimio, sed etiam in pensione, & directo dominio vt ore Bursat. loquar in d. cons. num. 24. cum seq. Caualc. dec.33.num.26.par.1. Amed.in d.tract. quæst. 14. in
4 fine † maximè si in alienatione accesit clausula saluo, & reseruato iure domini, qua mediante expeditissimum est tali casu domino competere ius Laudimii ex Alciat.cons.343.num.4. & ad latè collecta per Burs. d.cons.
5 13 † Item ius retentionis, & ius Laudimii à pari procedunt quò ad domi-
6 norum voluntatem, vt probat Cels. Hugo.cons.60.num. 23. in fine † at numquàm dominus iuri retentionis seu prælationis in emphyteusi præiudicat nisi expræssim dicatur, meritò nec iuri Laudimii, nisi pacto conueniatur derogatum censebitur, secundum Bursat. d. cons. num. 17. cum
7 seq. † Rursus Laudimium vt exactè ostendimus in pri. par. Inspect. 5. num. 13. debetur ex natura contractus, vnde sequitur quòd per simplicem consensum non præsumitur dominum velle se præiudicare in iure Laudimii, ita Bursa. d. cons. num. 20. & 42. in fine; Præterea confir-
8 mantur præmissa quia † licèt emphyteusis posit citra domini consensum distrahi, tamen Laudimium debetur isto in casu ob alienationis laudationem, ac immissionem quam facit dominus nouo emphyteutæ, non autem propter contractus alienationis validitatem, vt consuluerunt Bursat. d. cons.num.1.2.& 12. Gab.d.cons.84.num.11.& 12. Cels. Hugo cons. 60.num.24. Hypp.Rimi.cons.1.num. 70. Alciat. cons. 688. num. 8. & tetigi in hac eadem parte Insp.1.num.16. & Inspe. seq. num.3. cum seq.
9 Sed illud omittendum displicet † quòd dominus non obstante lapsu secundi bimestris dati ad suscipiendum & in possessionem emphyteusis immittendum nouum emphyteutam, potest moram purgare re tamen integra, videlicet non dum nouo emphyteuta inducto in possessionem, ac de ea inuestito per primam emphyteutam alienantem, vt placuit Iaso. in d.
10 l. fin.num.52.Redo.in d.vers.num.22. Quemadmodum † moram potest purgare stante lapsu primi bimestris infra quod nullum dedit responsum

an velit emere, re etiam integra, scilicet emphyteusi non dum vendita; & sic cæteris præferri vt per Iaso. in d. l. fin. num. 25. & 52. Redo. d. vers. nu. 22. Corbul. de causa alienat. limit. 5. sub num. 2. Amed. in d. quæst. 17. circa medium Sosso. in simili tract. tit. de Laude. duplic. col. 9. vers. & redeundo. Ficlia. in 2. tho. comm. opin. nouissimè impræssarum pag. 110. in fine.

INSPECTIO XLIII.

Laudimium an debetur ex cessione litis motæ super emphyteusi.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur si actor cessit liti super recuperatione emphyteusis.*
2 *Cessio litis nullum transfert ius, sed tantùm actor ab agendo repellitur.*
3 *Emphyteuta si cedens liti, sequatur traditio rei an soluatur Laudimium.*
4 *Lis finitur per traditionem rei ob quam fuit tentata.*
5 *Litis cessio qualiter fiat.*
6 *Cessio litis an requirat causam.*

1 VTRVM actor † renuntians seu cedens liti, & instantiæ per eum motæ super recuperatione emphyteusis, siue in possessorio siue in petitorio dicatur alienare, taliter quòd ex ipsa cessione seu renunciatione quęsita emphyteutæ, debeatur domino Laudimium, breuiter concludi-
2 mus quòd non; quoniam ex † huiusmodi cessione nullum acquiritur ius ipsi emphyteutę conuento, nec aliquis titulus, & possessio super ipsa re, sed dumtaxat ipse actor à limine iudicii penitus repellitur, vt admonent Capic. dec. 155. nu. 9. Marin. Frecc. in lib. 2. feud. num. 47. & 48. pag. 113. Vnde sequitur quòd dispositio l. fin. Co. de iure emphyt. non habet locũ in dicto casu, cùm requirat translationem vtilis dominii emphyteusis in alienam personam vt locum habeat actio pro iure Laudimii, & aliud est emphyteusis, & aliud est lis mota super emphyteusi, l. postquam liti & ibi
3 Legum Latores Co. de pact. Sed si è conuerso ipse † emphyteuta conuentus cedat liti, & sequuta sit traditio rei emphyteuticæ litigiosę (cùm tunc
4 † dicatur lis finita secundum Bursi. cons. 362. num. 34. Lancello. in tract. de attenta. par. 2. cap. 4. de attent. lite pend. num. 253. pag. 67.) isto casu iuriticè soluitur Laudimium; quia tunc emphyteusis dicitur alienari, & consequenter locum habet dispositio l. fin. Co. de iure emphy. seu conuentio

nentio de Laudimium soluendo, si emphyteusis alienetur, dummodo litis cessio non fiat comprehensa sub inuestitura emphyteutica, quo casu Laudimium non debetur iuxta ea quæ dixi in princ. huius partis.
5 quidem † litis cessio vt finis litium imponatur fieri permittitur etiã absente aduersario, Glo. est not. in d. l. postquam liti: Gab. in tit. de confess. conc. 1. num. 33. Rota dec. 306. in nouis dummodo scribatur per actuarium, & à iudice causę acceptetur alias non valet, Glo. in cap. quamuis de elect. in 6. sub vers. partibus Rot. dec. 309. in nouis Bertrau cons. 133. num. 2. par. 2. in 1. impress. Cepha. con. 384. num. 57. cum seq. Rolan. con. 19. num. 20. vol. 1. quicquid teneat Lancello. in d. tit. num. 251.
6 & seq. † Nec litis cessio causam requirit, nisi fiat ab aliquo administratore, vt assentit Seba. Medic. in tract. de acquir. confer. & amit. rer. dom. 320. pag. 149.

INSPECTIO XLIIII.

Emphyteusi restituta ob fideicommissum, an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimiũ an debeatur si acquiratur emphyteusis à fideicõmissario, & n. 3.*
2 *Fideicommissarius dicitur hæres fundantis fideicommissum.*
4 *Fideicommissum potest constitui in contractibus inter viuos.*
5 *Fideicommissarius an teneatur ad Laudimium si illud fuit solutum per hæredem grauatum.*
6 *Fideicommissum si fuit remissum an debeatur Laudimium.*
7 *Fideicommissarius agens ad fideicõmissum quæ articulare teneatur relatiuè.*

1 SED non parum dubii est, num † adepta possessione emphyteusis per fideicommissarium euenientè casu fideicommissi, sit soluendum domino Laudimium, Cagnol. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & vendit. num. 237. in fine docet quòd non, cuius sententię accedunt Redo. de reb. eccles. non alien. quęst. 11. vers. ista autem num. 23. fol. 386. Cels. Hugo. con. 60. num. 25. Sola in com. ducat. sabau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 21. in fine pag. 32. Quod eatenus verum putamus, quatenus emphyteusis vigore fideicommissi quæratur personis aliàs successuris, & sub inuestitura emphyteutica comprehensis, vt vult Brun. cons. 44. nu. 11. vt putà si dicto titulo fideicommissi acquiratur ... emphy- 2

teusis

teusis de patre in filium, nepotem, aut alium descendentem per rectam lineam, vel è contra ex Solso. in simili tract. quęst. 1. princ. num. 2. vbi subdit rationem quia inter eos non fit alienatio sed dominii continuatio, vel si emphyteusis esset concessa pro se, & hęredibus suis quibuscunque,
2 quia tunc nec minus † fideicommissarius Laudimium soluere tenetur, cùm primi testatoris hęres esse dicatur, cui fuit res concessa, non autem hęredis grauati, ita Castrens. cons. 64. num. 1. vol. 2. Crass. in §. successio
3 quęst. 9. num. 17. Celsus Hugo cons. 49. vers. 15. & cons. 60. num. 27. † Secùs autem est si emphyteusis vi fideicommissi sit deuoluta extraneis personis, quia tunc Laudimium soluere tenentur, ratione nouę inuestiturę, ac immissionis in possessionem ipsius rei, maximè consuetudine in hoc nihil contradicente, secundum eundem Brun. vbi supra, & isto in casu puto procedere opinionem Solso. in simili tract. quęst. 1. princ. nu. 1. qui
4 simpliciter dixit quòd sic; Item præmissa procedere arbitramur esto † quòd fideicommissum sit constitutum in contractibus inter viuos (vt fieri potest, ad latè collecta per Meno. cons. 85. num. 28. cum seq. lib. 1. Marza. in
5 tract. de fideicom. par. 2. quęst. 2. † Sed quid si hæres soluit Laudimium, an fideicommissarius in restitutione fideicommissi, aliam solutionem Laudimii facere debeat, dic quòd non; cùm per fideicommissum succedatur testatori, & non hęredi grauato, (vt dixi) ita Sola in dicta glo. 1. num. 21. vbi etiam alias subdit rationes, Aduertendum tamen est Laudimium deberi in casu debito ad ratã eius quòd superest detracto ære alieno ex Sola
6 ibi num. 22. † Notandum pariter est, quòd fidei commissarius donans, siue remittens fideicommissum in sui fauorem appositum, non est locus solutioni Laudimii, quia remissio ipsa nullatenus dicitur alienatio, sed solùm declaratio non acquirendi fidei commissum. ita Solso. in d. tract.
7 cellu. 7. nu. 23. Quę † autem sint articulanda, & probanda per fideicommissariũ agentem ad fideicõmissum, habes ex Rolan. con. 46. lib. 3. Bursa. cõs. 64. Marz. in d. tra. q. 60. Meno. in tra. de pręsu. pręs. 182. lib. 4. Mascar. de probat. concl. 777. cũ seq. vol. 2. & con. 1344. vol. 3. Pãciro. con. 109.

INSPECTIO XLV.

Ex adiudicatione emphyteusis an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Creditor an possit agere contra bona emphyteutica debitoris.*

Laudimium

2 *Laudimium an debetur si emphyteusis ad iudicetur creditori & nu. 4. & 8.*
3 *Decima an debetur ex datione insolutum iudiciali.*
5 *Ad iudicatio quæ sit vigore primi & secundi decreti dicitur addictio.*
6 *Consensus domini non exigitur in alienatione emphyteusis necessaria.*
7 *Laudimium non soluitur vbi cessat consensus domini, & num. 10.*
9 *Ad iudicatio vi primi, & secundi decreti quando dicitur perfecta.*
11 *Laudimium an debetur si emphyteusis ad iudicetur extraneo tanqàm plus offerenti.*
12 *Lex 2. Co. de recin. vend. habet locum in venditione facta ad publicum incantum.*
13 *Laudimiũ an debetur si emphyteta redimat adiudicatã infra qua trimestre*
14 *Laudimium an soluatur ex prorogatione quatrimestri ad redimendum.*

POLLICITVM fuit in 3. Inspe. huius partis num. 11. isto in loco pertractare num ex adiudicatione rei emphyteuticæ facta creditori, hypothecario, vel extraneo debeatur Laudimium (adiudicare enim est per iudicem dominum dare Anna alleg. 104. num. 1. & 2.) Et presuppo
1 sito quòd † creditor possit agere ad emphyteusim eius debitoris etiam ab Ecclesia acceptam cum clausula transitoria in extraneos cum omne commodum proueniens ex vtili dominio sit transmissibile in creditorem, vt probarunt Mandell. cons. 28. num. 5. cum seq. Meno. de arbit. in d. lib.
2 2. cen. 2. casu 180. num. 15. Bursa. cons. 56. num. 3. dicimus † quòd si emphyteusis iudicialiter vigore primi, & secundi decreti præcedentibus legitimis sub hastationibus ad iudicatur creditoris habenti eam hypotecatam, secundum aliquos debetur Laudimium, ratione nouæ inuestituræ, cùm ea ad iudicatio voluntariè non autem necessariò procedat, nam quòd sit à iudice emphyteusim obligatam ad iudicante creditori censetur fieri ab ipso debitore qui sponte debitum creauit nec ipse iudex per talem alienationem censetur iuribus domini directi derogare ita Tiraquel. de ratra. lignag. §. 1. glo. 14. num. 13. & 14. Cephal. cons. 255. num. 6. Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. ista autem num. 24. in fine Bursat. cons. 144. num. 31. vol. 2. & cons. 171. num. 52. Vinc. de Franc. dec. 277. par. 2. vbi fatetur ita semper iudicasse Amed. à Ponte in simili tract. de Laudi. quæst. 27. vbi etiam ait ita esse iudicatum per Senatum idemque sentit Solso. in simili. tract. tit. de Laude. dupl. col. 11. vers. præterea. Bal. cons. 306. par. 1. & iuxta hanc opin. fatetur bis fuisse decisum per Senatum Pedemontanum Tesau. dec. 139. subdens rationem, quia aliàs aperiretur via fraudibus. dum homines, vt euitarent Laudimii solutionem, fingerent se debitores, & permitterentur ad iudicari eorum bona, & sic fraudarentur domini directi in iure suo, idem docet Alex. in l.

si finita

3 si tinita §. si venctigalibus num. 17. D. de dam in fe. † Et in decima fisco solvenda ex ad iudicatione feudi exactissimè scripsit Io Ant. Cannet. in Cap. volentes vers. sed maior num. 9. vsque ad finem pag. 194. cui addo idem tenere ex Blasco Lanza Guin. in Cap. si aliquem vers. antiquis num. 237. vers. & idem † Aliqui enim totum oppositum voluerunt, quòd im-
4 mo nullum ius Laudimii solvendum ex ad iudicatione emphyteusis nempe Ioan. Sauyſ. in Consi. Turon. tit. de rachaptz. art. 18. vers. & hoc verum, Rolan. cons. 21. num. 16. cum seq. vol. 1. Barsat. sibi contrarius in cons. 137. num. 10. vol. 2. Rebuffus in tract. de præcon. & licit. art. 78. num. 3. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impræssarum pag. 112. vers. num quid autem ea ratione freti, quandoquidem ist hæc ad iudicatio, seu pignoris addictio dicitur ex necessaria causa dependere, scilicet ey authoritate, & coactione iudiciaria. quæ ratio confirmatur per Afflict. dec. 191. num. 1. cum seq. & ibi Vrsill. num. 1. qui non nullos adducit, Capic. dec. 99. num. 3. & 9. Boer. in Consi. Biturig. tit. de ratraictz §. 3 glo. 1. col. 2. circa finem Craueꝯt. cons. 6. num. 91. Ias. in l. fin. num. 113. Co. de iure emphyt. Curt. in tract. de feud. par. 4. in vlti. cau. priua
5 reg. 1. quæst. 12. † Item facit quia ist hæc ad iudicatio non dicitur propriè datio in solutum, secundum Simoncell. in tract. de decret. in præfat. num. 105. vers. altera verò, sed propriè dicitur addictio pignoris Cannet in d. vers. sed maior num. 1. fol. 193. & ex Rimin. Asin. de exec. §.
6 4. cap. 1. num. 5. Præterea † in huiusmodi adiudicatione, seu necessaria alienatione quæ redditur in inuitum, non exigitur domini consensus, si ea fiat per iudicem saluo iure domini directi ita Ficha. in 2. tho. com. opi. nouissimè impræssarum pag. 110. ver. res emphteutica Rolan. cons. 51. num. 17. vol. 1. Corbul. de causa priua. ob alien. lim. 19. in princ. Alciat. cons. 343. num. 3. Grat. cons. 333. num. 9. & seq. vol. 1. vbi fatetur hanc esse communem opinionem Redo. in d. tract. tit. de caduc. ob rei aliena. vers. emphyteuta quoque num. 32. pag. 520. Asin. in tract. de
7 execu. cap. 249. num. 2. pag. 231. si sic, † ius Laudimii debetur ratione consensus domini, vt probauimus in hac eadem parte Inspe. 5. num. 1. valida ergo videtur consequentia quòd cessante dicto consensu omnino cesset eius effectus, idest Laudimii exactio, vt placuit Bruno cons. 44. in fine quæ ratio suaderi uidetur ex Cap. Regni Regis Ioan. 79. circa finem tit. de solut. decimæ non facie Nos autem huic controuersiæ consulentes
8 sic distingiuendũ duximus † quòd aut emphyteuta debitor posſidet bona allodialia sufficientia ad soluendum eius debita, & per creditores proceditur ad adiudicationem rei emphyteuticæ, & tunc procedit prima opinio affirmatiua quòd Laudimium debeatur, quia si debitor vellet soluere posset vendere bona allodialia, & satisfacere eius creditoribus & nõ expectare

ve-

vt venditio illorum fiat iussu iudicis, vt ore Aym. Publicii loquar in cons. Aluern. tit. 16. art. 6. num. 5. & art. 8. & 16. num. 2. idem asseuerat Amed.
9 in d. quæst. ex Grato con. 133. vol. 1. Quòd sanè intelligimus † subsequuta adeptione possessionis ipsius emphyteusis, cùm tunc ipsa adiudicatio dicatur perfecta, & causat dominium in creditorem Ancha. cons. 353. num. 3. & est Glo. not. in §. fin. instit. de offic. iud. quam sequuntur Paris. cons. 42. num. 3. vol. 1. Alex. cons. 1. nu. 6. vol. 5. Sim. de pretis cons. 132. num. 25. & 47. Cum. in Cap. 91. Ritus num. 2. Bart. Dec. & cæteri in l. traditionibus Co. de pactis; Aut emphyteuta non habet bona allodialia sufficientia ad satisfactionem creditorum, sed tantùm emphyteutica, & tunc locum habet secunda opinio negatiua vt ex tali adiudicatione non soluatur Laudimium, & in isto tantùm casu adiudicatio dicitur alienatio necessaria, cùm in subsidium non existentibus aliis bonis fuit deuentum ad adiudicationem bonorum emphyteuticorum, Alex. in d. §. si de vectigalibus nu. 18. vbi Bart. num. 5. Grat. cons. 133. num. 12. vol. 1. Cor-
10 bul. in d. limit. 19. num. 6. idem sentit Tessau. dec. 139. num. 3. † Non obstat dicere quòd non requiritur consensus domini in tali adiudicatione, quoniam licèt ea permittatur fieri inconsulto domino id tamen intelligitur quò ad effectum ne locus sit commissio, secùs quò ad ius Laudimii soluendum ita Ame. à Ponte in simili tract. quæst. 27. vers. idcirco Tiraque. de retra. ligna. §. 1. glo. 14. num. 14. & ex Salic. Bal. & Alexand. expendit
11 Corbul. in d. limit. num. 2. Quò ad alium casum † quando emphyteusis à iudice seruatis seruandis adiudicatur, seu liberatur ad discursum extraneo tanquàm vltimo emptori, & plus offerenti, & tunc indubitantèr dicimus Laudimium esse soluendum, quia huiusmodi adiudicatio, non datio insolutum necessaria dicitur, sed mera & propria venditio quandoquidem ipse emptor voluntariè deuenit, ad licitandum, vt in facti contingentia consultus respondit Bal. cons. 306. statuto cauetur col. 1. lib. 1. quem sequitur Tiraquell. de retra. sangui. §. 1. glo. 14. num. 18. & speciatim Tessaur. dec. 139. num. 1. Amed. in d. quæst. 27. vers. ex parte, vbi fatetur ita pariter per Senatum fore decisum Salso. in simili tract. cellu. 8. num. 39.
12 Hinc ex huiusmodi † venditione facta ad publicum incantũ cum decreto iudicis locum habet remedium rescisorium de quo lex. 2. Co. de rescin. vendi. secundum magis comm. opin. relatam per Turzan. in suis comm. opin. num. 152. Vrsill. ad Affli. dec. 340. in princ. Mozz. in tract. de contract. rub. de empt. & vendit. num. 17. à Valle con. 59. num. 34. vol. 1, Craue. con. 29. num. 4. Gab. in tit. de empt. & vendit. conc. 1. num. 60. cum seq. Suarez in suo thesa. recept. sent. sub litera L. num. 148. Silua.
13 cons. 26. num. 14. Aym. Public. in d. tit. 16. art. 8. num. 3. † Sed iuxta premissa quero an emphyteuta debitor cui emphyteusis vigore adiudica-
Y tionis

tionis fuit ablata, infra quatrimeſtre tempus iuxta Càp. Ritus 17. redimens illam à poſſe condam creditoris offerendo effectiuè debitum, & expenſas, num ex iſta retranslatione dominii, & poſſeſsionis ipſius rei, teneatur ſoluere Laudimium, & concludimus quòd non, vt colligimus ex Marc. dec. 185. quæ duplicata legitur in dec. 647. & facit Hiero. à Laure. dec. auenio. 134. in princ. Item dicta recuperatio tanquàm proueniens ex facie ipſius adiudicationis, in qua fuit datum, & conceſſum dictum quatrimeſtre dicitur potius executio illius quàm noua acquiſitio, iuxta ea quæ dicam in hac eadem parte Inſpe. 50. num. 5. Sed in dubium reuoca-
14 tur † quid ſi pendente dicto quatrimeſtre creditor illud prorogauerit ad aliud maius tempus, num debetur iſto in caſu Laudimium, & dicimus quòd non; vt in terminis voluit Marc. dec. prædicta, quia quando prorogatio eſt facta infra terminum tunc dicitur idem terminus, & ſub eiſdem qualitatibus, neque interuenit noua traditio, ſeu poſſeſsionis adeptio, licèt tutius eſſet (vt aduertit ipſe Marc.) quòd in tali prorogatione interueniat domini conſenſus, aut ſaltem ſi nolit conſetire, vt interponatur in tali prorogatione authoritas Curiæ, & idem iuris eſſe cenſeo ſi prorogatio dicti termini obtineatur à Principe pro vt in dies ſeruari videmus.

INSPECTIO XLVI.

Si ob lineam finitam proximiores obtineant confirmationem, emphyteuſis, an ſoluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ex confirmatione emphyteuſis, facta in proximiores ob lineam finitam, & num. 3.*
2 *Emphyteuſis vt confirmetur proximioribus ob lineã finitã qua requiratur*
4 *Emphyteuſis quando proximioribus, debet renouari.*
5 *Appellatio conceditur proximioribus ſi dominus denegat confirmationem emphyteuſis ei deuolutæ ob lineam finitam*
6 *Ampliatur in conductore ad lõgum tẽpus cui locator denegat conductionẽ.*

1 SED & illud quæri poteſt, num † emphyteuſi deuoluta ad dominum directum propter lineam ſeu generationem finitam, iuxta plenè
2 tradita per Corbul. de cauſa priuat. ob line. finit. † & proximiores emphyteutæ in cuius perſona fuit extincta generatio illiuſque heredes infra annũ à die ſcientiæ computandum, re integra, vt probatum relinquerunt Gab.

de iure

de iure empyt. conclus. 1. num. 27. 18. & 20. Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 43. Noni. cons. 3. num. 1. Rimin. Iun. cons. 44. num. 14. cum seq. & cons. 138. num. 2. & cons. 257. num. 18. cum seq. impetrassent
3 confirmationem dictæ emphyteusis in eorum personas, † huiusmodi con firmatione sit soluendum domino Laudimium, & breuiter concludimus quòd nō; quandoquidem talis confirmatio haud dubio dicitur noua concessio, seu inuestitura, cùm emphyteusis plenò iure rediit ad dominum directum, ex Purpura. cons. 556. num. 11. vol. 2. at quando res emphyteuticatur non soluitur ius Laudimii diximus in hac parte Inspe. 31. num. 1. & speciatim tradit Amed. in simi. tract. quæst. 12. vers. quinimo ergo
4 Laudimium non soluitur Fateor tamen † quod si dominus velit concedere emphyteusim ad se reuersam, debet potius eam concedere proximioribus illius in cuius persona fuit finita emphyteusis quàm alteri, vt voluit
5 Sim. de Præt. cons. 163. num. 54. & cons. 176. num. 4. † alias si eis dicta confirmatio denegetur, tanquàm iniuria affecti remedio appellationis fungi possunt coram Superiore officium illius implorando vt cogat dominum ad dictam confirmationem faciendam, secundum magis com. opin. quam expendunt Gab. d. conc. num. 1. & 2. Iul. Clar. in §. mphyteusis quæst. 43. vers. primo Nepita in cons. Cat. tit. 29. num. 60. Noni. in d. con. num. 3. Rimi. Iun. cons. 140. num. 17. relate Curt. Sen. cōs. 48. Vezinus in 2. tho. com. opi. nouissime impræssarum pag. 107. vers. emphyteusi Cepha. con. 147. num. 5. & 21. cū seq. vol. 1. Oradinus dec. 107. in princ. Mandos. cumulatissimè in add. ad Roma. cons. 22. sub
6 litera K. † Quemadmodum appellare poterit conductor ad longum tempus, si locator denegabit reconductionem eiusdem rei sub eisdem pactionibus oblatis à nouo conductore vt pariter cogatur locator illam facere ex Superioris præcepto, Tiraquell. de retract. lignag. in præfa. num. 41. Roma. cons. 22. num. 5. Gab. in d. conc. num. 28.

INSPECTIO XLVII.

An ex alienatione meticulosa debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimiū an debetur ex alienatione emphyteusis meticulosa, & n. 4. & 5.*
2 *Consensui nihil magis aduersatur quàm metus.*
3 *Testibus duobus affirmantibus metum magis creditur, quàm mille de spontanea voluntate.*

5 *Metus dans causam contractui non facit eum ipso iure nullum.*

6 *Metus qualiter probetur, per quem, & quando perdurare, vel purgatum dicatur, remissiuè.*

1 QVERO vtrum † alienatio rei emphyteuticæ per metum peracta, de iure subsistat, vt ex ea debeatur Laudimium, videtur negatiuè respondendum, ea iuris sententia quæ elicitur ex l. 1. D. de eò quòd met. causa vbi hæc formalia verba cauentur (*quòd enim metus causa gestum*
2 *erit, ratum non habebo*) vnde dixit Felin. cons. 50. num. 17. † Quòd nil
3 magis consensui aduersatur quàm metus, Hinc † magis creditor duobus testibus affirmantibus actum metum esse gestum, quàm tabellioni, vel mille testibus de libera voluntate attestantibus, Loffred. cons. 17. num. 14 Boer. dec. 100. Monticell. in reper. de testi. vers. de metu pag. 445. Grãma. dec. 103. num. 60. Dec. cons. 100. Alcia. cons. 162. num. 11. testatur hanc esse magis communem opinionem Masca. de prob. conc. 1053. nu. 1. & 4. Vinc. Anna alleg. 114. num. 5. ea potissima ratione quia testes deponentes super spontanea volũtate deponũt de actu mentali, & inuisibili qui soli DEO notus est, alii verò deponentes de metu attestãtur de minis tormentis, & similibus quæ sensu corporis percipiuntur secundum
4 Masca. in d. conc. num. 2. † Quæ eatenus in meritis nostri thematis procedere putamus, quatenus contractus ipse alienationis declaratus est nul-
5 lus metus † etenim dans causam contractui non reddit contractum ipso iure nullum, sed ministerio iudicis rescindendum, vt placuit Carroc. in tract. loca. & condu. sub tit. de locat. per met. facta num. 3. calde. cons. 1. Meno. de arbit. in d. lib. 2. cent. 2. casu 135. num. 1. & cent. 4. casu 395. num. 7. & cons. 2. num. 170. vnde iudicato pro nullo dicto contractu alienationis ex causa metus, quæ dicitur originem trahere è causa veteri, & ab initio inficiente contractum, procuidubio dicimus Laudimiũ minimè solui debere, iuxta ea quæ diximus in hac eadem parte Inspe. X. num. 2. secus autem si adhuc contractus ipse non est prò inualido declaratus, vel forte metus esset purgatus, quia tunc Laudimii ius puto soluen-
6 dum esse † Qualiter enim metus probetur, & per quem, sunt videndi Hercula. in tra. de negat. num. 27. Seba. Medi. in tract. de cas. fort. par. 1. quæst. 7. num. 5. cum seq. Pedem. dec. 172. Vinc. Anna sing. 341. Mõticell. in reper. de testi. vers. metus pag. 400. Bursat. cons. 330. nu. 65 vol. 3. Masca. in tract. de prob. conc. 1051. cum seq. & cons. 78. num. 13. & Menoch. de præsump. lib. 3. præsum. 126. vbi etiã habes quando, perdurare, vel purgari dicatur, & Serapy. de priuil. iura priuil. 29. Nepita in cons. Cat. de confus. bon. iuga. num. 291. cum seq.

INSPECTIO XLVIII.

Legata emphyteusi an soluatur Laudimium

SVMMARIVM.

1 *Legatum, alienationis verbo continetur.*
2 *Laudimium an soluatur ex legato emphyteusis, & num. 5. & 9.*
3 *Emphyteusis potest legari in requisito domino.*
4 *Prohibitus alienare, non prohibetur legare.*
6 *Legatarius debet recognosci à domino.*
7 *Legatarius dicitur particularis successor.*
8 *Laudimium soluendum est à particulari successore.*
10 *Doctori distinguenti magis ad hærendum est.*
11 *Consuetudo vt ex legato non soluatur Laudimium, seruanda est.*
12 *Laudimiũ debetur ex legato puro emphyteusis quę debebatur sub cõditione*
13 *Laudimium an sit soluendum duplicatũ, scilicet per hæredem, & legatariũ.*

1 QVIA † legatum alienationis verbo continetur, vt probant Redo. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. hæredem num. 1. pag. 21. Ozasc. dec. 85. num. 3. Molignа. in tract. de appella. verb. num. 30. dif-
2 ferendum est igitur an † emphyteusi legata valeat dominus consequi Laudimium, qua in re negatiuè videtur respondendum ob fauorem vltimæ voluntatis, vt assentiunt Guid. Pap. dec. 48. num. 2. Cagno. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & vendit. num. 237. in fine vers. nec debetur Add. ad Pet. Iaco. in litera A. in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. 12. pag.
3 12. † Sicuti per huiusmodi alienationem titulo legati facta irrequisito domino; emphyteusis caducitatis laqueo non implicitur, secundum Redo. d. vers. num. 2. Bursa. cons. 137. num. 29. vol. 2. testatur communem opinionem Alex. cons. 120. num. 5. vol. 2. Natta cons. 117. num. 4. Alciat. cons. 258. num. 4. Aret. cons. 35. num. 2. Clar. in §. emphyteusis quæst. 15. Corbul. de causa priua. ob aliena. limit. 14. Bellacomba in 2. tho. com. opin. nouissimè impræssarum pag. 111. vers. contrarium, id
4 declarans procedere dummodo fiat saluo iure domini, & citra fraudem. † Item prohibitus alienare siue à lege siue ab homine haud censetur prohibitus legare; est magis cõmunis opinio relata per Redoa. in d. rub. vers. similiter num. 20. esto quòd sit emphyteusis ecclesiastica, secundum magis communem opinionem de qua Imol. in l. vsusfructus num. 7. D. solut.
5 mat. Alex. cons. 17. col. pen. vol. 5. Curt. Iun. cons. 130. num. 8. †

Contra-

Contrariam sententiam quod ex legato debeatur Laudimium amplectuntur Ias. in l. fin. Co. de iure emphyt. num. 69. Hiero. à Lauren. dec. auenio. 183 num. 13. vers. sed aduerte Io. Sains. in Cons. Turone. tit. des rachaptz art. 15. col. 2. vers. deinceps Summa Sylue. §. emphyteusis num. 28. par. 1. Bursat. d. cons. num. 19. Socc. Iun. cons. 70. num. 28. lib. 3. Redo. d. tract. quæst. 11. vers. ista autem num. 13. pag. 385. Boer. in Cons. Biturig. tit. des coustumes des siecz. §. 18. col. 1. testatur hanc esse communem opinionem Villalo. in suis com. opin. vers. emphyteuta num. 73. Vinc. de Franc. dec. 201. num. 1. & 4. Bertra. cons. 78. num. 1. par. 1. sub impræss. 2. Solso. in simili tract. quæst. 1. princ. num. 1. Vezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impræssarum pag. 112. vers. secus autem, vbi hoc
6 firmat etiam in extraneo. Mouentur ea potissima ratione nam licèt † emphyteusis valeat legari inscio domino, tamen legatarius debet recognosci ab ipso domino, & inuestiri, ac immitti in possesionem emphyteusis, & consequenter ei Laudimium soluere, Quorum opinio suaderi
7 etiam potest eo axiomate, quia † legatarius particularis successor dicitur Iaso. in l. 1. num. 25. D. de leg. 1. & in con. 89. col. 3. vers. quinto vol.
8 3. & † Laudimium solui debere à particulari successore non ambigitur, Afflict. in lib. 2. feudo. tit. per quos fiat inuest. num. 52. vers. & primo num. 18. Bursat. d. cons. num. 47. in fine, merito videtur concludendũ
9 Laudimium esse soluendum † Bal. autem, & Salic. in d. l. fin. sub. 2. lect. distingunt, quod aut emphyteusis fuit concessa cum clausula pro se, hæredibus, & sucessoribus, & tunc legatarius non tenetur petere nouam iuestituram à domino, & per consequens ei Laudimium soluere, cum in prima ua inuestitura comprehensus legatur, Aut emphyteuta est inuestitus pro se, & heredibus tantum, & tunc subdistingunt quod aut emphyteusis est priuati, & tunc Laudimium soluendum est per legatarium, ex quo noua eget inuestitura, aut emphyteusis est Ecclesiæ, & tunc si est legata extraneo, debetur Laudimium si autem vni ex descendentibus, proximiori in gradu, & tunc secus, quia illud verbum hæredibus verificatur in descen-
10 dentibus quorum distinctioni accedere vereor, † quia Doctoribus distinguentibus magis credendum est Caualc. de vsufru. mul. relicto num. 2. Socc. Iun. cons. 121. num. 36. vol. 2. Grat. cons. 34. num. 8. vol. 2. Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 228. tum propter authoritatem Baldi, & Salic. tum etiam quia ita voluerunt Brun. cons. 44. nu. 11. & 13. Bertra. d. cons. 78. Amed. à Ponte in simili tract. quæst. 31. hanc esse receptiorem sententiam fatetur Sola in com. duc. subau. tit. de iure emphy. glo. 1. num. 17. idem sentit Solso. in tra. de Laudi. sub tit. de forma loca. ad long. temp. num. 5. & in prima quæst. princ. num. 2. & in cellu. 9. colu. fin. in princ. ibidem subdens non statim mortuo testa

tore

tore debedi Laudimium, & adita hæreditate, nisi demum adveniente legato,
quia remanet in mera legatarii libertate acceptare, vel non ipsum legatū,
11 Vnum non omictam † Quòd si in regione testatoris extat immemorabi-
lis consuetudo, ex legato emphyteusis nullum ius, Laudimii solui debere
ea seruanda est, vt tenent Boer. in d. §. 18. col. 2. vers. sed dicta Vinc. de
12 Franc. d. dec. num. 5 † Sed quid si legetur emphyteusis purè, quę prius
illi debebatur conditionaliter, an debeatur Laudimium, dic deberi solùm
pro eo commodo, quod capit ex ademptione diei, vel conditionis, vt vo
luit Sola in d. glo. num. 18. & faciunt quæ dixi in hac eadem par. insp. 16
13 in fine Vnum † nota quod si habens totam suam hæreditatem emphyteu-
ticæ conditioni subiectam, instituat heredem extraneum, & in eodem
testamento legat aliquam rem alicui extraneo, an hæres adiens hereditatē,
& tradens rē n legatam legatario debeantur duplicia Laudimia, vnum sci
licet per heredem, & alterum per legatarium, dic quod vnicum tantum
Laudimium soluendum est per legatarium, capta tamen emphyteusis le-
gatæ reali possessione, & non antea, secundum Solso. in simili tract.
cellu. 7. num. 42.

INSPECTIO XLIX.

Laudimium an debeatur ex alienatione emphyteusis, ob cessionem bonorum emphyteutæ.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum est alienatio.*
2 *Laudimium an soluatur si empyteusis quaritur creditoribus emphyteutæ ob cessionem bonorum.*
3 *Curator potest dari bonis debitoris cedentis eisdem.*

MEMOR Simoncc. in tract. de decret lib. 2. tit 6. insp. 15. num.
1 128. cum seq. vbi asseuerat † bonorum cessionem alienationis es
2 se speciem, enodandum duxi verum † emphyteuta debitis oppressus, de-
ueniens ad flebile, ac miserabile refugium cessionis bonorum, ex huius-
modi cessione sub sequuta adeptione possessionis teneantur creditores,
3 ipsius emphyteutæ soluere Laudimium † dum bona cessa in solutum reci
piant à curatore eisdem bonis dato, iuxta tradita per Bruni in tract. de
cessio. bon. 18. quest. princ. num. 9. cum seq. breuiter affirmatiuè res-
pondemus, siue spontè emphyteuta bonis cedat citra creditorum mole-

stiam, siue quando à creditoribus sit molestatus, & in carceribus detruditur, mouemur ex efficacissima ratione, quæ elicitur ex l. fin. Co. de iure emphyt. Laudimium esse soluendum quoties emphyteusis transfertur in alienas personas sub inuestitura emphyteutica haud nominatas, quæ verificatur in casu nostræ Inspectionis, vnde omnifariam concludendum est illud deberi ratione nouæ inuestituræ, ac immissionis in possessionem, quam tenetur facere regulariter, dominus ipsis creditoribus. Quæ conclusio fortius procedit, quando creditores in bonis allodialibus poterant consequi eorum debita.

INSPECTIO L.

Vendita emphyteusi cum pacto de reuendendo an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ex venditione emphyteusis cum pacto de retrouendendo, pendente termino reemendi.*
2 *Venditio cum pacto reuendendi dicitur perfecta.*
3 *Pactum de retrouendendo quomodo probetur, remissiuè.*
4 *Laudimium an soluatur ex reuenditione facta vigore pacti de retrouendendo, & num. 7,*
5 *Reuenditio quæ fit vigore pacti de reuendendo dicitur executio primæ venditionis, hæc ex ea noua iura insurgunt.*
6 *Decima non debetur ex reuenditione feudi venditi cum pacto de retrouendendo, & num. 11.*
8 *Consensus domini requiritur in reuenditione facta vi pacti de reuendendo adiecti ex post facto.*
9 *Laudimium an debetur si terminus pacti de reuendendo fuit prorogatus.*
10 *Consensus domini requiritur si reuenditio fiat in termino prorogato.*
12 *Laudimium debetur ex pretio aucto ob partium conuentionem, si antea emphyteusis fuit vendita cum pacto reuendendi.*
13 *Ius petendi Laudimium an sit extinctum, si dominus vendidit emptori aliud prædiũ dominãs emphyteusi, & illud redimet vigore pacti de reuendendo.*

SED vnum hoc in loco nõ prætermiserim à Legum Latoribus valde
1 controuersum, † num ex venditione rei emphyteuticæ cum pacto de retrouendendo debeatur ius Laudimii, quo in articulo vt ordinatim pro-

cedam

cedam, quinque casus explicandi sunt, quorum primus est, an pendente termino redimendi Laudimium debeatur, & quidem fatemur quòd sic, quemadmodum ius prælationis pariter & retentionis isto in casu locum sibi vendicat, vt expresßim asserunt Parpal. in add. ad Iaso. in l. fin. 138. sub litera B. Co. de iure emphyt. Marc. dec. 571. in princ. part. 1. & dec. seq. Neuiza. cons. 88. num. 17. Amed. in simili tract. quæst. 37. vers. contrarium. Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. num. 8. in fine, quicquid perperam deinde sentiat in nu. 12. Pyrhus in Cons. Aureli. tit. de Laudim. cap. 12. in fine Tiraquell. de retra. conuent. §. 6. glo. 2. num. 19. vers. &
2 tunc Tessau. dec. 75. num. 2. Quandoquidem negari non potest quin † isthęc venditio sit à principio perfecta, & absoluta non obstante pacto de retrouendendo, emptorq; posßit liberè rem emptam alteri pignorare, vendere, & quocumque titulo illius dominium transferre, faciatq; fructus suos, licet sit resolubilis, ad latè collecta per eundem Tiraque. de retra. conue. §. 2. glo. vni. num. 34. cum seq. Panciro. con. 38. num. 7. Tessaur. dec. prædicta num. 2. eamdem sententiam amplectitur hiis & aliis rationibus Amed. à Ponte in d. quęst. 37. col. 1. referens hanc esse veriorem opinionem, quicquid senserint Cassan. in Cons. Burgun. tit. des retraictz. sub. 10. §. 1. num. 15. vers. aduerte, & Boer. in dec. 182. num. 39. & dec. 234. in fine, cùm secundum Galliæ consuetudinem verba faciant, vt aduertit Tessau. d. dec. num. 1. in fine. Quemadmodum si alienetur res fideicommisso subiecta, interim debetur Laudimium, licèt contractus eueniente casu fideicōmisßi resoluatur, vt per Amed. in d. quæst. vers. quando pactum, Et adeo vrget nostrum principale pronuntiatum, quòd si eadem emphyteusis pacto iam dicto affecta vendatur, debebitur etiam Laudi-
3 mium domino, vt per Solso. in simili tract. cellu. 10. num. 97. † Quomodo autem probetur pactum de reuendendo, copiosè enucleat Mascar.
4 in tra. de probat. conc. 1142. vol. 3. Secundus casus est † an facta reuenditione Laudimium iterum debeatur, & quàmuis in isto obiectu multa dici possent, cùm maxima sit controuersia inter Doctores, adherendo tamen communiori ac tutiori sententiæ, sic distinguendum putamus, quòd aut contractus resoluitur ex pacto de retrouendendo in eodem contractu venditionis adiecto, vel incontinenti, seu re integra confestim post, vt in esse videatur dicto contractui, nempe quando fuit appositum eodem die (secundum Tiraquell. de retra. conuent. §. 4. glo. 5. num. 1.) & tunc soluitur Laudimium tantùm ex prima venditione, non autem ex retrouenditione, quæ originem sumpsit ex dicto pacto, vt plenè Tiraquell. de retra. conue. §. 6. glo. 2. num. 19. Solso. in tract. de Laude. cellu. 10. nu. 19. vbi verisßimam hanc esse conclusionem arbitratur, Cagno. in l. 2. Co. de pact. inter empt. & vend. quæst. 82. in fine Marc. dec. 571. nu. 4. & dec.

602. Hiero. à Laurent. dec. auenio. 122. circa finem, Brunus conſ. 44.
num. 11. Aym. Public. in Conſ. Altern. tit. 23. art. 20. num. 5. Sylue. in
eius ſumma §. emphyteuſis num. 2 . verſ. ſecundo fallit, Folle. in pra .
de cenſ. verſ. huiuſmodi num 53. pag. 137. vbi maximè ſubdit rationem
5 quia † iſthæc reſolutio primæ venditionis non prouenit, & cauſatur à
cauſa noua, ſed ex veteri, & neceſſa inexiſtenti primæ venditioni, vel re
integra adiecta, eſtq; potius pars primæ venditionis. in qua dominus præ-
ſtitit conſenſum ob receptionem Laudimii, ſecundum Tiraquell. de retra.
ſanguin. §. 19. glo. 2. num. 4. & ſeq. & in §. 29. glo. 1. num. 4. Surdus in
tract. de alime. tit. 1. quæſt. 48. num. 80. Bal. con. 440. vol. 5. Amed. in d.
tract. quæſt. 12. verſ. de hac ſecunda & in quæſt. 37. verſ. eo tamen caſu
vbi alios cumulat Petra de fideicom. quæſt. 8. num. 540. Item lex, ſeu ſta-
tutum de iure Laudimii loquens debet intelligi de venditionibus, & alie-
nationibus voluntariis, teſte Iaſone in l. fin. num. 48. Co. de iure emphyt.
non autem de neceſſariis, quæ ſemper cenſentur exceptæ, ita Clar. in §.
fin. quæſt. 82. ſtatuto 5. in fine Tiraque. de retra. lignag. §. 1. glo. 14.
num. 10. Folle. in d. verſ. num. 57. & nuncupatim probauimus in prima
Inſpe. præſentis partis num. 13. At hæc reuenditio fit ex cauſa neceſſaria
ergo nullum ius Laudimii eſt ſoluendum. Hinc vrget concluſio quo ſi vxor
ante matrimonium, emerat rem aliquam cum pacto reuendendi, quam
extra dotem ſeruauerat poſtea ex vi pacti rem retrouendere ſine conſeſu
mariti, ſine quo ex conſuetudine huius Vrbis in tit. quod non licet vxo.
ſine volu. viri alic. facultatem contrahendi non habebat, vt nuncupatim
voluit Nepita in d. tit. num. per conſ. Paul. de Caſt. 183. num. 2. vol.
1. idemque affirmat Tiraquell. Pinell. de bon. mater. par. 3. num 52. il-
lat. 7. fol. 287. Quemadmodum tutor poteſt retrouendere prædium,
quod pater pupilli emerat cum pacto de retrouendendo, abſque iudicis
decreto à lege, & ex conſuetudine dictæ Vrbis requiſito in tit. de alien. &
obli. bon. min. ſecundum Simonce. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. num.
2. Bero. conſ. 163. num. 1. lib. 1. quia dicta conſuetudo recipit inter-
pretationem à iure communi, vt ſpeciatim tenent Simo. de Præt. conſ. 10.
num. 38. cum ſeq. Lauren. de Pinu conſ. 74. num. 5. Et tanto fortius
præmiſſa militant ſi pactum de reuendendo eſſet appoſitum in contractu
verbis ipſo iure reſolutiuis, & directis, iuxta ea quæ diximus in hac eadem
6 parte Inſpe. 2. num. 23. † Et idem ius ſeruandum eſt in reuenditione
Baroniæ, & feudi venditi cum pacto prædicto in eodem contractu vendi-
tionis, ne ſoluatur decima Regiæ Curiæ, vt ſtatuit Rex Alpho. in Cap.
Regni 533. tit. quòd in reuend. baron. & feud. non ſol. dec. Neque ſi
iſthæc reuenditio fiat inſcio domino, pena caducitatis locum ſibi vēdicat
ſi a principio dominus conſenſerit tali venditioni cum d. pacto, cùm ſatis
dicatur

dicatur dominum assentisse futuræ retrouenditioni, aliàs dictum pactum esset superuacaneum, Corbul. de causa priuat. ob aliena amplia. 27. num.
7 6. cum seq. † Aut disceditur à venditione vigore pacti de reuendendo appositi re non integra, sed ex internallo, aut illo non præcedente, & tunc debetur duplex Laudimium, vnum ex principali venditione, aliud verò ex reuenditione exinde subsequuta, cùm sponte procedere videtur, vimque nouæ venditionis habeat, ita Tiraquell. de retra. lignag. §. 1. gol. 2. nu. 38. & 48. Barbat. cons. 43. in princ. vol. 2. fatetur hanc verissimam opinionem esse Solso in simili tract. cellu. 10. num. 19. Bellacomba in 2. tho. com. opi. nouiter impræssarum pag. 112. vers. quid si fiat Cagno. in l. id quod nostrum num. 5. D. de reg. iur. Aym. Public. in Cons. Aluern. tit. 23. art. 20. num. 3. & 5. Barchi in pract. cancell. aposto. quæ impressa est apud prax. Rebuffi de benefic. vers. vendita fuerat pag. 617. Silue. in eius summa §. emphyteusis num. 28. vers. tertio vbi ait hoc de rigore iuris procedere, non autem æquitate inspecta, Tessau. dec. 75. num. 3. Hiero. à Laure. dec. auenio. 122. in fine Amed. in d. quæst. vers. eo tamen Marc. dec. 571. num. 4. & dec. 602. parte 1. & in hac specie proce cedere arbitror dictum Prospe. Pacet. cons. 2. num. 8. & Craue. cons. 332. num. 1. quod videtur nostræ conclusioni aduersarii. Quemadmodũ
8 & tali in casu † opus est licentia domini in retrouenditione, ne res cadat in commissum, quia non possunt contrahentes ad præiudicium domini qui simpliciter concessit licentiam alienandi, apponere illud pactum, præsertim ex post facto, & eum priuare ne possit vti iure prælationis si emptor velit emphyteusim retrouendere ita formaliter patefacit Corbul. in d. am-
9 plia. num. 11. vers. si autem. Tertius casus est † si antequàm laberetur tempus infra quod pactum de retrouendendo fuit præstitutum, facta sit prorogatio per emptorem ad aliud tempus citra emphyteutarii consensum, num ex reuenditione facta vigore dictæ prorogationis debeatur domino Laudimium, & prima facie videtur asserendum quòd non; quoniam isto in casu emphyteusis peruenit ad eumdem venditorem cuius antea erat, vt ad partes disuptando concludunt Foller. in Prag. de cens. vers huiusmodi num. 59. & Marc. dec. 185. par. 1. quæ duplicata legitur in dec. 647. num. 4. par. 2. Item facit quia prorogatio infra terminum, dicitur idem terminus, & idem iudicatur de ipsa prorogatione quòd de primo termino, vt affatim probant Bard. in tract. de tem. vtil. vel cont. cap. 4. nu. 8. Purpur. cons. 246. num. 14. Corn. cons. 235. litera. F. vol. 2. Rursus facit quia emphyteusis à principio cùm sit effecta alienabilis cum consensu domini directi, videtur perpetuo alienabilis citra dictum consensũ ex Molina de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 31. Caualc. in tra. de tuto. num. 161. Simon. de decret. tit. 1. num. 116. & tit. 4. num. 31. Capic.

dec. 156. nu. 22. Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 17. num. 4. Tiraquell. de retra. ligna. §. 32. glo. 1. num. 6. Sed postergata prædictorum opinione totum oppositum verius esse censeo, quandoquidem retrouenditio debet fieri sub termino in contractu apposito, nam post quàm dominus præstitit consensum super redemptione facienda infra certum terminum, 10 eo termino elapso censetur illam prohibuisse, taliter † quod si terminus ille postea ab emptore venditori prorogaretur, non posset etiam in termino prorogato fieri retrouenditio absque noua licentia domini, quia in prorogatione interesse domini, non tantùm ipsarum partium subest secundum Corbul. d. amplia. num. 10. & consequenter ratione dictæ licentiæ soluendum est ei Laudimium, iuxta tex. l. fin. Co. de iure emphyt. Neque in isto casu terminus prorogatus dicitur idem cum primo, super quo dominus licentiam concessit, ideo sine nouo consensu domini non potest fieri retrouenditio, vt latè admonet Frecc. de sub feud. baro. lib. 2. quest. 17. quem sequitur idem Corbul. in præcitato loco, & speciatim tradit Tiraquell. de retra. sangui. §. 1. glo. 10. num. 30. vers. illud planè, quia secundum eum dicitur noua ac spontanea venditio, idem affirmat ex non nullis aliis rationibus Amede. in d. quæst. 37. vers. adde tamen, vbi etiam subdit idem esse si post tempus datum ad retrouendendum fiat retrouenditio, nam iteratè etiam debebitur, Laudimium Solso. in simili tract. cel-
11 lu. 10. num. 87. Et pariter † præmissa procedere existimamus in re feudali, vel baronia vendita cum pacto de retrouendendo in alio contractu apposito vt nec minus soluatur ius decimæ vt colligimus ex Cap. Regni Regis Ioan. 80. cum sua decretata sub tit. quòd non sol. ius deci. quam
12 sit pact. de retrouen. Quartus casus est † quando emphyteuta venditor cum pacto de retrouendendo consequutus fuit certum pretium, de quo dominus exegit ius Laudimii, nam si deinde partes recedentes ab ipso pacto, conueniant, vt emptor soluere debeat plurius valentiam emphyteusis venditæ iuriticè de illo pretio seu valore aucto valet dominus exigere Laudimium, vt in hac specie meminit Aym. Publi. in Cons. Aluern. tit. 16. art. 4. num. 4. quia de pretio emphyteusis venditæ illud debetur vt habetur in d. l. fin. & ibi vna voce Doctores Quintus, & vltimus casus est quã
13 do † emphyteuta vendidit emphyteusim ex cuius valore debetur domino Laudimium, & dominus ipse vendidit emphyteusim dominantem eidem emptori cum pacto reuendendi, & postea redemit vi huius pacti, verum poterit etiam petere Laudimium ab ipso emptore illius prioris venditionis dic quòd non ex Tiraquell. in fine retra. conue. num. 176. quem casu eueniente ponderas.

INSPE.

INSPECTIO LI.

Emphyteusi commodata num exigatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia commodari possunt.*
2 *Laudimium an debetur si emphyteusis commodetur, & num. 6.*
3 *Commodatarius nullum ius quærit in re commodata.*
4 *Res commodata datur utenda absque mercede.*
5 *Aestimatio in contractu commodati quid operatur.*
7 *Gabella an soluatur ex contractu commodati.*
8 *Argumentum validum est de gabella ad Laudimium, & è contra.*

CERTA est iuris conclusio, quam extollit Mozz. in tract. de contra.
1 tit. de commoda. rub. de reb. quæ poss. commo. in princ. † res im-
2 mobiles posse commodari Hinc quæro num † si res emphyteutica com-
modetur teneatur cōmodatarius soluere domino Laudimiū, breuiter cōclu
3 dimus quòd nō quādoquidē ipse † cōmodatarius nullū ius [illegible] in re ip
sa cōmodata, sed duntaxat meram de tentationem, ex quo possessio, & do
minium illius remanet penes emphyteutam commodantem, secundum
Mozz. in dicto tit. rub. de accide. seu essent. commod. num. 3. & 18. &
in rub. de natura cōmod. num. 11. Neque ulla mercede accepta, seu con-
4 stituta † potest res commodata utenda dari determinato tempore commo
datario, ut per eundem Mozz. in princ. d. tit. num. 4. & 5. in d. rub. de
accede. seu essent. comm. num. 6. Masca. de proba. conc. 327. num. 1.
vol. 1. at Laudimii ius soluitur domino quādo res emphyteutica perpetuò
transfertur in aliam personam pleno iure ut elicitur ex l. fin. & ibi omnes
Doctores Co. de iure emphyt. meritò quòd nullatenus ius Laudimii sit
soluendum ex emphyteusi commodata concludendum expedit, Quæ hi-
sce nostra conclusio absque scrupulo sortitur, effectus suos, esto quòd in
ipso contractu commodati interueniret ipsius emphyteusis æstimatio,
5 quoniam eo casu ipsa † æstimatio nil aliud operatur, nisi ut re commoda-
ta perempta, vel deteriorata teneatur commodatarius soluere pretium rei
emphyteuticæ æstimatum citra probationem æstimationis non iterum facien
dæ per commodantem, & ut commodatarius teneatur de casu fortuito ut
probat ipse Mozz. in d. tit. de reb. quæ poss. commo. num. 6. & in tit. de
6 accide. commo. num. 7. † Et propterea prædictis casibus euenientibus
rectè existimamus deberi solui Laudimium ex pretio dictæ æstimationis;

iuxta

iuxta tex. d. l. fin. quia ob solutionem pretii ipsius rei commodatæ contractus commodati resoluitur in vim emptionis, & venditionis, per §. pretiũ,
7 & ibi Doct. Instit. de empt. & vendit. † Quemadmodum in solutione iuris gabellæ debendę vigore statuti de quolibet contractu quo alteri queritur ius, quod vtique sit soluendum ius gabellæ de contractu commodati facta æstimatione illius vsus in quo consistit donatio, docet Bart. in l. 1. D. commod. & ibi Salic. num. 3. ita communiter teneri meminit Mozz. in d. tit. de accident. commod. num. 9. Quod exemplum non abs re de-
8 duximus, quandoquidem † argumentum nõ spernitur de gabella ad Laudimiumi viceque versa, vt admonet Craue. cons. 332. num. 7. & 20.

INSPECTIO LII.

Laudimium an debeatur ex alienatione rei subiugatæ, ad censum bullarem.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur subiugatario ex alienatione bonorum censui bullari subiectorum.*
2 *Subiugatarius nullum ius habet in bonis subiugatis.*
3 *Bona subiugata nullo vnquàm casu cadunt in commissum, & num. 4.*
5 *Census bullaris non soluitur in signum dominij.*
6 *Censuarius alienat bona censita inscio censitario.*
7 *Emphyteuta priuati vel ecclesiæ alienans rem emphyteuticam irrequisito domino, priuatur iure suo.*
8 *Consensus domini quare exigatur in alienatione rei emphyteuticæ.*

1 QVERO vtrum † subiugans bona sua ad annuum censum bullarẽ si eadẽ bona alienare contingerit, debeatur subiugatario Laudimiũ respondemus quòd nõ, sectãtes expressim Aluar. Velasc. in suo tra. de iure emphyt. quæst. 32. num. 32. Sola in com. duca. subau. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 36. pag. 33. vbi etiam subdita quę in hoc actendi debet consuetudo, quandoquidem subiugatarius ipse non dicitur dominus directus, neque ius prælationis habet vt diximus in prima parte Inspe. 4. num. 53. Item Laudimium debetur ratione recognitionis, & subiectionis domino directo faciendæ vt dixi in hac eadem parte Inspe. 5. num. 3. sicuti pensio ex emphyteusi debenda vt probatum reliquit Velas. in d. tra.
2 quæst. 1. num. 15. quæ ratio non verificatur † in subiugatario, ex quo ipse

ipse null um dominium vel possessionem nanciscitur in bonis subiugatis vt
3 probauimus in hac eadem parte Inspe. 20. num. 26. Quemadmodum † nec minus bona subiugata vllo vnquam tempore, vel casu ob non solutū ius census, vel illorum deteriorationem, aut alienationem irequisito subiugatario factam cadunt in commissum, vt elicitur ex verbis expressi Regiæ Prag. de censi. ac etiam ex Bulla Papæ Pii V. de censibus vbi Petrus de Grego. in quęst. 6. vers. nonum priuilegium Folle. in vers. huiusmodi num. 76. & in vers. neque illorum annualitates num. 7. Redo. de reb. ecclef. non alien. tit. de const. ann. cens. num. 71. Panciro. cons. 30. num.
4 7. Idemque statutum est de iure communi, vt † neque censuarius cadat in commissum ob non solutum censum, etiam si cessauerit per mille annos, vt affirmant Redo. in d. tit. num. 4. Sigis. Neap. cons. feud. 2. nu. 15. Marsil. sing. 95. Socc. cons. 167. num. 6. lib. 2. Ias. in l. 2. num. 41. Co. de iure emphyt. Pancirio. d. cons. num. 6. Anguisso. cons. 212. nu. 15. Velasc. in tract. de iure emphy. quæst. 1. num. 16. & quæst. 32. nu. 30 Natta cons. 3. num. 1. Afflict. dec. 129. num. 4. Capic. dec. 103. num. 7. & dec. 196. num. 2. & 5. Boer. in Cons. Biturig. tit. des costu. des fiecz. §. 24. glo. 1. col. 1. Natta cons. 226. num. 4. Caualc. dec. 43. num. 54. Meno. cons. 65. num. 63. vol. 1. fatetur hanc esse communem opinionem Decius cons. 138. num. 5. & cons. 164. num. 2. Couarr. lib. 3. var. resolu. cap. 7. nu. 1. vers. ex hac verò, Mascar. in tract. de probat. conc. 601. num. 6. vol. 2. Bursa. cons. 23. num. 26. vol. 1. Purpu. cons. 357. num. 20. vol. 1. Boro. quæst. 14. num. 1. Par. de Puteo de reinte. feud. fol. 124. col. 1. num. 5. Ratio diuersitatis cum emphyteuta est, nam
5 † censuarius non soluit ius census in signum recognitionis dominii quemadmodum ipse emphyteuta sed immemoriam primæui dominii ipsius cōcedentis, ita Velas. in d. quæst. 32. nu. 27. & ibi fatetur communem Rimin. Iun. cons. 1. num. 15. Socc. cons. 208. num. 5. vol. 2. Glo. in cap. constitutus vbi Panorm. num. 20. de relig. dom. Imola in cap. ad audientiam num. 4. de reb. eccles. non alien. Ias. in l. 1. num. 28. Co. de iure emphyt. & prælu. feudi num. 11. Sigism. d. cons. Ciofius cons. 49. num.
6 4. lib. 1. Idem militat † si ipse censuarius inscio censitario bona censita in quemcunque alienaret. quoniam, nec minus cadit à iure suo, sicut caderet emphyteuta ita alienando, vt asseuerant Capic. dec. 103 num. 5. & 7. & dec. 196. num. 5. Meno de presumpt. lib. 3. presum. 106. num. 14. Alua. Velas. in memoratis locis Put. de reinteg. feud. pag. 124. col. 1. nu. 8. etiam si alienarentur pro franchis, & liberis ab onere census, secundum Capic. d. dec. 103. num. 5. quæ sententia est notabilis secundum Velas. in d. quæst. num. 33. sed tenebitur ad id quòd intersit emptori ex Rebuf-
7 fo in tract. de const. an. reddi. num. 17. Et de † emphyteuta tam priuati

quàm

quàm ecclesię vel fisci alienãte emphyteusim sine cõsensu domini directari, quòd priuetur iure suo, latissimè Corb. de causa priua. ob aliena. i princ. † vbi subdit duplicem esse rationem, vna vt dominus valeat idem pretium offerre si eam emere voluerit, altera vt propter consensum, & recognitionem noui emphyteutæ, eum immictendo in possessionem emphyteusis, consequatur Laudimium, & vt dominus seu Ecclesia pro dominis directis recognoscantur, ne necesse habeant probare dominium, si vellent agere rei vendicatoria aduersus extraneum in quem res est alienata quo dadmodum difficile esset.

8

INSPECTIO LIII.

Ex impositione pensionis super emphyteusi, an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimiũ an debetur ex impositione pensionis super emphyteusi, & nu. 4.*
2 *Pensio quando efficitur realis.*
3 *Tertius possessor an tenetur ad pensionem præteritam, & num. 5.*
6 *Pensio qualiter extinguatur.*

1 OMITTENDVM minimè existimaui differere vtrum † ex annua pensione imposita super emphyteusi ne dum per modum onerose, concessionis, verùm etiam per modum donationis inter viuos, & in vltima voluntate detur actio domino id ius Laudimii, qua in re sic distinguendum
2 dum arbitror, quòd aut † tempore impositionis dictę pensionis accessit, ipsius domini directi consensus, & approbatio, & tunc affirmati vtimur, illud deberi ex pretio seu sorte ipsius pensionis, cùm isto casu proculdubio pensio efficiatur realis, & perpetua, vt voluit speciatim Marc. dec. 477. num. 3. & 4. par. 1. ibidem aiens id maximè procedere stante consuetu-
3 dine super hoc inita, Hinc † intuitu dictæ realitatis nouus possessor tenetur ad solutionem decursæ pensionis non exactæ, vt asseuerant Gigas in tract. de pens. quæst. 39. num. 5. & quæst. 43. num. 2. Marc. d. num.
4 4. † Aut nullus interuenit domini assensus, & tunc negatiuè respondemus cum eo casu pensio sit personalis eo maximè suffragante, si pater vel aliquis ex ascendentibus concedat, vel donet aut relinquat emphyteusim sub pacto prestationis annuę pensionis suis descendentibus secus autem si collateralibus vel extraneis quia tunc locum habet prima opinio affirmatiua,

ex Solso.

5 ex Solso.in sua Lucer.Laudi.prælu.1. nu.5. † neque tertius possessor ad illam tenetur, quia actio personalis nullatenus fundi possessorem sequi-
6 tur, secundum Gigan.in d.tract.quæst.44.nu. 1. † Vnde morte pensionarii finitur ipsa pensio, vt per Giga.in d.tract.q.1.num.5.& quæst.12. nu.1.& quæst.97.nu.9.Caccialup. in tracta. de pensio.quæst.8.Sebast. Med.in tracta. Mors omn.sol.par.2. conclus.77.vbi etiam: Refert alios modos ex quibus soluitur pensio, nisi pensio esset promissa per se suosq; hæredes, & successores quoscunque, quia tunc onus soluendi pensionē transit ad hæredes promittentis. Iuxta Dec.Auenio 130.

INSPECTIO LIIII.

Constituto vsufructu in emphyteusi, an exigatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluatur si constituitur vsusfructus in emphyteusi accepto pretio, & nu.4.*
2 *Vsusfructus constitutio est species alienationis.*
3 *Vsusfructus est pars dominij, & nu.9.*
5 *Vsusfructus est personale.*
6 *Vsusfructus finitur morte vsufructuarij.*
7 *Promittens fructus rei, non dicitur alienare rem.*
8 *Emphyteuta potest alienare commoditatem percipiendi fructus inscio domino.*
10 *Retractus non habet locum in constitutione vsusfructus.*

1 NON præteribo inspectionem à præcedenti indissimilem, † num ex constitutione vsusfructus in re emphyteutica soluatur domino Laudimium, maximè accepto pretio, videtur quidem affirmatiuè respon-
2 dendum, eo quòd † constitutio ischæc vim alienationis obtinet, vt per Io.Dile.de art.testa.tit.8.Caut.5.num.3.Redo.de reb.eccles.non alien. Rub.1.vers.quando verò nu.1. pag.18. & in vers. sub nomine pag.39. Paris.cons.98.nu.5.vol.2.Bal.in cap.1.§.donare not.1.qual.feud.poss. alien.Purpu.cons.253.nu.16.Molina de primogen. cap.20. nu.8.lib.1.
3 Peregri.de fideicom.art.40.nu.114.& 116. † cum vsusfructus pars dominii sit, secundum eundem Redo.d.vers.quando verò nu.2. Tiraquell. de retract.lignag.§.1.glo.7.nu.54.cum seq.Clar.in §.feudum quæst.37.

4 in fine. † At circumscripta proxima opinione contrariam sententiam de iure veriorem esse existimamus, quòd nullum ius Laudimii debeatur, quandoquidem per constitutionem vsusfructus in re, non alienatur ipsa res, sed sola commoditas ipsius rei vita emphyteutæ perdurante trans-
5 fertur in vsufructuarium, quia vsusfructus † est personale, & separari nō potest ab ipso emphyteuta, l. si vsusfructus legatus §. fin. D. de vsufruc. l. necessario §. fin. D. de peric. & commo. rei vend. Paris. d. cons. nu. 11. Molina de primoge. lib. 1. cap. 20. nu. 6. Peregrin. in d. art. nume. 117. Hinc
6 † morte vsufructuarii soluitur vsusfructus, Doctor. communiter in §. finitur Instit. de vsufru. Sebast. Med. in tract. mors omn. sol. con. 114. par. 2. Carroc. in tract. loca. & condu. tit. de vsufru. nu. 7 Neque ipse emphyteuta desinit esse naturalis possessor vt erat, sed vsufructuarius habebit suum naturalem possessionem iure sui vsusfructus, vt considerat Velasc.
7 in tract. de iure emphy. quæst. 18. nu. 29. Item † promittens fructus centum vel mille annorum, non dicitur alienare, cùm ex tali promissione non nisi actio personalis oriatur, neque aliquod ius transfertur in re, ita Fab. de Monte: in tract. de empt. & vendit. quæst. 4. nu. 4. quidquid perperam senserit in eadem quæst. nu. 7. idem voluerunt Alex. consi. 18. nu. 6. vol. 5. Redo. in d. tract. tit. de vsufru. & posse. rei ecclef. nu. 11. in fine.
8 † Quinimmo emphyteuta citra caducitatem valet inconsulto domino constituere huiusmodi vsumfructum in re emphyteutica, ad latè collecta per Rolan. cons. 59. nu. 13. vol. 2. Natta con. 516. nu. 11. & cons. 563. nu. 21. vol. 3. Anguisso. cons. 216. nu. 17. Molino de primogen. lib. 1. c. 19. nu. 23. & probauimus latius in hac eadem parte in spe. 25. nume. 6. quoniam per talem vsusfructus constitutionem non transfertur vtile dominium, nec melioramenta pro quorum alienatione soluendum est Laudimium, iuxta tex. l. fin. Co. de iure emphyt. & aliud est alienare rē, aliud
9 verò est fructus rei alienare. † Neque vsusfructus dominium est vel pars quotitatiua (quæ dicitur dominii) nec de bonis vel ex bonis dicitur, vt elicitur ex l. recte dicimus D. de verb. signific. Aret. cons. 159. fatetur hác esse communem opinionem Bero. in Cap. nulli nu. 78. de reb. eccles. non alien. Arius Pinell. in l. 1. par. 3. in princ. C. de bon. matern. Bursat. consi. 13. nu. 33. vol. 1. Ludo. dec. Lucce. 5. nu. 20. Præterea ad corroborationem nostræ sententiæ facit quòd voluit Tiraquell. de retra. sanguin. §. 1.
10 glo. 7. nu. 60. † non esse locum retractui ob constitutionem vsusfructus in re, etiam accepto pretio, Non obstat ratio pro contraria parte adducta, nam est adeo eneruis quòd non eget responsione, sed ex se ipsa frangitur ex prædictis.

IN-

INSPECTIO LV.

Monasterium acquirens emphyteusim ob ingressum emphyteutæ, an soluat Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Dedicare in religionem dicitur alienare.*
2 *Laudimium an soluatur per monasterium ob ingressum emphyteuta, & nu. 5. 16. & 17.*
3 *Emphyteusis deuoluitur domino ob mortem ciuilem emphyteutæ.*
4 *Emphyteusis quæritur domino, si alienetur in potentiorem, & nu. 18.*
6 *Emphyteusis ob ingressum emphyteuta quæritur monasterio titulo vniuersali ex facto legis.*
7 *Alienatio legalis numquàm censetur prohibita.*
8 *Minor ingrediens religionem, transfert bona stabilia monasterio citra iudicis decretum.*
9 *Minor ante ingreßum religionis testatur de bonis suis sine decreto.*
10 *Minor qualiter valeat disponere de bonis suis si ingressus fuit religionē.*
11 *Laudimium an soluatur ex renuntiatione bonorum emphyteuticorum facta per ingressum in religionem.*
12 *Lex fin C. de iure emphyt. locū habet in alienatione principaliter facta.*
13 *Bona ingressi religionem quæruntur monasterio incidenter.*
14 *Multa inconsequentiam conceduntur, quæ principaliter fieri nequeunt.*
15 *Bona ingressi quæruntur monasterio ex necessitate.*
16 *Emphyteusis quando sit transitoria in monasterium, & nu. 17.*

1 QVONIAM † dedicatio inter cæteras alienationis species locú sibi vendicat, vt probant Redo. de reb. eccles. non alien. rub. 1. vers. dedicatio in princ. pag. 43. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 37. nu. 3.
2 non abs re igitur inspiciendum expedit, † an emphyteuta ingrediens religionem in ea profitendo eius personam, emphyteusis quæratur monasterio cum onere soluendi Laudimium, quo in quæsito videtur affirmatiuè respondendum, quandoquidem negari non potest quin emphyteusis perueniat ad alias manus titulo alienationis, astringanturque dominus monasterium vti nouum emphyteutam recipere, immittendo illud in possessionem emphyteusis, vt elicitur ex l. fin. C. de iure emphyt. vel saltem ipsa emphyteusis dicitur deuoluta ad dominum duplici transla-

3 tione, Vna † ob mortem ciuilem ipsius emphyteutæ, alio non præexistente sub inuestitura comprænhenso, vt affatim probat Corbul. de causa
4 priua, ob mortem ciuil. nu. 2. Alia verò † ratione potentioritatis, & prohibitionis, cùm emphyteuta nullatenus valeat ecclesiæ, seu monasterio emphyteusim transferre, cùm magis priuilegiata, & potens sit ipsius domini, ex communi opinione quam post Rum. Natt. Suarez Alex. & Iul. Clar. expendit Corbul de causa priua. ob alienat. ampliat. 12. nu. 1. cum seq. id etiam amplians esto quòd habuisset licentiam alienandi generalē
5 ab ipso domino: † At oppositam traditionem in themate propositam iudicamus receptionem, & veriorem esse, vt ex huiusmodi translatione emphyteusis nullifariam debeatur Laudimium, ex eo quia d. lex fin. quæ est fons, & causa materialis exigendi Laudimium est intelligendo cum grano salis, eo casu Laudimium solui debere, quando ipse emphyteuta expressim titulo singulari alienaret rem emphyteuticam, quòd cessat in ca-
6 su nostræ Inspectionis quia † emphyteusis acquiritur monasterio titulo vniuersali vna intimul cum cæteris bonis iuribus, actionibus, & eis quæ iuris, & facti sunt, vt est trãslatio, & successio quæ fit per ingressum monasterii, quæ non dicitur alienatio. facto ipsius emphyteutæ dependens, sed ex legis & Canonis ministerio ipso iure tacitè facta, secundum communiorem opinionem quam tuetur Iaso. in l. si ita quis §. ea lege nu. 15. vers. circa principalem & nu. seq. quem sequitur Corbul. in d. causa priua. ob mort. ciuil. nu. 11. in fine Redo. in d. vers. nu. 1. Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. inspe. 14. nu. 98. Roma. cons. 394. nu. 6. Bald. cons. 248. nu. 2. vol. 2. Natta cons. 173. nu. 1. & cons. 180. num. 7. lib. 1. Bero.
7 dec. 70. nu. 2. cum seq. † Isthæc autem alienatio legalis numquam, sub generali prohibitione alienationis continetur, est tex. apertus in l. alienationis D. famil. herciscu. Becc. con. 26. nu. 3. Cepha. con. 153. nu. 1. Hinc
8 infertur † ex ingressu minoris in religionem omnia eius bona etiam immobilia vniuersaliter transferri in monasterium in consequentiam eius personæ citra curatoris, vel iudicis authoritatem decretique adhibitionē, vt concordant Abb. in Cap. præsentia nu. 10. de probat. & ibidem Anchara. nu. 15. Dec. nu. 27. Bero. nu. 149. vbi hanc sententiam communē esse fatetur, & affatim probat Simoncell. in d. Inspe. 14. nu. 97. vbi ait neminem ab hac opinione discrepare Ias. in auth. ingressi nu. 4. C. de sacr.
9 san. eccles. Quemadmodum † ipse minor antequàm ingrediatur religionem de suis bonis sine sollemnitate decreti testari potest, non autem per actus inter viuos, ne dicamus tot iura quæ prohibent minores posse cōtrahere, esse corretta, seu limitata, vt nuncupatim docet Simoncell. in d. inspe. nu. 106. circa medium, neque dicto minori sic disponenti requiritur authoritas iudicis, seu curatoris de qua loquitur Cap. Regn Regis

Caro.

Caro.78.tit. de contra.non celebra. cum mino. quandoquidem dictum Cap.non sortitur effectus suos ad actum testandi, Caualc.dec.27.& 28. nu.28.Ferret.in tra.de gabell.nu.317.Vrsill.post Afflict. dec.260.nu.2. Tyraque.de leg.connub.glo.5.nu.93.cum sequen.Ias.in l.quæ delegato
10 nu.27.D.de leg. 1.† Sed si minor ante decimumsextum annum ingressus fuisset religionem, & velit de bonis suis disponere via renuntiationis seu quouis modo, exigitur licentia Episcopi seu eius vicarii, & quod fiat infra duos menses proximos ante professionem, nec aliàs intelligitur effectum sortiri nisi sequuta professione, cùm aliter facta dispositio etiam iurata, & in fauorem piæ causæ irrita, & nulla, est, vt elicitur ex Sacro Cõcil.Trident.sess.25.Cap.16. de quo mentionem faciunt Simoncell. in d. inspe.nu.107.Iaco.Sbrozz.in tract.de vica.episco.lib.2. quæst.206.nu. 2.cum seq.Menoch.de arbit.iud.cent.5.casu 436.nu.8. vbi intelligit dictum Cap. non habere locum quando ingressus religionem esset ætatis
11 annorum decem, & septem, † quo casu si renuntiatio seu cessio. bonorum fiat in non compræhensos sub inuestitura emphyteutica, proculdubio debetur Laudimium, ratione nouæ inuestituræ, ac inmissionis in possessionem, iuxta ea quæ diximus sub inspe.28.nu.3. Præterea ad confir-
12 mationem nostræ principalis sententiæ dicta lex fin. † seu quæuis alia conuentio solutionem Laudimii concernens, locum sibi vendicat si emphyteusis principaliter alienaretur, secùs si incidenter, cùm verba à lege, statuto, vel ab homine prolata debent principaliter intelligi, non autem secundario, Tiraquell.in tracta. res inter alios acta vers. huc facit fol. 4.
13 in casu enim nostræ Inspectionis† bona omnia ipsius emphyteutæ cõfestim acquiruntur monasterio incidenter, vt voluerunt Roma.cons.166. nu.2.Redo.in d.vers.nu.2.Simonce.in d.inspe.nu.97. in fine Natta cõs. 173.nu.1.& cons.180.nu.7.Tiraquell.de priuil. piæ causæ priuil. 100. vers.horum præcipua, & in d.tract.res inter alios, acta vers. adhæc pag.8.
14 ea potissima ratione† quia multa in consequentiam permittuntur, quæ principaliter fieri nequeunt, l.quædam D.de acquir.rer. dom.l. in modicis D.de contrah. empt. & vendit. Item d. lex fin. procedit in alienatione emphyteusis voluntaria, non autem in necessaria, vt diximus in hac eadẽ
15 parte Inspe. nu.13. † Isthæc enim translatio quæ fit in monasterium ex legis necessitate resultat, meritò nullatenus Laudimium soluendum est, probatur antecedens ex Tiraquell. in d.glo. nu.190. Simoncell. in d.in-
16 spe.14.nu.98. † Non obstat propterea primum argumẽtum quòd emphyteusis ob mortem ciuilem emphyteutæ transit ad dominum directũ, quoniam nostra traditio procedere existimamus in emphyteusi priuati transitoria ad extraneos hæredes, ac in emphyteusi ecclesiastica eatenus concessa vt sit transitoria ad hæredes extraneos qualibet domini peniten

tia

tia postergata, secundum Corbul. in d. causa priua. ob mor. ciuil. num. 6. circa finem cum nu. seq. Et licèt sit controuersia an isthæc emphyteusis acquiratur monasterio irreuocabiliter, & perpetuò, an verò reuocabiliter durante vita ipsius ingredientis religionem, nihilominus fœdere distin
17 ctionis sic enodatur, † quòd aut ipse emphyteuta ingressus religionem, ante professionem suum condidit testamentnm, & monasterium quod ingreditur instituisset hæredem, & tunc quæritur monasterio irreuocabiliter, & in perpetuum, cùm tunc monasterium dicatur propriè hæres. Aut nullum fecit testamentum, & tunc emphyteusis nanciscitur monasterio durante vita ipsius ingressi tantùm, vt per Corbul. in præcit. causa nu. 9. cum sequ. sicut etiam iuxta decisionem proximi casus tradit, idem Corbul. in d. causa nu. 12. cum seq. quando emphyteusis esse recepta pro se filiis, & nepotibus, vel pro se filiis, & descendentibus, quia tunc per ingressum religionis emphyteutæ monasterio acquiritur reuocabiliter, solùm præexistente vita ingressi, & eo mortuo ipso iure reuertitur ad ec-
18 clesiam vti dominam: Rursus † nec minus obstat reliquum argumentũ scilicet potentioritatis, & prohibitionis, quoniam non habet locum in alienationi vniuersali omnium bonorum iurium, & actionum quæ fit per ingressum monasterii, sed in alienatione singulari ipsius emphyteusis, ita enucleant Corbul. in d. causa priua, nu. 11. prope finem Simoncell. in d. inspect. nu. 98.

INSPECTIO LVI.

Alienata emphyteusis titulo vnionis, an soluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Vnio bonorum est species alienationis, & nu. 7.*
2 *Laudimium an debeatur, si transfertur emphyteusis titulo vnionis, & nu. 3. & 6.*
4 *Confusio bonorum inter iugales, & filios fit ipso iure.*
5 *Vnionis ratione multa conceduntur, quæ aliàs prohibentur.*
8 *Laudimium debet soluere is qui associatur ad contractum, si eius nomine nihil erat quæsitum.*

1 VNIONEM † alienationis esse speciem nemo est qui ambigat, ex Cap. 1. de reb. eccles. non alien. lib. 6. Re. lo. de reb. eccles. non alien. rub.

2 rub. 1. vers. sub vocabulo nu. 1, pag. 44. propterea ociosum minimè † existimaui discutere vtrum si vnionis titulo emphyteusis cum vniuersitate bonorum distrahatur soluendum sit Laudimium, videtur quidem indistinctè respondendum quòd sic, quia cùm vnio, seu confusio bonorum sit alienatio, valida est consequentia Laudimio locum esse, ex tex. l. fin. C. de iure emphyt. Quòd suadetur eo axiomate, quia ex venditione vniuersitatis bonorum (inter quæ adest emphyteusis) debetur ex illius æstimatione ius Laudimii, vt probauimus in hac eadem parte Inspe. 2, num. 44.
3 † At nos distinctionis federe procedendo duæ subueniunt considerationes, quarum prima est, quando vnio perficitur ex facto, & ministerio legis: Secunda verò quando ex facto hominis: Circa primam quæ verificari potest ex consuetudine Regni, & maximè huius Vrbis Catanæ sub tit. de confus. bon. iug. quòd natis filiis omnia bona tam ex parte parentum quàm filiorum prouenta confundantur, & vnum corpus efficiantur, & tunc nullum ius Laudimii debetur, si sub tali confusione comprænhendātur bona emphyteutica, quæ proculdubio confunduntur vt per Nepit.
4 in infrascripto tit. nu. 40. Cum † huiusmodi confusio seu vnio bonorum fiat ipso iure, vt probant expressè Nepita in cons. Cat. titu. de conf. bon. iug. nu. 2. Didac. à Pegu. in tract. de lucr. maritis & vxo. num. 44. 68. 86. 89. Tiraque. in l. si vnquam vers. reuertatur num. 39. & 46. Co. de reuoc. donat. Marsil. cons. 2. nu. 57. vol. 1. Alex. cons. 116. nu. 11. volu. 6. Socc. cons. 249. nu. 16. vol. 2. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 19. nu. 2. Hyero. Fimia cons. manuscripto 23. & consequenter talis translatio dicitur necessaria, tanquàm ex facto iuris prouenicns, pro qua Laudimium minimè
5 debetur, vt diximus in hac eadem parte Inspe. 1. nu. 12. † Ratione enim vnionis multa conceduntur, quæ aliàs prohiberentur l. si communionē
6 D. quemad. ser. ammitt. Paris. cons. 22. nu. 30. volu. 1. † Circa secundam considerationem sub distinguo, quòd aut vnio oritur inter contrahentes ad certum tempus, aut in perpetuum per se, & suos hæredes, & successores: Primo casu nullum ius Laudimii soluitur iuxta ea quæ diximus in hac parte Inspe. 2. nu. 37. & idem videtur decidere Solso. in simili tracellu. 1. nu. 35. & cellu. 7. in fine. Secundo verò casu sic, si deinde facta diuisione emphyteusis obuenit extraneo cum quo fuit inita vnio, & dicto emphyteutæ alia bona loco emphyteusis tetigerunt, quoniam talis diuisio vim dationis insolutum sortitur, vt dixi sub Inspe 40. num. 23. Secùs autem si emphyteusis remanet penes ipsum emphyteutam, vel eius filios vel nepotes comprænhensos sub inuestitura emphyteutica, quia tūc Laudimio locum minimè esse putamus, quoniam nullatenus alienatur emphyteusis tali vnione in alienam personam, sed remanet penes ipsum emphyteutam, & suos filios & nepotes, sed tantùm commoditas fructuū

illius

illius censetur alienata quæ procul dubio sine Laudimii solutione concedi potest, vt diximus sub Inspect. 54. nu. 8. & in inspe. 25. nume. 3. cum sequ. & ex eisdem mediis deciditur id quòd quæri potest, si emphyteusis conferatur per emphyteutam inter eius frates, vel sorores compræhensos sub antiqua inuestitura, vel cum extraneis, quia collatio est rei propriç in commune latio diuidenda pro hçreditariis portionibus, vt ore Bal. loquar. in l. si emancipati col. fin. vers. & quia Doctores C. de collat.
7 Id verò † quòd adductum fuit pro contraria parte, procedit in vnione ecclesiç, quç dicitur alienari quando conceditur tali titulo alteri ecclesiç in perpetuum, nam quasi capite minuitur, cùm non gaudeat proprio rectore, sed alii subiicitur, vt declarat Redo. ibidē: Nec minus obstat aliud, quoniam procedit in venditione vniuersali perpetua, quæ dirimit ius em
8 phyteutç, & transit in alienam personam. † Sed quid dicendum sit si absolutam emptione emphyteusis emptor ipse alium sibi associare velit, quem in contractu nullatenus, nominauerat vtrum ipse associatus Laudimii sit debitor, & dicimus quòd sic, ex Sola. in com. Ducat. subau. tit. de iure emphy. glo. 1. nu. 14.

INSPECTIO LVII.

An ex compromisso super emphyteusi debeatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an sit soluendum, si compromittatur super emphyteusi, & nu. 4. & 6.*

2 *Compromissum est species alienationis.*

3 *Emphyteuta compromittens inscio domino priuatur iure suo, & nume. 5. vbi declaratur.*

7 *Laudimium non debetur, si fiat compromissum inter coniunctos comprahensos sub inuestitura, & vni eorum emphyteusis adiudicetur.*

1 QVAESTIONIS est, † num emphyteuta compromittens super emphyteusi pariat ius domino exigendi Laudimium, videtur
2 respondendum quòd sic; quandoquidem † compromissum alienationē sapit, Paris. cons. 134. nume. 11. vol. 4. Crotus con. 114. nu. 7. Masca. de probat. con. 1236. nume. 106. Bolognin. cons. 6. col. 2. Matth. Gribal. in suis commu. opi. vers. compromissum nu. 3. Caualc. dec. 45. in addit. nu.

39.

39.par.1.Nepita in conf.Cat.tit.de conce.mar.& pat.alie. nu. 44. cum feq.Surdus in tract.de alime.tit.8.priui.56.nu. 31. Redoà de reb. ecclef. non alien.rub.1.verf.venire in prin.pag.41.Simonce.in tract. de decret. lib.2.tit.5.nu.73.& 74.vbi fubdit quòd qui iurauit non alienare Roma-
3 nò Pontifice inconfulto, non poterit compromittere, † Neque emphyteuta faciens compromiffum fuper emphyteufi. Sine domini confenfu vinculo caducitatis non infringitur vt docet reyecta Bal. opinione Iaf.in l.fin.nu.119.Co.de iure emphyt.Suarez in 2.tho.com opin. nouifsimè impreffarum pag.111.ver.emphyteuta.Corbul.de caufa priua.ob alien. amplia. 33. vbi afsignat rationem quia in iudicio quafi contrahitur, & ficut emphyteuta non poteft alienare per viam contractus abfque domini licentia,ita neque per quafi contractum. Quemadmodum in vaffallo compromittente fuper feudo abfque domini confenfu conftitutum eft, ex Curt.Iun.de feud.par.4.nu.96.& 98.Zafi.de feud. par.10. nu.1. Sed
4 † contrariam fententiam puto effe tenendam, quòd Laudimium nō debetur ex tali compromiffo,quandoquidem emphyteufis, & in cafu non transfertur in aduerfarium,fed remanet in bonis ipfius emphyteutę,vnde nullifariam verificatur difpofitio l.fin.Co.de iure emphyt. feu quęuis
5 conuentio de Laudimium foluendo in cafu alienationis.Sicut † tali cafu emphyteuta compromittens infcio domino pœnam caducitatis non patitur;Afflict.in lib.3.feud.cap.1.§.inter pares nu.4. tit. de lege Corradi Corbul.in d.amplia.prope finem. Nec obftat quòd pro contraria parte dictum fuit quoniam procedit. Si arbitrer electus in compromiffo emphyteufim aduerfario adiudicet, & fubfequatur traditio poffefsionis, vt
6 apud eos videre eft. † Neque negamus in isto cafu Laudimium non effe foluendum ratione nouæ inueftiturę, quam tenetur facere dominus
7 aduerfario laudum in eius fauorem reportanti, iuxta text. d. l. fin. † nifi compromiffum fuiffet factum inter coniunctas perfonas fub inueftitura emphyteutica compręhenfas,maximè accedente difpofitione Cap.Regni Regis Caroli 85.tit.de quęftio.ciuil. verfic. inter coniun. perfo. quia inter eas eft permiffa quęuis alienatio, vt diximus in hac parte Infpe.1. nu.20.cum feq.Item videtur quodammodo compromiffum fieri ex neceffitate dicti Capituli coniunctas perfonas vfque ad quartum gradum aftringentis ad compromiffum,vnde nec minus Laudimio locus eft,iuxta affatim tradita in d.Infpe.1.nu.13.

INSPECTIO LVIII.

Laudimium an exigatur ex locatione emphyteufis.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex locatione emphyteusis, & nu. 2. 5. & 8.*
3 *Emphyteuta locans emphyteusim inscio domino, an cadat à iure suo, & num. 7.*
4 *Locatio ad modicum tempus nullum transfert ius.*
6 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
9 *Locatio ad longum tempus quæ dicatur, remissiuè.*

1 COETERVM hęc species in quæstionem vocatur, † an ex locatione rei emphyteuticę valeat emphyteutarius exigere Laudimium; Menoch.cons.444.nume.10.& 15.vol.5.& in tract.de pręsumpt.lib.3. pręsum.105.nu. 8. simpliciter determinat quòd non cuius opinio Suaderi videtur eo potissimo fundamento, quia emphyteuta potest impunè fructus rei emphyteuticę distrahere pro tempore vitę suę, citra Laudimii solutionem, vt prædixi in hac eadem parte In sp.25. nu.6. cum sequ. Nos autem huiusmodi quęstionem distinctionis federe explanare de-
2 creuimus † quòd aut locatio est facta ad modicum tempus, & tunc nulla adest hę sitatio Laudimium non posse exigi, & isto in casu admittimus Menochi pronuntiatum, quandoquidem per simplicem locationē nullū dominium, nec possessio transfertur in conductorem, vt probatum reli-
3 quit Velasc.in tra.de iure emphy.quęst.20.nu.9.& 10. Nec † ex hac specie locationis factę irrequisito domino emphyteusis laqueo caducitatis
4 inuoluitur, † cùm per eam nec vtile dominium, neque possessio (vt dixi) transferatur in conductorem, vt docent Iaso. in l. fin.nu.112. C. de iure emphyt. Imola in Cap. potuit nu. 22. de locato. Corbul. de causa priuat. ob aliena. limit. 24. & in hoc neminem discrepare meminit Carroc. in tract.loca.& condu.tit.de iure emphyt.num.4. pag.87. in nou.impressi.
5 † Aut locatio est facta ad longum tempus, & tunc omni iure cogente ex ea debetur Laudimium, ità nuncupatim asserunt Spec. in tit. de locato §.nunc aliqua vers.123.Pet.Iaco.in tit.de actio.in rem pro re emphy. col.7.vers.item pretium. Nepita in cons.Cat.tit.29.nu.49.ab hac sententia non esse recedendum, tradunt Rimi.iun.con.251.nu.61.Solso.in simili tract.pręlud.4.nu.18.cum seq. Bertra.cons.155.nu.4. vol.7. Tyraquell.de retract.lignag.§.1.glo.14.nu.82. vers. ex ea quę Redo. de reb. eccles.non alien.quæst.11.vers. ista autem quinquagesima nu. 14. cum seq. Aluar. Velasc.in tract.de iure emphyt.quæst.29. nu.16. licèt ipse attenta stricta disputatione contrarium sentiat. Crauc. cons.337.num.10. vol.3.& cons.858.vol.5. Alex.cons.165.nu.1.vers.sed ita est lib.5. Cas-

san.

ſan.in Conſ.Burgu.tit.des cenſes §.7.nu.3.verſ.adde etiam, Caballi.Mil lelo.213.par.1.pag.877.Dec.conſ.204.nu.2.quem ſequitur Amede.in ſimili tracta.quæſt. 34. in princ.& in fine ibidem ſubdens quantitatem Laudimii eſſe iudicis arbitrio moderandam, non autem eſſe ſoluendam iuxta taxam venditionis, Affli. in cap. 1. nu. 61. de prohi.feudi alien.per ſede.Caual.dec.45.nu.65.in fine par.1.Sylue.in eius ſum.§. emphyteuſis nu.20.in fine lib.1.Carroc.in d.tract.ſub tit. de effect. locat. ad long.
6 temp. quæſt. 4. nu.5. pag. 55. † Ratio eſt quia iſthęc locationis ſpecies alienationem parit,ex eaque vtile dominium, ac naturalis poſſeſsio tranſ feruntur in conductorem, ſecundum præcitatos viros cui rationi addo. Nepitam in Conſ.Cat. tit.de conce.mari.& pat.alie.nu. 40. cum ſeq. & in titu.de prohib.alien.rei empte num.5.Maſcar.de probat. conſ.1236.
7 nu.107. † Neque per huiuſmodi locationem factam inſcio domino directo emphyteuta pœnam caducitatis euadit, in terminis tradit Alex. conſ.119.prope finem verſ.alia etiam ratione volu. 3. & conſ. 104. eo. vol.vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam vti veram latè tuentur.Bero.conſ.123.vol.1.Natta conſ.114.nu.3. Clar.in §. emphyteuſis quęſt.19.Nepita in d.tit.29.nu.50.Ruin.conſ.57.num.12.lib.1. Deci.conſ.204.nu.3.Velaſ.in tract.de iure emphy.quęſtio. 29. nu.23.
8 Corbul.affatim de cauſa priua.ob aliena.amplia.35.nu.2.Sed quid † dicendum ſit citra fraudem pepigerunt contrahentes, vt ex locatione emphyteuſis nullum ius reale transferatur in conductorem, ſed dumtaxat fructuum commoditas,& perceptio, num ſoluatur Laudimium, cōcludimus quòd non; vt ſpeciatim docent Puteus de reintegr. feud. pag.86. col.2.nu.1.cum ſequ. vbi ſubdit rationem qua tunc non dicitur alienatio,Bocr.dec.234.nu.5.Amede.in d.quęſt.verſ.quinimo. & in fine Solſon.in ſimili tract.prælu.4.nu.25.Velaſ.in tract. de iure emphyt. quęſt.
9 29.nu.7.verſ.licèt. Locatio † autem ad longum tempus quando dicitur facta habes plenè per Pinell.in l.1.Co.de bon.matern. par.3. nu.63. cū ſeq.Carroc.in prox. titu. & ex memoratis,per Corbul. in d. ampliat.35. nu.14.cum ſeq.Nepit.vbi ſupra ac per Velaſ. in tractat. de iure emphyt. quęſt.29.

INSPECTIO LIX.

Si conſumata alienatione emphyteuſis, ea recuperetur, an ſoluatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex alienatione emphyteusis, perfecta alienatione recuperatæ, & nu. 3. & 4. vbi declaratur.*

2 *Emphyteuta an priuetur iure suo, si post alienationem factam irrequisito domino, emphyteusim recuperat.*

3 *Vassallus alienans feudum inscio domino, an priuetur iure suo si illud recuperat.*

1 SED illud prætermittendum minimè existimaui, vtrum † emphyteuta post consumatam alienationem emphyteusis per actum facti traditione subnixam, purè citra reuendendi pactum celebratam, illam recuperans, debeatur domino Laudimium, respondemus quòd sic; vnũ scilicet Laudimium ex priori alienationem, alterum verò ex ipsa recuperatione, quandoquidem denegari non potest quin prior alienatio subsequuta traditione dicatur perfecta, & consequenter ex ea Laudimium soluendum est, vt in specie docent Io. Fab. in §. 1. nu. 2. Instit. de empt. & vẽdit. Solso. latè in simili tract. titu. de laude. dupli. col. 2. Acezinus in 2. tho. com. opin. nouiter impræssarum pag. 112. vers. tu dic. quia statim facta dicta alienatione fuit ius quæsitum domino ad consequutionem Laudimii, quod tolli nõ potest per redemptionem ipsius emphyteusis. Quem-
2 admodum † ex tali ratione emphyteutam priuari iure suo ob alienationem factam inscio domino non obstante recuperatione emphyteusis, fatentur Ripa in l. cum bona nume. 20. D. de priuil. credit Guid. Pap. cons. 192. nu. 1. Grat. cons. 133. nu. 2. vol. 1. Socc. Iun. cons. 20. nu. 38. vol. 1. Dec. cons. 160. col. fin. Corbul. de causa priua. ob alien. ampliat. 29. in princ. Montepic. con. 79. nu. 9. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæstio. 13. vers. sed quid Cuman. con. 41. col. 1. vers. illud etiam Cagno. in auth. qui rem nu. 23. Co. de sacrosan. eccles. Ias. in l. fin. nu. 135. Co. de iure emph. Bellacomba in 2. tho. commun. opin. nouissimè impræssarum pag. 108. vers. emphyteuta maximè si rem vti allodialem alienaret, quia tunc videtur domini proprietatem contendere, Bero. consil. 102. nume. 58. &
3 sequen. vol. 1. Rolan. à Vall. cons. 17. nũ. 12. & 20. lib. 2. † Quo verò ad recuperationem quòd pariter ex ea debeatur Laudimium, docet in terminis Tyraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 39. eo potissimo fundamento ductus, quia ille vltroneus discessus à priori alienatione dicitur spontaneus, sortiturque vim alterius nouæ alienationis, pro cuius dicti corroboratione facit quòd in simili scripsi ex eodem Tyraquell. & cæteris grauissimis Viris in hac eadem parte Inspe. 50. num. 7. cum seq. ad quæ me remitto,

4 remitto, † Declaratur tamen nostra principalis traditio non habere locum, si emphyteuta ante perfectionem contractus alienationis etiam sequuta traditione emphyteusim recuperasset; vt expressim cōsuluit Cels.
5 Hugo cons. 60. nu. 16. & 24. Quemadmodum in tali casu † vasallus ipse inspecta æquitate non amittit feudum, illud recuperans, incōtinenti post traditionem, vt probat Curt. Iun. de feud. par. 4. causa vlti. reg. 1. q. 13.

INSPECTIO LX.

Ex alienatione rei datæ in Coloniam an debetur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex alienatione rei datæ in Coloniam.*
2 *Colonus partiarius quis dicatur.*

1 AT illud postremo huius partis loco inspiciendum fore duxi, an † colonus partiarius habens prædium in Coloniam sub annua fructuū præstatione domino prædii debenda, si alienauerit ius suum teneatur soluere Laudimium, breuiter concludimus quòd non; vt in specie docet par. de Puteo de reintegra. feud. pag. 57. col. 3. nu. 8. cum seq. vbi testatur ita seruari in Regno Neapolis ea verissima ratione ductus, quia in huiusmodi alienatione non exigitur domini consensus, cuius intuitu soluitur
2 Laudimium, rursus suadetur, pius sententia quandoquidem ipse † colonus dissimilis est emphyteutæ, cùm respectu fructuū loco socii habeatur cum domino prædii ad commune lucrum, & damnum, vt meminit Carroc. in tractat. locati, & condu. sub titu. de remissio. merced. quæstio. 4. nume. 4. idemque asseuerat ex nonnullorum authoritate Velasc. in tracta. de iure emphy. quæst. 30. nume. 3. vers. aut verò, & nu. 4. vbi propterea infert quòd ex contractu huiusmodi coloni partiarii nascitur actio pro socio, non autem ex locato, & consequenter nullitatiam verificatur dispositio l. fin. C. de iure emphyt. quæ requirit alienationem rei emphyteuticæ, vt locum sibi vendicet Laudimii solutio, quicquid sentiat Corbul. de caus. priua. ob alien. ampli. 40. & hæc quò ad secundam partem breuiter dicta putamus.



MAVRI BVRGII IVRISCONSVLTI CATANENSIS, TRACTATVS DE LAVDIMIO

Pars Tertia



INSPECTIO I.

Iudex competens quis sit in exactione Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij solutio subrogatur loco assensus domini.*
2 *Clericus pro iure Laudimij soluendo an possit conueniri coram iudice laico, & nu.4.*
3 *Ius petendi Laudimium est reale, & sequitur possidentem.*
5 *Clericus conuenitur coram ecclesiastico vt ostendat instrumentum acquisitionis emphyteusis.*
6 *Iudex ecclesiasticus an sit competens laico pro Laudimio debito ecclesiæ, vel Clerico, & nu.7.8. & 9.*

CITRA

CITRA ea quæ in superiori parte ex quibus nã alienationibus Laudimiũ deberetur hactenus præscripsimus, núc aliqua circa eiusdẽ Laudimii exactionem emergentia sub ordine obseruare lõgè vtilia fore censui, eo magis quòd
1 nouus † emphyteuta soluens domino directo Laudimiũ non indiget assensu in alienatione, cùm Laudimium loco assensus subrogetur, vt ore Mari. Frezz. loquar. in lib. 2. feud. nu. 82. pag. 119. Quin immo dixit Bursa. cons. 171. nu. 56. vt ratione Laudimii quod domino ex soluitur tenetur ipse dominus licentiam alienandi emphyteusim cõcedere. Et quia sæpenumero in iudiciis hæsitatio euenire solet circa fori competentiam, igitur primo loco huius postremæ partis enodandum
2 existimaui quis sit iudex competens in causa Laudimii, & an † clericus debitor in iure Laudimii valeat coram iudice laico conueniri, & præsupposito quòd quæstio Laudimii sit terminanda per iudicem ordinarium loci in quo emphyteusis sita est, vt per Iason. in l. 1. num. 79. Co. de iure emphy. Roma. cons. 212. nu. 6. in 2. dubio. Amed. in simil. trac. quæst. 91 in fine dico quòd Cassan. in Cons. Burgun. des retraict. rub. 11. §. 1. ver. Loz. nu. 9. pag. 1369. determinat quòd sic; quia omnes res sunt de terri-
3 torio Regis † & istud ius petendi Laudimium ex quo concomitatur rẽ, & debetur à possidente rem, vel ab eo qui illam tenuit, & possedit dicitur 5
4 reale. † Sed circumscripta Cassanei, & sequacium opinione totum oppositum verius esse censeo. Quandoquidem clericus ante humanam legem à iurisdictione seculari iure diuino est exemptus, secundum communem opinionem quam sequuntur Couarr. lib. pract. q. cap. 31. nu. 1. Caualc. 6 dec. 37. nu. 31. par. 1. Nepita in Consue. Cat. tit. 74. nu. 4. magis communem testatur Burs. con. 42. nu. 2. & con. 93. nu. 20. Simo. de Præt. consi. 161. nu. 11. Vasqu. de success. creat. § 22. nu. 58. Villalob. in suis com. opin. vers. Clerici nu. 69. Vin. in suo lib. 1. com. opin. vers. Clerici à pote- 7 state, siue conueniatur actione personali, siue reali, etiam pro rebus patrimonialibus Maran. in suo spec. aur. par. 4. distin. 11. nu. 2. testatur cõmunem opinionem Villalob. in suis com. opin. vers. Clericus nu. 70. Alpha. collect. 642. Canarl. in tracta. de exec. instru. quæst. 57. id extendens 8 dato quòd Clericus succeslerit laico debitori, cui pronunciato accedit Coua. in d. lib. cap. 8. nu. 5. Tyraquell. de retra. lignag. §. 32. glo. vnica nu. 80. Rolan. à Valle cons. 23. nu. 12. cum seq. vol. 2. & extant in hoc Siciliæ Regno Cap. Regis Ferdin. 37. tit. vt remitta. cleri. cap. ad iudi. ecclesia. 9 incohat. per eundem Regem confirmatum in Cap. 125. sub tit. de remiss. ad forum circa pers. eccles. Cap. Regis Alpho. 415. tit. quòd perso. ecclesi. non possi. iudic. Prag. 1. tit. de foro compet. par. 1. Cap. Regis Carol. 48. tit. quòd Cleri. constitut. in sacr. ordin. non conue. per iud. sec. At hodie nullus

nullus clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici, niſi beneficium eccleſiaſticũ habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui eccleſiæ de mãdato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel in Vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur, vt elicitur ex Sacroſan. Conci. Triden. Cap. 6. Seſſ. 23. Nauarr. in eius ſumma cap. 27. nu. 79. & 81. Did. Perez. l. 2. titu. 18. lib. 8. ord. Viualdus in explanat. Bullæ Cenç DOMINI caſu 19. nu. 120. Flamin. Charta. in tract. de exec. ſent. cap. bannito cap. fin. nu. 203. Viuius d. lib. com. opin. verſ. clerici etiam non habentes, Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 302. nu. 14. vol. 1. vbi ait ita ſeruari in praxi, & in terminis quòd clericus non poſsit conueniri coram iudice laico pro iure Laudimii, docet Amed. à Ponte in ſimili tract. q. vltima, vnde iuri communi inſpecto vanam Caſſanei opinionem cenſeo, licèt in Regno Franciæ iure optimo procedat, vt admonet idem Tyraquell. in prædic. glo. num. 81. Quòd adeo militat vt nec etiam de conſenſu epiſcopi ſui poteſt clericus iuriſdictionem iudicis laici prorogare, ex Gram. dec. 29. nu. 9. & 10. Cape. Tholo. 126. in fine. Capra in tractat. de prorog. conclu. 1. nu. 15. Iab. Sbroz. in tra. de vica. epiſco. lib. 2. quæſt. 203. nu. 4. Surdus in tra. de alim.
5 tit. 7. quæſt. 37. nu. 49. Et † ſucceſsiuè ex prædictis allucinatum eſſe Caſſan. puto, ibidem aſſerentem quòd coram iudice tantùm laico debet conueniri poſſeſſor emphyteuſis ad exhibendum inſtrumentum acquiſitionis ipſius rei, vt cognoſcatur quantum pro iure Laudimii ſit petendum,
6 iuxta eà quæ dicemus in Inſpe. 3. Sed quid è conuerſo † num laicus valeat conueniri coram eccleſiaſtico vt ſoluat Laudimiũ; & dicimus quòd ſic; ſi conueniatur pro iure Laudimio debito eccleſiæ, vel clerico vti clerico, teſtatur communem opinionem Ozaſcus dec. 31. num. 3. & 6. & in
7 ſpecie Amedeus à ponte in d. q. uæſt. † Quemadmodum poteſt conueniri ipſe laicus coram eccleſiaſtico, ſi erit obligatus ſoluere Laudimium domino cum iuramento, quia iuramentum accumulat forum foro, ita Conſett. in tract. de iure iura. nu. 33. Seraphi. latè in tract. de priuil. iura. priui.
8 67. ibidem nonnullas ſubdens limitationes, † vel quando eſſet conſuetudo in contrarium conueniendi ſeculares coram eccleſiaſtico, vt per Caualc. in repert. dec. par. 1. verſ. debitor penſionis quamuis è conuerſo talis conſuetudo non valeat, vt probat Rebuff. tit. vt laici non conue. corã
9 iud. eccleſ. nu. 20. par. 3. Rurſus † poterit adiri ipſe eccleſiaſticus contra laicum ſi fortè Laudimii ius ſit relictum ad pias cauſas, ex Glo. in Cap. relatum de teſtam quam ſequũtur Couarruuias ibi in fine. Tiraq. de priu. piæ cauſæ priuil. 149. Mara. de or. iud. par. 4. diſt. 11. nu. 6. in fine.

IN-

INSPECTIO II.

Ius exigendi Laudimium num sit fauorabile, & cessibile.

SVMMARIVM.

1 *Ex actio Laudimij est fauorabilis.*
2 *Ius exigendi Laudimium est cessibile.*
3 *Ius percipiendi Laudimium dicitur esse in bonis.*
4 *Dominus potest alienare ius suum inscio emphyteuta.*
5 *Emphyteuta tenetur soluere Canonem cessionario domini.*
6 *Cessionarius dicitur creditor.*
7 *Exceptiones obstatiuæ cedenti, obstant etiam cessionario, & nu.8 vbi limitatur.*
9 *Soluens cessionario domini liberatur à debito Laudimij.*
10 *Soluens Laudimium domino quod alteri cessit, an & quando liberetur.*

RVRSVS præsentis Inspectionis speculatio bimembris erit, prima num ius exigendi Laudimium fauorabile sit vel odiosum, (cuius rei vtilitas est vt sciatur an in dubio pro, vel contra ius Laudimii sit pronuntiandum.) Altera an sit cessibile, primam igitur capiendo dico
1 vnà cum Menoch.cons.444.nu.42.vol.5.† quòd fauorabile est, quoniã fuit introductum ad inuitandam liberalitatem eorum multa bona possidentium, vt aliquam eorum partem in emphyteusim concedant, & ipsi in signum liberalitatis, vel pro parte pretii exigant Laudimium, & quamuis intuitu noui emphyteutæ (qui ad Laudimium tenetur) possit dici onus, attamen cùm id onus sit à lege approbatum, ac in vim pacti temporæ inuestituræ emphyteuticæ deductum, ob id odiosum minimè nuncupari potest. Sed aduertendum est, in dubio Laudimium non deberi iudicandum esse, vt probat Craue.con.464. nu.7. cùm causa iuris Laudimii
2 odiosa sit ex eodem Craue.con.372.nu.20.† Circa verò secundam speculationem itidem affirmatiuè respondemus, vt iure optimo emphyteutarius possit cedere quouis titulo dictum ius exigendi, & consequendi Laudimium ei competens, vel competiturum, vt expressè legitur in addit.ad Pet.Iaco.in tit.de act.in rem pro re emphyt.col.8.vers.prælationis in prin.Socc.Iun.cons.70.nu.6.lib.3.Boer.id sentiens in cons. Bitur.tit.
3 des coust.des fiez.§.23.glo.1.col.2.† Istud enim ius Laudimii percipien-

di

di dicitur esse in bonis, non obstante quòd præsentialiter non debetur, cùm spes sit deberi casu alienationis emphyteusis contingente, vt admonent Afflict. in lib. 3. feud. de prohib. feudi alien. per Feder. §. illud quoq; nu. 10. vers. ius enim Rimin. Iun. con. 481. num. 123. ratio est quia nuda spes cedi potest, Surd. in tract. de alime. tit. 9. quæst. 22. nu. 7. Quemad-
4 modum† & ius suum directum ipse dominus cuicunque voluerit distrahere potest, etiam emphyteuta inconsulto, nisi adsit pactum vel consuetudo in contrarium, vt affatim more suo probat Corbul. de causa alien. limit. 11. Nec ipse emphyteuta in tali alienatione aliis præfertur, vt in fa-
5 cti contingentia bis fuisse decisum Neapoli testatur Anna sing. 150.† Et cessionario ipsius domini omnino nouus emphyteuta Laudimium tenetur soluere, si cessio Laudimii fuit acceptata durante vita cedentis secundum Plot. con. 42. nu. 4. Cassane. con. 7. Quemadmodum, & eidem cessionario debet solui ius Canonis si ei cessum fuerit, vt per eundem Cor-
6 bul. de causa priua. ob non solut. Cano. ampli. 19.† Corroborantur præmissa quia cessionarius verè dicitur creditor, etiam in statutis, ac fruitur cunctis prærogatiuis quibus cedens vti poterat ante cessionem, Carroc. in tra. de deposito par. 1. nu. 51. pag. 46. Maranta in rep. l. si actor nu. 20. D. de procu. communem testatur opinionē Suarez. in suo thesa. recept. sent. sub. Litera C. nu. 47. Cumia in Cap. 29. Rit. nume. 1. fol. 148. & in Cap. 25. nu. 26. pag. 139. Duenna reg. 277. nu. 3. Straphy. de priui. iura. priuil. 77. nu. 31. Noni cons. 84. nu. 1. Foller. sup. Bulla ver. tanquam res
7 num. 26. Asin. de exec. cap. 18. Item omnes † exceptiones quæ possunt opponi contra cedentem, pariter obiici possunt contra cessionarium, vt
8 placuit Surdo cons. 4. nu. 7. Machiello patro. 28. nu. 29.† nisi esset cessionarius ex causa onerosa. Baptist. Mart. in cons. diuers. cons. 37. num. 24.
9 lib. 1. Corneus cons. 45. nu. 17. vol. 1. Gab. cons. 155. nu. 5.† & per solutionem factam ipsi cessionario etiam post reuocationem cessionis liberatur ipse nouus emphyteuta, nisi ei fuerit notificata reuocatio per publicum instrumentum, Bert. in suo repert. ver. debitor soluens nu. 25. Si-
10 cuti † cessante scientia cessionis in personam ipsius emphyteutæ debitoris in iure Laudimii iure optimo fieri valet solutio domino directo vigore directarum actionum, Hieron. à Laure. dec. Auenio. 99. in fine, secùs si interuenit vnum de quibus l. 3. Co. de nouat. secundum Corbul. in d. amplia. 19. nu. 2.

IN-

INSPECTIO III.

Dominus an possit agere contra emphyteutam vt exhibeat instrumentum alienationis, vt consequatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an cogatur à domino vt ostendat instrumentum alienationis emphyteusis causa exigendi Laudimium.*
2 *Emphyteuta an tenetur ostendere domino instrumentum, emphyteuticũ, & nu. 3. & 4.*
5 *Identitas debet probari à domino agente contra emphyteutam.*
6 *Res quælibet præsumitur libera, & allodialis.*
7 *Identitas probatur duobus confinibus.*
8 *Identitas quò pacto probetur, relatiuè.*
9 *Pluralitas debet probari per allegantem.*
10 *Recognitione an probetur dominium directum.*
11 *Dominus recognoscens quem in emphyteutam, an sibi præiudicet in Laudimij exactione.*

ALIENATA emphyteusi, vtrum dominus possit petere à veteri, 1 † vel a nouo emphyteuta vt ei ostendat instrumentum, alienationis causa cognoscendi, & probandi quantum pro iure Laudimii sit exacturus, & concludimus quòd sic freti authoritate Amed. à Ponte in simili tract. quæst. 44. Cassan. in Cons. Burgu. de retract. rub. 11. §. 1. num. 9. vers. sed quæro, & in tit. des censes rub. 11. §. 1. vers. amē-2 de vers. sed iterum ¶ Sicuti eidem domino emphyteuta tenetur instrumētum suæ inuestituræ ostendere si requisitus fuerit, alias si se emphyteutā fatetur, & negat se illud habere potest obiter à domino expelli, quasi præsumatur emphyteusis finita, vt docet ex Bald. Angel. in l. pretor ait §. huius edicti nu. 1. D. de edendo Abbas cons. 74. num. 1. lib. 1. Marc. dec. 607. nu. 3. par. 1. Velasc. latè in tract. de iure emphy. quæst. 8. nu. 10. cũ seq. & in quæst. 38. nu. 14. Corbul. de causa priua. ex eo quòd emphy. nō 3 ostend. dom. instrum. renoua. num. 1. † nisi emphyteuta probaret se per annos triginta canonem soluisse, secundum Corbul. ibi nu. 2. Socc. cōs. 4 50. nu. 14. volu. 4. † vel si iustam causam ignorantiæ haberet, quia alteri successisset, secundum Anguisso. consil. 13. nume. 20. Vela. in d. tractat.

quæst. finali nu. 6. Costa in suis memor. vers. emphyteuta vbi etiam aliis modis limitant. Item potest ipse proprietarius petere vt emphyteuta designet possessiones pro quibus præstat affictum, & si hoc recusat facere præsumitur in eius odium quòd affictum præstat pro omnibus bonis suis ex Ias. in l. 2. nu. 173. C. de iure emphyt. Velas. in tract. de iure emphyt. quæst. 51. nu. 5. & in quæst. 38. nu. 31. vbi etiam ex Ioan. de amic. cons. 122. num. 2. hoc limitat nisi longissimo tempore possederit Peregri. de fideicom. art. 44. nu. 23. & de priuil. fisci sub titu. de his quæ spect. ad ord. iud. nu. 19. Sed nostra conclusio tunc demum procedere censemus
5 † si ex parte ipsius domini plenè probetur idemtitas rei quam asseritis emphyteuticam esse, cùm ei expediat onus probandi, ex Masca. in tractat. de prob. cons. 874. nu. 11. Menoch. cons. 495. nu. 1. vol. 5. & in tract.
6 de præsum. lib. 6. præsu. 15. nu. 2. Quando quidem † quælibet res præsumitur allodialis, & libera Natta cons. 634. nu. 7. cum seq. par. 3. Mascar. d. tract. con. 601. nu. 1. vol. 2. Anna sing. 663. Alcia. con. 160. nume. 26. Cassan. cons. 66. nu. 3. Velas. in d. tra. quæst. 51. nu. 1. Menoc. d. tract. lib.
7 3. præsu. 91. & præsum. 101. in princ. † Cuius rei identitas rectè probatur per expresſionem nominis loci duobus saltim concurrentibus confinibus, secundum communem opinionem quam sequuntur Rolan. cõs. 67. nu. 15. lib. 2. Viui. dec. 231. nu. 2. Petra de fideicom. quæst. 13. num. 137. idem amplians, etiam si variatio, vel incertitudo sit in situ, & aliis cohærentiis, & numero mensuræ terræ, Machell. patroc. 17. nume. 1. Surd. cons. 44. nu. 20. Meno. cons. 409. nu. 84. Bursa. cons. 80. nu. 3. cum seq.
8 & cons. 106. num. 23. † nec non ex aliis modis collectis per Masca. in d.
9 tract. cons. 874. cum sequ. & Menoc. de præsu. d. præsu. 15. † Sicuti vice versa ipsi emphyteutæ incumbit onus probandi pluralitatem, si in ea se fundat, ex Craue. cons. 198. nu. 4. Corn. cons. 144. col. 3. circa finem vol. 4. Cepha. cons. 657. nu. 31. Rimin. Iun. cons. 59. nu. 44. Meno. in d. præ-
10 su. 15. nu. 2. Masca. d. tra. con. 1174. nu. 57. † Rursus ipse dominus probare poterit rem esse emphyteuticam per recognitionem formiter factã in præsentia ipsius domini, vel notario stipulante pro eo, quia tunc iure optimo probabitur rem esse emphyteuticam, & recognitum esse dominum directum non solùm in præiuditium recognoscentis, verùm etiam omnium successorum vniuersalium, & singularium, vt placuit Petro Folle. in d. Pragm. vers. huiusmodi nu. 87. maximè in ecclesiasticis, quàmuis de laicis posset dubitari, vt voluit Menoch. cons. 409. nu. 7. cum seq.
11 lib. 5. de quo etiam verba faciam sub. Inspect. 12. † Sed incidenter quæro si dominus cogat emphyteutam vt eum recognoscat in dominum, an ipse recipiens, & admittens confesſionem domini in præiudicet sibi in iure Laudimii ante confesſionem debiti, dico quòd non; quia talis
confes-

confessio cùm tendat in fauorem ipsius domini, non debet in odiũ emphyteutæ conuerti, & per consequens dicta admissio, & receptio confessionis non est, nec esse potest præiuditialis, & grauatoria domino, directo in cuius fauorẽ fit, vt in spetie tradit Sosso. in simili tra. cellu. 8. nu. 50.

INSPECTIO IIII.

Declinatoria fori an vtatur persona priuilegiata actrix, vel conuenta pro Laudimio.

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona actrix, vel conuenta pro debito Laudimij an valeat forum Principis eligere.*
2 *Priuilegium l. vn. Co. quando imper. an cesset cessante causa miserabilitatis.*
3 *L. 1. Co. quan. impe. an procedat lite contestata coram ordinario, & nu. 4 vbi declaratur.*
5 *Consors litis num vtatur priuilegio consortis, & nu 6.*
7 *Miserabilis si conuenitur tanquàm hæres, an vtatur priuilegio suo.*
8 *Priuilegium ciuitatibus concessum pro causis diffiniendis non derogat l. vn. Co. quan. impe.*
9 *Miserabilis an vtatur priuilegio suo, si agit ex iure cesso.*
10 *Renuntiari an possit l. vn. Co. quan. imper.*
11 *Penitentia an locum habeat facta declinatoria per miserabilem.*
12 *Laicus an possit conueniri coram ecclesiastico à miserabile.*
13 *Vicario an sit permissa miserabili, & quoties.*
14 *Euocatio causarum miserabilium personarum, an poßit fieri in secunda instantia.*
15 *Miserabilis an vtatur priuilegio suo contra æque miserabilem.*
16 *Iudex competens actori debet eligi in fori declinatoria.*
17 *Miserabilis proponens declinatoriam an debeat iurare se perhorescere potentiam aduersarij.*
18 *Probatio incontrarium an admittatur contra iuramentum de perhorescẽtia aduersarij.*
19 *Consi. Vrbis Catanæ sub tit. de perso. crean. offic. in vers. item si quis qualiter intelligatur.*
20 *Miserabilis persona quæ dicatur, remißiuè.*
21 *Iudex declinatus non cognoscit de viribus declinatoriæ.*

QVO-

QVOTIDIANAM Inspectionem enucleare necessariũ visum
1 est, † vtrũ alienata emphyteusi in miserabilem personam quæ cùm est conuenta à domino pro soluendo Laudimium valeat vti priuilegio suo proponendo declinatoriam fori Principis, & Magnæ Regiæ Curiæ, regulariter respondentes fatemur quòd sic; etiam si sit actrix ex loco cliuoso in l.vn.Co.quandò impe.inter pupill. & vidu. Quam regulam am-
2 pliationibus & limitationibus subordinare decreuimus, & primò † ampliatur procedere etiam si post litem ceptam coram supremo Magistratu cessaret penitus miserabilitatis causa, vt ex Carauita.tradit Tessau.dec. 177.nu.4.Gram.in Const.Regni statuimus nu. 11. & ibi Marin.in add.
3 idem sentit Cumia in Cap.38.Ritus nu.2.pag.287.† Secundo ampliatur procedere, si coràm ordinario iudicium ceptum sit, & lis sit contestata, magis communem assero ex nonnullis collectis per Tessau. d. dec. nu.6. & 7.Bologni.in authe.habita Co.ne filius pro pat.nu.226. Natta cons.
4 590.nu. 15. Nisi lis † esset contestata per authores miserabilium personarum, vt meminit Seba.Medic.in tract. mors omn. sol. par.2.conc.46.
5 † Ampliatur tertio in consortibus litis cùm eisdem miserabilibus personis, quoniam dictum priuilegium eis prodesse asserunt Cum. in d. Cap. nu.476.Seba.Med.in tra.de reg.iur.par.2.reg.4.nu.32.Natta cons.590. nu.16.fatetur communem opinionem Maurit.in tract.de resti. in integ. cap.185.nu.4.Cagno.in l.1.nu.44.D.de iurisdict.omn.iudi. Capic.dec. 173.Boui de stat.vrb.præscrip.glo.19.nu.284.Couarr.in lib.pra.quęst.
6 cap.7.in fine, Tessau.d.dec.nu.5.† Quod sanè intelligitur quando causa est indiuidua aliàs secùs, vt considerauit Maurit. in dicto cap. 185. cum
7 seq. Quarto † ampliatur etiam si miserabilis persona conueniatur tanquàm hæres, seu succeditrix ex contractu eius prædefuncti, quia etiam tali in casu poterit vti priuilegio suo, secundum Gram.in d.Consti. nu.12. Bart. & Angel.in l.hæres absens & ibi Glo.D.de iudic. Couarr.in d.lib. cap.8.nu.4.Massa.de oblig.ad form.Came.pag.47.in fine, & ita patro-
8 cinando aliàs obtinuimus. † Ampliatur quinto dictum priuilegiũ procedere, si ciuitates, & oppida immediate Principi subiecta haberent priuilegia vt omnes causæ pro prima cognitione in eis diffiniantur, ita Tessau. d.dec.nu.9.Cumia in d.Cap.nu.457.quia priuilegium huiusmodi miserabilium personarũ est clausum in corpore Iuris, & summa nititur æquitate cui non potest derogari, nisi expressim de absoluta Principis potestate, secundum eos & per Rebuff.de sent.proui.art.3.glo.vlti.nu.34. Boui de stat.vrb.præscript.glo.28.nu.5. Affli.in const.statuimus nu.15. Am-
9 pliatur sexto † si miserabilis persona ageret ex iure cesso proueniente ex causa lucratiua, circumscripta tamen fraude vel simulatione, ex Afflict. in Const.Regni statuimus nu.25.cum seq.Carauit.in Rit.Neapol.228. nu.5.

nu.5.Cum.in cap.Ritus 82.nu.16.cum seq.Io.de Amic. cons.24.num.
24 Nec præmissæ ampliationi obstat Cons.Cata. sub titu. de iure cesso. quia dicta Consuetudo loquitur de priuilegiis extra iuris corpus, non autem de priuilegio miserabilium personarum, quod est clausum in corpore iuris (vt dixi) ita in specie tradit Nepita in d. titul. de iure cesso nu. 5.
10 † Septimo ampliatur habere locum, datò quòd miserabilis persona expressè renuntiaret memorato priuilegio, cùm nullatenus valet dicta renuntiatio quia facilè ex modico dato renuntiarent, Rebuff. in d. glo. nu. 38. Natta cons. 590. nu. 15. Viui. dec. 65. nu. 2. lib. 1. Tessau. d. dec. nu. 2. & 5. Rebuff. in tra. de sente. artic. 3. glo. vlti. nu. 38. tho. 1. Neuiza. in sua sylua nupt. lib. 6. nu. 37. vbi multos recenset; quicquid dixerit Aret. cōsi.
11 102. nu. 3. † Sicut non licèt eos penitere vna semel quòd forum declinauerint, vt docet Alex. post Bal. in l. de die §. fin. nu. 6. D. qui satisda. coga.
12 Octauo ampliatur † vt intuitu dicti priuilegii valeat persona miserabilis conuenire laicum debitorem in iure Laudimii coram ecclesiastico, Mara. de ord. iud. par. 4. dist. 11. nu. 9. Cumia in Cap. Ritus 38. nu. 479. Rebuff. de sent. prouis. art. 3. glo. vlt. num. 30. Nono & postremo ampliatur
13 † quòd eisdem personis miserabilibus pluries variatio erit licita circa fori electionem, Afflic. in d. const. nu. 26. quem sequitur Cumia in d. Cap. 38. nu. 461. idem affirmat Carauita in Rit. Neap. 228. nume. 17. Scaglio. etiam in Rit. Neap. 230. nu. 4. Vrsill. ad Afflict. dec. 257. nu. 2. quicquid dixerunt Iaso, in l. quod iussit nume. 44. D. de re iud. Bal. in authe. habita. nu. 35. Co. ne filius pro pat. vbi Bologn. nu. 215. Tyraquell. in l. boue §. hoc sermone nu. 23. D. de verb. sign. fi. Limitatur modo nostra principa-
14 lis regula multis ex modis, & primo † non procedere secundum aliquos nisi in prima tantùm instantia, non autem in iudicio appellationis, Couarr. lib. pract. quæst. 7. in prin. & num. 4. vers. primus etenim casus Rebuff. de sent. prouis. art. 3. glo. vlt. nu. 20. Cumia in d. Cap. 38. num. 477. vbi fatetur ita aliàs in facti contingentia determinasse, quia appellatio gradatim est proponenda secundum eos. Sed contrarium teneant Tessau. dec. 177. nu. 8. Caraui. in Rit. Neap. 19. num. 20. (quorum sententiæ accedimus) nam dicta eorum ratio qua fundantur ex falsa ex quo talibus personis miserabilibus conceditur appellatio ommisso medio, secundū
15 Tessa. & Cara. vbi supra, & ita obtinuimus. † Limitatur secundo nō procedere si quæstio Laudimii vertatur inter æque miserabiles personas, vt tradunt Couarr. d. cap. 7. Carauit. in Rit. Neapo. 67. & 228. Caualc. dec.
16 30. nu. 170. vbi etiam hoc diuersimodè sub limitat. † Tertio declaratur nec minus procedere, nisi ipse personæ miserabiles. In declinatoria fori eligant iudicem actori, vel reo competentem, vt fuit decisum Neapoli tēpore Regis Federici de communi voto omnium Consiliariorum, teste

Afflicto

17 Afflicto dec.257.nu.4. & 5.& ibi Vrsill.qui subdit rationes. † Quarto fallit regula nisi miserabiles personæ iureiurando asseuerent timere poteñtiam aduersarii, secundum Afflict.in d.const.statuimus nu. 26. id reputans menti esse tenendum Couarr.in d.l.b.quæstio.6. nu.1. Cumia in d. Cap.38.nu.469.Scaglio.in Rit.Neap.46.nu.2.Tessau. dec.177.nu.13. Carauit.in Rit.Neap.228.nu.4.& 18.Graua.in addit.ad Vestri.in pract.
18 Roma.lib.3.cap.8.nu.13. † vbi etiam quærit num contra tale iuramentum admittatur probatio in contrarium cui addo Paul.de Montepic.cõ. 88.nu.13.Seraphi.de priuil.iura.priuil.7.num.28.At in hac Clarissima
19 Vrbe Catanæ † stante Cap.Consu.sub tit.de perso. crean. officia.versi. item siquis, obseruatur quòd viduæ, vel pupilli, seu eorum tutores possint declinare forum Magnæ Regiæ Curiæ absq; dicto iuramento, quoniam per dictam consuetudinem est derogata dicta Regni Const.statuimus, quæ exigit iuramentum prędictum, stante illa taxatiua (*dummodo*) vt apostillando scripsit Io.Guglie.sangin.in d.Cap. Consuet. per doctr. Meno.de arbit.iud.casu 86.num.28.idem voluit Cumia in d.Cap.Ritus
20 num.470. † Miserabiles enim personę quę sint, habes ex Caraui.in Rit. Neap.19. Alphan.Collect.350.Masca.in tra.de probat.conf.1061.Capra conc.30.Tessau.d.dec.nu.1.Scaglio.in Rit.Neapo.230. sub nu.2.& Docto.in d.l.1.Co.quan.impera.inter pupill.vidu.& miserab.perso. Re
21 buff.de sent.prouis.art.3.glo.vlt.nu.2.cum seq. † Sed aduertendum fore existimaui quòd facta declinatoria fori ex priuilegio d. l. vnicę iudex declinatus eo ipso habet manus ligatas circa cognitionem virium ipsius declinatoriæ, sed eorum cognitio spectat iudici electo per personam miserabilem, vt ex sententia Iser.docet Nepita in Conf.Cat.tit.2. num.16. pag.58.& iuxta hanc sententiam in facti contingentia obtinui.

INSPECTIO V.

Redimens emphyteusim ex pacto reuendendi, an soluat Laudimium emptori.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur soluere Laudimium emptori stante pacto reuendendi, & nu. 3. vbi ampliatur.*

2 *Emptor tenetur soluere Laudimium ex venditione facta cum pacto de reuendendo, remissiuè.*

4 *Cautela nè venditor teneatur reficere Laudimiũ emptori tẽpore reuẽditionis.*

5 *Lau-*

9 *Laudimium si non fuit solutum per emptorem, an illud emptor valeat recuperare à venditore redimente.*

1 VTRVM † si emphyteusis vendatur cum pacto de retrouendendo
2 infra certum præstitutum tempus, (ex qua venditione † nouus emphyteuta, seu emptor persoluit ius Laudimii iuxta ea quę diximus in præcedenti parte sub Inspect.50.nu.1. cum seq.) Si ea redimatur per veterē emphyteutam stante pacto prædicto, teneatur emphyteuta vnà cū pretio soluere Laudimium solutum per dictum emptorem, hanc quæstionē ad partes disputando docuit Cagnol.in l.2.C.de pact.inter emp. & vendit.nu.236.& tandem in vers.retenta hac opinione concludit Laudimiū solui debere subdens ibidem ita esse in facti contingentia decisum, quandoquidem in damno, & iactura remaneret ipse emptor, qui Laudimium soluit ex necessitate contractus, hanc eamdem conclusionem sequuntur Tyraquell.de retra.conuen.§.6.glo.2.nu.3.Redo.de reb.eccles.non alie.quæst.11.nu.9.Neuiza.cons.88.nu.17.cum seq.Amed. in simili tracta.
3 q.37.insuper quæritur.Solso.in simili tract.cellu.10.nu.73.Quæ † adeò procedunt etiam si dicatur quòd fiat retrouenditio pro eodem pretio, quia nomine pretii venit interesse, quod est ius Laudimii, secundum eūdem Cagno.in d.nu.vers. & facit Surdus in tract.de alimen.tit.2. quæst.15.nu.157.& in tit.9.quæst.2.nu.8.Cumia in Cap. 21. Ritus num.36.
4 † Vnde cautela emphyteutæ vendentis cum dicto pacto est vt conueniat cum emptore, vt tempore reuenditionis non teneatur soluere Laudimiū per dictum emptorem solutum, si cupit se immunem esse à tali solutio-
5 ne, vt expendit Cagno.ib. in vers.nec obstat. † Quemadmodum immunis à solutione prædicta est ipse venditor non soluendi Laudimium emptori, si ipse emptor ex aliquo iure immunitatis, ex persona sui competentis non soluit ius Laudimii, vt ex Boer.dec.231.nu.3.tradit Amed.in d.quæst.in fine.

INSPECTIO VI.

Deponens Laudimium an liberetur ab illius solutione.

SVMMARIVM.

1 *Depositum Laudimij an liberet emphyteutam à solutione illius.*
2 *Caducitas num euitetur, si ius Canonis depositatur.*

3 *Depositi tantum operatur quantum solutio.*
4 *Depositum vt valeat, quæ requirantur, & nu. 8.*
5 *Oblatio verbalis quando admittatur.*
6 *Depositum est nullum si emphyteuta promisit soluere Laudimium in pecunia numerata.*
7 *Depositum fieri non potest per obligatum soluere cum iuramento.*
9 *Depositum refutatum si pereat, cuius periculo perit, & nu. 10.*

1 SI notius † emphyteuta deponat pecuniam pro iure Laudimii debitam nomine domini directi, vtrum ex illius consignatione, & depositione sit liberatus à solutione Laudimii, regulariter respondendo dicimus quòd sic; per iura in l. obsignatione Co. de solut. l. item liberatur §. qui paratus vbi Glo. 1. quib. mod. pig. vel hypo. tacitè contr. l. acceptam Co. de
2 vsuris. † Quemadmodum per oblationem, & depositionem iuris canonis emphyteuta pœnam caducitatis euadit, Iul. Clarus in §. emphyteusis quæst. 8. vers. pone quòd emphyteuta, Socc. cons. 118. in fine lib. 4. Dec. cons. 650. nu. 15. testatur hanc esse communem opinionem Corbul. de
3 causa priua. ob non solut. cano. limit. 37. nu. 1. † Depositio enim Laudimii tantùm operatur quantùm vera solutio, vt notat Bart. per illũ tex. in l. creditor Co. de pigno. & in l. 1. Co. qui pot. in pigno. hab. Viu. dec. 192. nu. 4. lib. 1. Crosi. con. 47. nu. 3. maximè si in Curia. vbi ageretur vigeret stylus faciendi depositum, secundum eumdem Viui. d. dec. nu. 1. licèt vulgò dicatur non soluere eum qui deponit, nec restituere, vt per Carroc. in
4 trac. de deposito par. 2. q. 65. † Sed sanè præmissa militant subsequentibus requisitis ad vnguem concurrentibus, nempe quando dominus directus creditor in iure Laudimii est absens, secùs si est præsens, quia tunc depositio nequaquàm prodest emphyteutæ deponenti, ita consuluere Gozad. cons. 71. Ias. cons. 9. nu. 15. lib. 1. Carroc. in d. par. quæst. 68. Nisi dominus dolosè recusaret pecuniam pro iure Laudimii debitam, quia tunc sufficit depositio, & habet vim solutionis, ac liberationis; iuxta text. not. in §. illud quoque in Auth. vt exact. instr. dot. Tyraquell. de retra. ligna. §. 9. glo. 3. nu. 3. Carroc. in d. quæst. 68. & ita practicari tota die in palatiis testatur Iaso. in l. sancimus pup. 14. Cod. de iudic. l. 2. vbi Sylu. in primo not. Co. de vsur. Immo plus dico † quòd eo casu mediante di-
5 cta expressa recusatione sufficit verbalis oblatio, ex magis communi opinione quam defendunt Cassan. cons. 113. col. 1. Gab. in lib. 3. com. cóc. tit. de solut. conc. 8. Ludouic. decis. perusin. 105. nu. 6. par. 2. veriorem esse dicit Ruin. cons. 113. col. 1. volu. 1. & in cons. 49. col. fin. vol. 2. Carroc. in tract. de oblatio. sao titulo de oblat. verb. par. 1. nu. 4. & 5. & in tract. de depon.
6 par. 2. quæst. 15. † Nisi forte ipse emphiteuta esset obligatus soluere Laudimium

dimium in pecunia numerata, quia tunc pecunia manualiter debet solui ipsi domino, non autem offerri, Rolan. cons. 52. num. 42. cum seq. lib. 1. Cumia in cap. 93. Ritus nu. 17. Ruin. con. 188. nu. 1. vol. 1. Natta consil. 60. nu. 3. & 4. con. 54. nu. 6. & con. 344. nu. 1. Carroc. in d. trac. de oblat. par. 1. tit. de oblat. verba. quęst. 2. in fine Ias. con. 216. col. 2. lib. 2. & cõs.
7 9. vers. nono vol. 1. † Quod dictum fortius procedit si talis obligatio sit iureiurando vallata, ex Goza. cons. 27. nu. 28. & cons. 32. nu. 9. Brun. in tra. de cessio. bono. in 4 par. princ. quæst. 34. Seraphi. de priuil. iura. priu.
8 74. nu. 33. à Vall. dicto cons. 53. num. 47. † Insuper redeundo, requiritur vt valeat depositum quòd sit factum integrè, in pecunia numerata currenti in Regno, penès eum apud quem iudex super hac re aditus deponi mandauerit, parte pręsente, vel notificata, tempore idoneo, purè, ac liberè, circumscripta quauis conditione, & reseruatione seu inuolutione, secundum Mozz. in tra. de deposito tit. de substa. seu essent. & form. depo. nu. 20. Meno. de arbitr. iudi. lib. 3. centu. 3. casu 232. Carro. in tract. loca. & condu. tit. de oblat. pag. 265. col. 4. in nou. impræss. Corbu. de causa
9 priuat. ob non solu. cano. limit. 37. nu. 5. cum seq. † Non omittam referre quòd si huiusmodi depositum Laudimii sit refutatum per emphyteutarium, periculo ipsius emphyteutarii, perit si ex euentu litis constabit illud fuisse refutatum legitima non subsistente causa, vt probant Tyraquell. de retra. conue. §. 4. glo. 6. nu. 34. Dec. con. 543. nu. 21. & con. 668. Abba.
10 con. 56. col. 1. lib. 1. Secùs † si illegitimè factum sit, quia tunc damno deponentis cedit, ita Bonius in tra. de cens. art. 98. circa finem.

INSPECTIO VII.

Vendita emphyteusi pro libera ab omni onere, an extendatur ad onus Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Vendens emphyteusim pro libera, an censetur vendita libera à iure Laudimij, & nu. 3.*
2 *Dictio (omnis, & quicunque) quid importat, & nu. 7.*
4 *Onus soluendi Laudimium causatur ex iuris facto.*
5 *Laudimium debetur ex natura contractus emphyteutici.*
6 *Oneris appellatione, intelligitur de onere imminente tempore contractus.*

1 SED quid dicendum in hac specie, † vtrum vendens emphyteusim
pro franca, & libera ab omni & quocunque onere, talis conuentio
vendicet sibi locum ad onus Laudimii, videtur quidem respondendum
quòd sic; quandoquidem Laudimii solutio est onus, vt probauimus in
prima parte Inspe.3.nu.8. & 9. maximè si emptor non fuit certioratus à
venditore rē subiici oneri Laudimii, vt facere debet, ex Sola in com. Du-
ca. sub au. tit. de iure emphyt. glo.1.nu.31. pag.33. tanto magis concur-
2 rentibus † illis verbis (omni & quocunque) quę sunt vniuersalia, & om
nimodam generalitatem includunt, quę aliàs regulariter minimè inclu-
deretur, vt de vniuersali (omni) docent Sylue. in §. ostendimus num.14.
Insti. de suspe. tuto. Rimmal. in rub. Instit. quib. alie. lic. vel non nu.179.
Craue. cons.214. Hyero. à Laure. dec. Auenio.110. num.1. & dec. 124.
nu.3. & de vniuersali (quocunque) probant Socc. cons.15. nu.37. vol.
1. Alex. con.95. nu.6. vol.7. Caualc. dec.5. nu.2. Rimi. Iun. con.61. nu.
12. vol.1. Gigas in tract. de pensio. quęst.97. nu.3. & quęstio. 66. nu. 1.
Alcia. cons.80. nu.2. Ias. cons.124. vol.4. Ozas. dec.94. nu.9. Io. Botta
con.10. nu.23. Ciosius con.108. num.3. vol.1. Nepita in cons. Cat. pag.
110. nu.20. Gomes. in reg. cancell. de annali posse. quęstio.3. in princ. eo
maximè quòd dicta verba geminatè concepta leguntur, vnde efficaciter
aliquid debent sortiri, ex collectis per Masca. in tractat. de probat. cons.
3 838. vol.2. Sed † oppositam sententiam de iure censemus veriorem, vt ta
lis conuentio ad onus Laudimii haud extendatur, sed tantùm ad onera
4 imposita ipsi emphyteusi, his verissimis rationibus, quandoquidem † hu-
iusmodi onus soluendi domino Laudimium non causatur ex facto ven-
ditoris, vel eius authoris, sed ex legis ministerio, vt elicitur ex l. fin. Co. de
iure emphyt. quę astringit emptorem rei emphyteuticę ad soluendū Lau
dimium ob consensum ipsius domini, & nouę inuestiturę ac immissio-
5 nis in possessionem emphyteusis. † Rursus suffragatur nostra proxima
sententia, eo axiomate quòd Laudimium soluitur ex natura contractus
emphyteutici, secundum Bursa. cons.161. nu.35. vol.2. & latius dixi sub
6 Inspe.5. nu.13. par.1. † Item dicta conuentio porrigit suos effectus quò
ad onera existentia tempore contractus, l. quęro §. inter locatorem D. lo
cati, Laudimium autem debetur perfecto contractu alienationis emphy
teusis, ratione nouę inuestiturę à domino faciendę, vt elicitur in d. l. fin.
& ibi vna voce Doctores, vnde nullifariam ad onus Laudimii verificatur.
7 † Nec quicquam obstat argumentum pro contraria parte relatum, nā
licèt Laudimium sit onus, tamen id intelligitur intuitu emptoris seu noui
emphyteutę, non autem venditoris. Item est onus odiosum, & exosum
quod minime debet extendi, nisi ad ea quę scripta sunt, etiam data idem-
titatem rationis, secundum Solso. in simili tract. cellu.1. nu.26. & cellu.7.
nu.23.

nu. 23. vers. sed debetur. Neque dictiones prædictæ vniuersales in aliquo obstant, quia recipiunt, restrictionem procedere in casibus à iure expræssis, secundum Sylue. ibi nu. 15.

INSPECTIO VIII.

Compensatio an admictatur aduersus petitionem Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit obijcere compensationem contra dominum petentem Laudimium.*
2 *Compensatio habet vim solutionis, & nu. 3.*
4 *Emphyteuta an liberetur à caducitate si obijciat compensationem.*
5 *Statutum loquens in solutione, verificatur in compensatione.*
6 *Statutum excludens omnes exceptiones præter solutionis, non excludit compensationem.*
7 *Compensationis exceptio an admittatur in Bulla.*
8 *Compensatio non admictitur de frumento ad pecuniam.*
9 *Compensatio non opponitur de debito liquido ad illiquidum.*
10 *Compensatio non admictatur in causa depositi.*
11 *Compensatio non admictitur cum debito alimentorum.*
12 *Compensatio non admictitur contra executionem instrumenti.*
13 *Compensationem obijcitur contra debitum iuratum, & nu. 14.*
15 *Compensatio debet opponi ope exceptionis subsequuta declaratoria.*
16 *Dominus si vtatur iure retentionis, an possit compensare debitum soluendo pretium.*

1 QVAESTIONIS est† an nouus emphyteuta conuentus vt soluat Laudimium valeat obiicere exceptionem compensationis aduersus dominum debitorem in aliqua pecuniarũ summa eidem emphy-
2 teutæ, regulariter loquentes dicimus quòd sic; quoniam † compensatio vim solutionis sortitur, l. si debitor D. qui pot. in pig. hab. l. amplius D. rem rat. hab. Tyraquell. de retra. ligna. §. 3. glo. 3. nu. 2. Gigas in tract. de pensio. quæst. 92. nu. 1. Ias. post alios in §. in bonefidei nu. 62. Instit. de act. Seb. Medic. in tra. de compens. in præf. nu. 2. Ludo. dec. perus. 15. nu. 9. par. 1. Surdus in tract. de alimen tit. 3. quæst. 7. sub nu. 21. Anguisso. con. 262. nu. 2. vol. 1. & con. 218. sub nu. 26. Mozz. de contra. titu. de pi-

gno.

gno.quomo.resol.nu.10.pag.55.Carr.in trac.loca.& conu.tit. de cõ-
3 pensa.nu.21.pag.261.innou.impressi.id † maxime procedere asseuerans in causis summariè, & de plano sola facti veritate inspecta, Caualc. dec. 9.nu.11.par.1.Grat.con.121.nu.12.lib.1. Quemadmodum ex Pragmatica summariè omnes causæ in Regno terminari debent, præter in ea
4 exceptæ. Item facit † quòd emphyteuta qui ius canonis soluere cessauit iure suo non priuatur, si erat creditor domini in eadem quantitate, vel maiori etiam si infra biennium, vel triennium illam non opposuerit, si modo sit paratus compensare, ne res emphyteutica cadat in commissum Anna.alleg.80.nu.5.Surdus in tract.de alimen.titu.1.quæst.42.nu.86. testatur communem opin.Benint.dec.37.nu.22.Tyraquell.in l.si vnquã vers.reuertatur nu.15.Co.de reuo.donat.Vrsill.ad Affli. dec.121.nu.1. Socc.Iun.con.147.nu.4.vol.1.Natta con.352.num.9.Ruin.con.162. nu.15.vol.5.Rimin iun.con.165.nu.15.vol.2.Cepha.con.47.nu.49.
5 vol.1.Corbul.de causa priua.ob non solu.cano.limit.5.nume.1. † Esto quòd ius Laudimii debeatur ex forma statuti requirentis solutionem, Paul.de Cast.cons.328.col.1.lib.1.Tyraquell.in d.glo.nu.2.Seraphy.de
6 priuil.iura.priuil.74.nu.96.† Dictumque statutum reiiceret omnes exceptiones præterquàm solutionis, Guid.Pap.dec.209.in fine Barba. cõs. 35.col.4.in fine vol.4.Meno.alios recensens in tracta. de præsum.lib.2. præsu.48.nu.34.cum seq.Goza.cons.69. nu.2. ita practicari fatetur Io. Bapt.Alin.in sua pract.Cap.31.§.46.num.2.Bauer.de effect.iuram.nu. 33.Carroc.in d.rub.nu.28.Ozascus dec.92.nu.12.Medic.in tra.de com
7 pen.par.1.q.25.nu.20.& latius in par.2.quæst.20.† Quamuis in terminis Regiæ Pragma.de cens.hoc non sequimur, cùm ea excipiat solutionem realem, veram, ac naturalem, compensatio autem est ficta solutio, vt nuncupatim asseuerant Boniornus ibi in vers. solutionis, & Foller. in vers.quæ quidem executio nu. 54. & magis communiter Nostrates ibidem Surdus in dicto tit.quæst.1.nu.69.Meno. de præsu.nu.35.Anguisso.con.120.nu.3.Bursa.con.123.nu.19. Bal. in l.in ea quæ in fine Co. de compensario.Boer.cons.14.nu.2.& 10.Crotus in l.4.§.cato nu.71. D.de verb.oblig.& cæteros recensimus in nostro Tracta. de Notorio in præfat.sub num.41. quicquid sentiat idem Medic.in eadem parte quæst. 47.nu.2. Multipliciter enim nostrum principale pronuntiatum declara-
8 tur, & primo † quando creditum ipsius emphyteutæ non esset eiusdem generis quòd recipiat functionem in genere suo, vt puta si est creditor domini in frumento, vel vino, & non in pecunia, prout ipse emphyteuta reperitur, vel non in eadem quantitate, vel maiori pecuniæ summa, vt colligimus ex Maran.in suo spec.aureo par.4.distin.6.num.2.in fine Fano. in tract.de pigno.par.5.mem.5.nu.11.Surd.in d.tract.titu.6. quæst.15.
nu.12.

nu.12. Angel.in §.in bonefidei nu.4.Instit.de actio. Socc. Iun. cons.11. nu.19.vol.2. Ludo.dec.perus.15.nu.5.par.1.Corbul.de causa priua. ob non solu.can.limi.5.nu.2.Medic.in d.tra.par.1.quæst.2. † Secundo fal-
9 lit non habere locum quãdo debitum Laudimii siue debitum ipsius emphyteutæ esset illiquidum, vel obiter liquidari non possit, quia tunc nec minus locus est compensationi, Affl.dec.381.nu.6.Carro.in d.tit.num. 25.Seba.Medic.in d.par.1.quęst.13.Cumia in Cap.24. Ritus nu.3.
10 † Tertiò limitatur nisi debitum quod debet dominus emphyteutę descẽderet ex causa depositi, siue sit in specie siue in quantitate, eo quia deposi tum debet restitui in forma specifica, l.fin.Co.de compensa.Ias.in d.§.in bonefidei nu.10.cum seq.Cumia in Cap.9.Ritus num. 9. & in Cap.19. nu.19.Seraph.de priui.iura.priuil.74.nu.88.Medic.post Tynda. & alios
11 in d.par.1.quęst.15.† Quarto fallit si debitum quod consequi debet dominus proueniret ex causa alimentorum, quia tunc compensationi locum esse minimè existimamus, cùm alimenta dilationem non recipiant,
12 ita Medic.in d.par.1.quęst.14.Guid.Pap.dec.439.in fine.† Quinto limitatur nisi compensationem opponeret ipse emphyteuta aduersus rei iudicatę, vel instrumenti executionem, ex Capic.dec.167.nu.1.Villalob.in suis com.opi.de communi aiens in litera C.nu.109. Lancell. in tract.de attent.par.3.cap.24.quęst.28.nu.2.Roman.cons.76. nume.3. maximè
13 quia in huiusmodi instrumentis iuramentũ vniformiter apponi solet † cu ius calore nec minus compensatio opponi potest contra debitum iuratum, ad latè collecta per Anna alleg.80.nu.3.Giga.in tract.de pensio.q. 92.nu.12.Medic.in d.par.1.quęst.23.nu.3.& latius in quęst.25.& quæstio:47. num.2. testatur hanc esse communem opinionem Seraph.in.de priui.iura.priuil.74.nu.36.Hyero.á Laure.dec.auennio.111. nu.3.Ludouicus dec.perus.15.nu.7.Alpha.in suis collect. nu.986.Silua. consil. 40.nu.23.communem quoque fatetur Alex.cons.91.col.2.vers. secundo vol.2.Suare.in thesa.recep.sent.sub litera C.nu.151. Carro. in tract. loca.& condu.tit.de compens. nu.4. vbi testatur magis communem esse Anguiso.cons.218.nu.26.& latè per Gab.de iureiura.conc.7.Quę sententia fortius viget in foro poli ex ęquiori ac tutiori opinione quam se-
14 quitur idem Seraphy.d.tract.priui.84. nu.128. † Quod sanè recipiendũ venit si debitum sit contractum ante iuramentum de soluendo, secùs si postea, quia tunc iure optimo admittitur compensatio. ex communi opi nionem Canonistarum, & Legistarum quam sequitur Ozascus dec. 92. nu.33 & 34.& per Seraphy.de.i.priuil.74.nu.143.Cauale. dec.9.nu.11. par.1.Grauet.in tit.de iureiurando cons.7.nu.5.Grat.cons.12.nu.5.par. 1. Paris.con.131.nu.41.vol.1.Tiraque.de retra.sangui.§.3.glo.3.nu 6. Silua.cons.40.nu.23.Medic.in d.par.1.quęst.25.nu.21. cum seq. Vlterius

rius animaduertendum duxi antequàm ab hac Inspectione habeamus,
15 quòd adhoc † vt compensatio pariat effectus suos exigitur hominis propositio,& sic ope exceptionis fieri debet secundum communem opinionem Viu.lib.1.com.opi.vers. compensatio. Blanc. de compro. quęst.4. nu.109.Tyraquell.de retra.ligna.§.3.glo.3.num.8. Guid.Pap.dec.221. nu.2.Seraphy.de priui.74.nu.136.Purpu.con.310.nu.5. Carroc. in d. nu.17.Medic.in d.tra.par.2.quęst.21. ac etiam iudiciaria declaratio,Se-
16 raphy .d. priui.nu.124.† Neque pręteream quòd dominus directus si ytatur iure pręlationis,poterit obiicere compensationem emptori de debito liquido ei debendo,etiã ex alia causa quam ex re vendita, vt per Solsc. in simili tract.quęst.3.princ.nu.9.

INSPECTIO IX.

Confinium renouationem, an valeat petere dominus, vt facilè consequatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an teneatur renouare confines, vt casu alienationis eueniente facilè dominus exigat Laudimium,& nu.3.& 4.vbi declaratur.*

2 *Ampliatur in possessore rei censui Bullari obnoxia.*

1 EVENIENTE varietate confinium † vtrum emphyteutarius possit compellere emphyteutam vt primęuam concesionem ratam habeat cum appositione, & commemoratione nouorum confinium, ne propter eorum varietatem dubitetur de idemptitate emphyteusis tempore exactionis,Laudimii, & breuiter respondemus quòd sic;ex Alexan. & Bal.in l.fin.nu.31.D.de damn.infec.Natta cons.382.nu.2.par.2.Ruinę
2 cons.50.num.15.lib.1.† Quemadmodum in possessore rei subiugatę ad annuum censum Bullarem constitutum est,vt per Bonium. de censi.lib. 1.art.60.nu.92. in fine. Nec in huiusmodi renouatione soluendum est ius Laudimii,quia non exigitur noua inuestitura,ita Solso. in simili trac.
3 cellu.11.vers.aliquando ista. † Quę catenus vera existimamus,quatenus per dominum directum vel subiugatarium summariè sit probatum dominium eius directum per testes, vel recognitionem factam per emphyteutam possessorem illius rei,iuxta ea quæ dicemus sub Inspe.12.præsen-
4 tis partis. † Verùm quòd si emphyteusis est certa de per se,non puto renouationi confinium locum esse, cùm isto in casu non requiritur de-

mon-

monſtratio per confinia, vt ex Bar. & Decio expendit Hyero. de Mon. de fini. regen. cap. 22. nu. 4. Nam quod patet expræſsé non eſt probare neceſsè, & nulla eſt melior probatio quàm loci euidentia, quæ nullo legis calore excluditur, ſecundum eum d. tra. cap. 30. nu. 4. quod latius extolli in meo Tract. de Noto. par. 1. nu. 2. cum ſeq.

INSPECTIO X.

Emptor moleſtatus pro Laudimio, an agat de euictione contra venditorem.

SVMMARIVM.

1 *Euictio an habeat locum ſi conuenitur emptor emphyteuſis pro iure Laudimij.*

2 *Euictione vt agatur, quæ requirantur.*

3 *Modeſtia non infertur quando petitur id quòd venit ex natura contractus, nec locus eſt euictioni.*

4 *Moleſtia non infertur ſi actio experitur iure permittente.*

5 *Euictio non datur pro iure orto poſt venditionem.*

6 *Emphyteuſis ſi euincatur, an Laudiminm ſolutum repetatur.*



1 QVID † ſi emens emphyteuſim conueniatur a domino vt Laudimium ſoluat, vtrum ipſe emptor valeat ſe dirigere contra vendito-
2 rem † actione euictionis, eum laudando ac ei litem motam denuntiando, actaque moleſtie exhibens, (iuxta practicam quam regulariter docet obſeruari. Cagnol. in l. venditor nu. 4. D. de iudi. quam ſequitur multos adducendo Teſſau. dec. 218. nu. 1. & latè Hyero. à Laure. dec. auenio. 111. nu. 7. teſtantur communem eſſe opinionem Viuius lib. 1. com. opi. verſ. venditor, & dec. 372. nu. 1. lib. 2. Craſſ. in lib. 1. com. opin. cap. 13. q. 4. & ſcripſi latè in meo Tracta. de Notorio par. 3. effectu 79. in princ. maximè ſi contra emptorem ſit lata condemnatoria tranſacta in rem iudicatam, iuxta aliam ſententiam quam expendunt idem Teſſau. dec. 85. nu. 3. Anguiſſo. con. 273. nu. 1. vbi etiam ait quòd neceſſariò requiritur abdicatio rei Becch. con. 106. nu. 44. & dixi in d. meo Tract. eadem parte effec. 67. nu.) & concludimus quòd non; eo axiomate quod tribus potiſsimis fundamentis ſubſtinetur, primò quia Laudimii ſolutio originem ſumit ex natura contractus emphyteutici, vt probauimus in hac
3 eadem parte Inſpe. 7. nu. 5. At † quando aliquid petitur quod prouenit

ex natura contractus, molestiam minimè inferri certi iuris est, ergo &c. probatur enim consequentia ex Alexa. in l. quod de bonis num. 6. D. ad leg. falci. Carroc. in tract. loca. & condu. nu. 35. pag. 196. in nou. impress. Neque locus est euictioni, Tyraquell. de retra. sang. §. 1. glo. 9. nu. 55. & in d. retra. in fine nu. 97. Craue. cons. 24. nu. 1. Aret. cons. 3. nu. 1. Craue. con. 211. nu. 6. testatur communem Curt. Sen. consil. 49. col. 7. vers. ad decimum. Petra de fideicom. quæst. 14. num. 39. Secundo Laudimii ius præstandum est ab ipso emptore emphyteusis, vt probauimus sub par. 1. Inspe. 3. in princ. vnde sequitur quòd nec minus dicitur molestari ipse
4 emptor, † quia molestia non dicitur inferri si aliquid petitur iure permittente, secundum Carro. in d. folio nu. 36. Rebuff. in concord. fol. 634. & in proposito facit Meno. in tract. de præsum. lib. 3. præsu. 38. nu. 4. cum seq. Seraphin. de priuileg. iura. priuileg. 74. nume. 43. & 45. Surd. in tract. de alimen. tit. 9. quæst. 26. nu. 28. Rimi. Iun. con. 551. nu. 28. Tertiò actio pro consequutione Laudimii datur domino perfecta venditione emphyteusis, subsequuta noua inuestitura cum immissione possessionis
5 vt diximus in d. par. 1. Inspe. 7. nu. 7. cum seq. † Sed pro iure competente post venditionem non datur actio de euictione, vt voluerunt Anna allega. 87. nu. 13. Tyraquell. de retra. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 35. meritò omni-
6 fariam concludendum est in hac specie euictioni locum haud esse. † Sed quid si emphyteusis pro cuius inuestitura fuit solutum Laudimium obiter euincatur à creditoribus hypothecariis condam emphyteutæ venditoris, quæ emphyteusis sit ad instantiam dictorum creditorum subhastata, & vltimo emptori plus offerenti liberata, an primus emptor à quo res fuit euicta repetere valeat à domino Laudimium ei solutum, concludo vnà cum Solso. in simili tract. cellu. 8. nu. 39. quòd non ex multis rationibus vtibi per eum, vbi etiam subdit tali casu aliud ius Laudimii solui debere per vltimum emptorem.

INSPECTIO XI.

Cessio bonorum an admittatur aduersus debitum Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum an admittatur contra debitum Laudimij.*
2 *Cessio bonorum an admittatur, si ea fuit renuntiata cum iuramento, & nu. 3. vbi ampliatur.*

4 *Ces-*

4 *Cessio bonorum locum habet si debitor est carceratus.*
5 *Creditor renuntians iuri incarcerandi, impedit cessionem bonorum.*
6 *Cessio bonorum admissa citatis aliquid creditoribus an extẽdatur ad alios non citatos.*
7 *Emphyteuta potest vocare dominum in cessione bonorum coram iudice suo.*
8 *Causa originalis magis attenditur, quàm accidentalis.*
9 *Cessio bonorum qualiter fiat, remissiuè.*

1 VTRVM † nouus emphyteuta valeat cedere bonis, si reperitur carceratus pro debito Laudimii, quod se obligauit soluere domino via executiua, concludimus quòd sic, ex Rebuff. de lite oblig. art. 2. glo. 1. nu.
2 76. Bruno. de cessio. bon. quæst. 3. princ. num. 4. etiam † si instrumento obligatorio renuntiasset beneficio dictæ cessionis bonorum cum iuramento, secundum magis communem opinionem quam sequuntur Alcia. in Cap. cum contingat nu. 69. de iureiura. Villalob. in suis com. opin. sub litera I. nu. 146. & in litera O. nu. 7. Suarez in suo thesa. recept. sent. litera C. nu. 41. Cumia in Cap. 95. Ritus nu. 3. cum sequ. Guid. Pap. dec. 271. nu. 1. Machell. patro. 42. nu. 3. Iaffred. dec. 4. cent. 1. Vitalis in tract. claus. pag. 525. Tessau. dec. 36. nu. 4. Seraph. de priuil. iura. priuil. 91. nu. 3. hanc esse veriorem, & magis communem fatetur Couarr. lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 7. (licèt ipse perpetaim contrarium censeat) Nepita in cõs. Cati. tit. 27. nu. 2. & esse communem opinionem Canonistarum, & Legistarum, & secundum eam pluries esse iudicatum testatur Carroc. in trac. de oblat. par. 2. quæst. 10. nu. 67. cum seq. Gramma. in Rit. Neap. titu. de instru. & eorum præse. nu. 18. tanquàm veriorem, & crebriorem sequitur Becc. cons. 10. nu. 4. cum seq. Pet. de Grego. super Bulla q. 6. priui. 8. illat. 3. in fine vbi subdit rationem quia huiusmodi beneficium cessionis
3 bonorum est clausum in corpore iuris. † Quod fortius procedit data notoria paupertate, & mendicitate ipsius emphyteutæ, secundum Becc. d. consi. nu. 7. & alios quos recensui in meo Tracta. de Notorio par. 3. effe.
4 34. † Secùs autem si ipse emphyteuta non molestaretur à domino pro debito Laudimii, quia tunc beneficio dictæ cessionis bonorum vti non potest, quandoquidem cessionis beneficium est miserabile, & subsidiarium ex eo indutum vt debitor carcere euitare queat, Machell. d. patroc. nu. 6. Suarez in tit. de los gouiernos nu. 13. pag. 822. fatetur hanc esse cõmunem opinionem Simonc. in tract. de decr. lib. 2. tit. 6. Inspe. 15. nu. 1.
5 † Quemadmodum neque cedere potest si dominus renuntiauerit iuri suo incarcerandi emphyteutam, quia ratio carceris cessat, ob quam fuit inducta cessio, Bal. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. num. 17. quem sequitur, vti

communiter receptum Machell. d. patro. num. 6. Sed incidenter † quæro
6 num cessio bonorum admissa citatis aliquibus creditoribus apparentibus, sortiatur effectus suos etiam quò ad dominum directum non citatum exinde apparentem, quamuis emphyteuta cedens eisdem non vocatis tempore conuentionis debitι confiteatur; dic quò d sic; ex Guid. Pap. cons. 124. vers. secundo par. 2. Gab. in tit. de citatio. conc. 1. nu. 494. Sed contrarium puto verius esse quò d immo talis cessio haud noceat aliis creditoribus in citatis, & in auditis, ex Barchino in pract. cancell. aposto.
7 vers. an cessio vbi testatur ita practicari vidisse. † Et est adeò priuilegiatum hoc flebile ac miserabile refugium cessionis bonorum quò d si forte emphyteusa sit debitor ecclesiæ, vel clerico in iure Laudimii, eos vocare
8 potest coram iudice laico ipsi emphyteutæ competente, † quia magis attenditur causa originalis quàm accidentalis, nam origo naturalis indicat, vt emphyteuta conueniatur coram iudice suo, non autem coram ecclesiastico, vt expressim tradunt Alex. cons. 103. vol. 5. nu. 7. cum seq. Guglielm. de Benedi. in Cap. Raynutius vers. & vxorem col. 1. de testam. para.
9 pag. 91. Qualiter † enim perficiatur cessio bonorum, per quos, & quibus in casibus, (ex quo non est noster principalis Scopus) me remitto ad Cap. Regni, Regis Alpho. 196. Regis Ioan. 24. Regis Ferdin. 10. ac Regis Caroli 65.

INSPECTIO XII.

Ex recognitione an emphyteutarius exigat Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debetur ex mera recognitione, emphyteutarij, & nu. 6.*
2 *Dominium directum, an probetur ex recognitione, & nu. 16. & 17.*
3 *Recognoscere idem est quòd confiteri.*
4 *Confessio est maior probatio aliarum probationum.*
5 *Recognitio facta coram tabellione stipulante pro domino recognito probat dominium.*
7 *Emphyteusis qualiter probetur, remissiuè, & ibidem ex libris Laudimiorum ecclesiæ.*
8 *Ius exigendi Laudimium reale est.*
9 *Recognitio an probet dominium si agatur actione reali.*
10 *Recognitio quando probat dominium ad exigendum censum, & nu. 11.*

12 Re-

12 *Recognitio reuocatur constito de errore recognoscentis.*
13 *Dominium non transfertur ex mera recognitione, & nu. 14.*
15 *Recognitione licèt non transferatur dominium, causatur tamen dominij probatio.*

1 PRAETEREA quæro † an emphyteutarius recognitus vti dominus in instrumento alienationis emphyteusis, possit vigore dictæ recognitionis absque primæua concessione seu inuestitura emphyteutica se dirigere contra nouum emphyteutam pro exactione Laudimii. Vide-
2 tur tenendum quòd sic; quandoquidem † per recognitionem, & confessionem huiusmodi iure optimo probatur dominium directum eius cui fit recognitio aduersus recognoscentem, ex sententia Guid. Pap. consil. 177. nu. 1. & cons. 179. nu. 4. Craue. cons. 20. nu. 11. & cons. 154. nu. 5. Ripa respo. 128. nu. 3. & in l. si aliquam rem nu. 42. cum seq. D. de acqu. posse. Mascar. in tra. de proba. conc. 544. nu. 7. vol. 1. & conc. 603. nu. 37. vol. 2. vbi ait hoc teneri per omnes in d. l. si aliquam. Bursa. con. 27. nu. 4. Celsus con. 56. nu. 6. Velasc. de iure emphyt. quæst. 9. nu. 18. vbi testatur de magis recepta in praxi opinione Petra de fideicom. quæst. 13. nu. 301. cum seq. Ancha. cons. 310. col. 2. Marsil. in rub. Co. de proba. num. 254. cum seq. Ruin. cons. 50. nu. 1. vol. 1. Meno. cons. 409. nu. 7. vol. 5. Gugl. de Bene. in Cap. Raynuntius vers. ex vxore nu. 450. de testam. par. 1. pag. 149. maximè in antiquis, etiam contra tertios possessores habentes ius, & causam ab ipso recognoscente, Socc. con. 11. vol. 3. Ripa in d. l. si aliquam nu. 42. Ruin. con. 50. nu. 13. vol. 1. Craue. con. 217. nu. 7. & latius con. 434. Velascus in loco præcit. Marc. dec. 609. nu. 81. Guid. Pap. dec.
3 272. nu. 2. vers. ita pluries Masca. d. conc. num. 11. † Recognoscere enim
4 & confiteri eadem est sententia, Iaso. cons. 65. col. 1. vol. 3. † Et nulla est melior ac superlatiua probatio, quàm propiæ oris confessio, ex Masca. in dicto tract. conc. 7. nu. 3. cum seq. vol. 1. Viui. dec. 61. nu. 8. lib. 2. & plenissimè nonnullos in hanc sententiam cumulaui in meo Tract. de Noto-
5 rio parte 1. nu. 174. † Quod fortius procedit, quia isthæc recognitio, & confessio fieri ad solet coram tabellione stipulante pro recognita parte, vt ex quotidiano vsu esse approbatum probat Bald. cons. 261. nu. 2. par. 2. & voluit Folle. sup. pragm. de cens. vers. huiusmodi nu. 87. Oppositam
6 nihilominus † sententiam existimo esse substentabiliorem, quam nuncupatim amplectitur Marc. dec. 292. par. 2. vbi ait quòd per solam recognitionem generalem non iustificatur intentatio domini directi ad consequendum Laudimium, nisi probaretur, & iustificaretur quòd tempore talis recognitionis ipse emphyteutarius habebat ius directi dominii.
7 † Quod qualiter probatur habes ex Mascar. in d. tract. conc. 602. vol. 2.

& per Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.105. maximè ea præcipua probatione ad nostram materiam pertinente,nempe ex libris Laudimiorum ecclesiæ continentibus nomina emphyteutarum, & solutiones Laudimiorum contra ipsos soluentes,vt probatum reliquit ex Roma.& De-
8 cio.Velas.in tract.de iure emphy.quæst.9.nu.29.† Item ius exigēdi Lau
9 dimium est reale,vt dixi in parte 1.Inspe.9.nu.2. Vnde sequitur † dominium non probari per recognitiones contra recognoscentem, vel habentem ius & causam ab eo,secundum com.opin.quam tradit Purpu.cons. 574.nu.6.vers.aut recognoscens vol.2.Non obstat ideo argumentū pro
10 contraria parte adductum.† Quandoquidem locum sibi vendicat in casu suo, quando agitur ad instantiam domini directarii ad exigendum ius canonis à nouo emphyteuta, vel vt iterum illum recognoscat in dominū constito recognitum habere dominum tempore recognitionis, ex Guid. Pap.dec.272.nu.3.dec.24.cons.46.nu.1.& in sing.876. in fine Cassan. in Cons.Burg.tit.des censes §.3.vers.censen.nu.4.pag.1395. Id reputās
11 perpetuò notandum Craue.cons.57. nu. 3. & † quòd legitime constet de origine & natura ipsius emphyteusis, ad latè collecta per Caualc.in tract.de vsufru.mul.relicto nu.237.& dec.43.nu.56. in repert. decis.1.
12 par.vers.emphyteuta recognoscens,& in ver.instrumētum in fine † aliàs si constaret rem non fuisse recogniti sed esse recognoscentis scilicet illius qui se accollauit soluere ius canonis, tanquàm erronea talis recognitio reuocatur,nec res recognita efficitur ob id emphyteutica, vt plenè probat Corbul.de causa priua.ob non solut.cano.amplia.39.nu.12.Meno. con.1.nu.88.& con.86.nu.96.& con.378.nu.58.& con.395.nu.47. cum seq. id amplians esto quòd scienter facta sit à sciente rem esse allodialem. Error enim impedit consensum, vnde dominium à tali errante
13 haud eradicatur,ex Gab.cons.161.nu.29.† Quinimmo dicta recognitione parum refragante semper remanet dominus, Guid.Pap.d.dec.272 num.2.Purpu.cons.6.nu.24.vol.1.latè Surdus cons.135.Ratio est quia
14 † dominium nullatenus quæritur medico recognitionis,sed interueniēte rei traditione cum titulo habili ad dominii translationem, vt docent omnes vna voce per illum tex.in l.traditionibus Co.de pact. & in l.cum falsa Co.de iuris & facti ignora.Io.Crot.cons.34.nu.19. Alpha. in suis collect.nu.183.Gab.cons.62.nu.4.Sim.de Præt.cons.199. nume.3. & cons.204.nu.3.Mascar.in tract.de probat.conc.537.nu.2.Bursa. cons.
15 330.nu.79.vol.3.Sed dumtaxat est † huiusmodi recognitione inducitur dominii probatio, sicuti seruatur in confessione extraiudiciali, quæ licèt non inducat obligationem,bene tamē debiti probationem arguit,Guid. Pap.dec.272.nu.3. vbi testatur ita se pluries practicasse, consuluisse, & obtinuisse,ac esse æquiorem opinionem Masc.in d.tractat.quæst.544. nu.8.

nu.8.Meno.de arbit.iud.lib.2.cent.1.casu 42.nu.5.Bursa. cons.27.nu.
16 4.vol.1.† Limitatur tamen nostra principalis traditio non habere locũ in ecclesia, cæterisque personis, & locis de quibus lex fin.Co. de sacrosa. eccles. quia si in eorum fauorem facta est recognitio transfertur dominium, ex Guid.Pap.d.dec.nu.3.versi si enim Meno. cons.409.nu.7.& 8.
17 vol.5.& latè Caualc.dec.23.nu.29.etiam † citra traditionem si recognoscens erat dominus, & sciebat rem esse suam, ac etiam ecclesia rem ad ipsum recognoscentem pertinere, Sola in com.duca.subau.tit. de iure emphyt.glo.5.nu.11.Doctores communiter post Glo.in d.l.traditionibus; idemque sentit Corbul.de causa priua.ob alien.amplia.27. num.3.dum ait quòd propterea debet ecclesia recognosci pro domina directa in inuestitura emphyteutica ne habeat necesse dominium directum probare. Secundo quòd recognoscens faciat id animo alienandi, & non simpliciter recognoscendi. Tertiò quòd id fiat verbis dispositiuis non autẽ enunciatiuis, secundum Sola in precit.loco Bursa.con.46.nu.17. Meno.con. 1.nu.89.& con. 86.nu.97. & 98. aliàs recognitio fauore etiam ecclesiæ esset nulla, secundum eos, & per Velasc.in d.nu.18.cum seq.

INSPECTIO XIII.

Laudimium vbi soluatur si dominus, & emphyteuta sint eiusdem, vel diuersi fori.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium est soluendum in foro domini quo emphyteusis sita est, si dominus, & emphyteuta sunt eiusdem fori.*

2 *Ampliatur esto quòd diuersitas fori esset inter dominum, & emphyteutã & nu.6.vbi limitatur.*

3 *Emphyteuta soluit Canonem in foro domini, aliàs priuatur à iure suo, & nu.4.vbi ampliatur.*

5 *Forus communis quis dicatur.*

6 *Accessus ad domum domini si non est tutus, non tenetur emphyteuta se ibi conferre ad soluendum Canonem.*

7 *Accessum non esse tutum, per quem, & qualiter probetur.*

8 *Laudimium si debet solui certa die, & loco, & emphyteuta non probat illa die ibi fuisse neque dominus probat ibidem fuisse num emphyteuta dicatur in mora.*

1 SI emphyteutarius † sit eiusdem vel diuersi fori cum nouo emphyteuta, quo in loco Laudimium promissum solui debet, primo casu quando sunt eiusdem fori vbi emphyteusis sita est, & tunc emphyteuta tanquàm debitor in Laudimio debet se conferre ad domum emphyteutarii, vt colligimus ex Burs.con.444.nu.12.vol.4.con.184.nume.51.& con.194.nu.9.vol.2.Natta con.513.nu.3.vol.3.Surdus in tract. de alimen.tit.4.quęst.16.nu.7.Rolan.cons.87.nu.15.vol.1.Carro. in tra.loca.& condu.titu. de pale. oliu.& gland.pag.216.innou.impræss.Costa
2 in memo.vers.emphyteuta non soluendo,† pro cuius rei situatione in foro emphyteutarii eadem sententia viget, si diuersitas fori esset inita inter ipsum dominum,& emphyteutam,vt probat Corbul. nonnullos cumu-
3 lans de causa priua.ob non solu.cano.ampl.14.vbi concludit † quòd emphyteuta diuersi fori qui rem sub foro domini concedentis sitam in emphyteusim accepit, debet ius canonis præstare ad domum domini suis sumptibus, aliàs pœnam caducitatis non euitabit, maximè concurrente consuetudine hoc cauente,vt per eumdem Corbul. in d. causa limit. 15. nu.6. idem tenet Iaso.cons.8.nu.2.& 3.vol.1.Bursa.d. nu.9. Amplian-
4 tur † præmissa etiam quòd emphyteuta non haberet tutum,accessum ob graues inimicitias,quia tenetur saltem mittere procuratorem ad soluen-
5 dum Laudimium,vt per Corbul.in d.causa limi.12.† Dicuntur autē emphyteuta,& dominus eiusdem fori,si sunt eiusdem ciuitatis, vel comitatus,secundum Iaso.in l.2.num.92.Co.de iure emphyteu.quem sequitur
6 Carroc.in d.tit.num.16.† Reliquo autem casu quando vrget diuersitas fori, & emphyteusis sit alibi quàm in foro domini, & tunc dicimus emphyteutam minimè teneri se conferre ad domum domini,sed ipse dominus tenetur ire vel mittere procuratorem ad domum emphyteutæ, Iaso. d.cons.circa finem á Valle d.cons.nu.16.cum seq.Ciofius cons.9. nu.7. vol.1.Gozad.cons.57.nu.3.Purpu.con.398.nu.43.Rimi.Iun. con.52. nu.60.Ruin.cons.151.nu.2.vol.1.latè Cagnol.in auth.qui rem nu.33. Co.de sacrosan.eccles.Abb.in Cap.significante nu.10. vbi etiam Imola nu.22.de pig.Carro.in tract.de oblat.par.2.quæstio.5. num.2. subdens quòd neque dicitur in mora ipse emphyteuta debitor,nisi die statuto so-
7 lutionis dominus accessisset paratus recipere solutionem, † maximè si via ad domicilium domini notoriè non sit tuta,sed suspecta ob incursiones militum,vel latronum captiuos facientes itinerantes,ex à Vall.d.cōs. nu.23.& 24. vel si dicant testes quòd credunt non esse tutum accessum, ex Montice.in repe.de testi.vers.non tutus accessus,fol.1405. vel ob graues inimicitias,vel pestem in loco in quem se conferre debet ipse emphyteuta, vt latè docet Mascard. de probat. conc. 19. & 20.nisi pestis fuisset
8 exigua,secundum Corbul.in d.causa limit. 11.in fine.† Quæ hisce noto-

rietas

rietas sufficit iudicialiter allegari, & proponi, vt ex Vantio, à Valle, Neuizano, & cæteris probaui in meo Tract. de Notorio parte 2. sub rub. notorium quomo. prob. illatione 7. nu. & per allegantem accessum non esse tutum, vt consuluit Dec. cons. 460. nu. 26. vbi etiam asseuerat quòd non sufficit attestatio Magistratus de non tuto accessu, quia illi non adhibetur fides in alterius detrimentum, quem sequitur alios addendo Mascar. in d. tract. conc. 17. num. 1. cum seq. quod tamen procedit non data
9 notorietate, vt prædixi. † Sed quid si solutio Laudimii debet fieri (vtputa) in hac Clarissima Vrbe Catanæ in die festiuo Diuæ AGATHAE, & non probatur per emphyteutam debitorem, neque per emphyteutarium creditorem eo die eos fuisse hic Catanæ; an ipse emphyteuta dicatur cõstitutus in mora per lapsum diei, dic quòd non; ita Bart. in l. item illa nu. 11. vbi etiam Castrens. nu. 9. D. de const. pecu. Alex. cons. 172. nu. 4. vol. 2. Dec. cons. 566. nu. 4. cum seq. Rolan. cons. 57. num. 36. volu. 1. Ruin. cons. 151. nu. 4. vol. 1. Caualc. dec. 21. nu. 56. & dec. 43. num. 41. par. 1. Mago. dec. luccen. 78. nu. 3. Rimin. Iun. cons. 171. nu. 45. vol. 2. Ancha. quæst. 51. nu. 17. lib. 3.

INSPECTIO XIIII.

Laudimium vtrum possit sequestrari.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an possit sequestrari, & nu. 3.*
2 *Sequestratio pecuniæ prohibita est.*
4 *Sequestratio vt fiat, quæ requirantur.*
5 *Sequestrum si fiat pro executione instrumenti, non reuocatur ob præstitã satisdationem.*
6 *Sequestrum regulariter reuocatur per satisdationem.*
7 *Discussio non exigitur si nomina debitorum sunt obligata, vel si adest iuramentum.*

1 SEQVESTRORVM vsus frequens est, vnde quæro † vtrũ Laudimium possit sequestrari ad instantiam creditorum domini directi apud ipsum emphyteutam debitorem, vel penes Curiam iudiciaria authoritate præcedente, videtur quippe negatiuè respondendum; eo axio-
2 mate † quia regulariter sequestratio pecuniæ prohibita est, l. 1. vbi Glo. & Legiste Co. de prohib. seque. pec. Cap. 2. vbi Glo. & Canonistæ de se-
3 que. poss. & fruct. † Contrarium in themate proposito verius esse arbitra-

 mur,

mur, quòd immo Laudimium posſit ſequeſtrari, cùm illud cedi posſit, vt diximus hac in eadem parte Inſpe. 2. nu. 2. & emphyteuta tali ſequeſtro impeditus ſi non ſoluit in termino, excuſationem habet donec creditor eius faciat impedimētum remoueri, ita Galleſ. in tra. ad form. came. obli.
4 fo. 77. nu. 3. Quod tamē admittimus, dūmodo † quòd de debito cauſa cognita ſummariè conſtet per publica documenta, Bart. in l. litibus nu. 21. Co. de argri. & cenſ. lib. 11. & in l. iubemus (la ſeconda) num. 6. Cod. de erog. mil. anno. libr. 12. Nouell. in reg. 199. Iaſo. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum nu. 12. D. qui ſatiſda. coga. Carro. in tracta. de ſequeſtro par. 3. quæſt. 2. Folle. in d. prag. verſ. pen. nu. 4. Burſa. conſ. 423. nu. 14. cum ſeq. vol. 4. Paul. de Montepicho conſ. 63. nu. 13. Guid. Pap. dec. 246. num. 2. vbi etiam refert cætera requiſita ad validitatē ſequeſtri pertinentia, quic-
5 quid ſentiat Maſca. de probat. conc. 1298. nu. 3. † Vnum tamen notandum exiſtimaui, quòd ſi fiat ſequeſtrum pro executione inſtrumenti puri, & liquidi, ob præſtitam cautionem non reuocatur, ſed opus eſt ſoluere, ita Cocta in ſuis memo. ver. fideiuſſor Seb. Medic. de Acqui. confe. & amict. rer. dom. par. 1. glo. 2. nu. 298. Carroc. in d. tracta. par. 2. quæſt. 2. quæſt. 19. nu. 4. maximè ſi in dicto inſtrumento ad ſit hypotheca Caual.
6 dec. 3. nu. 14. par. 1. † Licèt regulare ſit ſequeſtrum reuocari per ſatiſdationem, Burſat. conſ. 188. nu. 3. vol. 3. Suarez: tit. de los emplazamiētos,
7 nu. 5. fol. 798. Viu. lib. 1. com. opi. verſ. ſequeſtrum: † Nec requiritur diſcuſsio bonorum ipſius domini directi de qua Cap. Ritus 26. ſi nomina debitorum ſunt obligata creditoribus ipſius domini, ſed directè ad ipsū nomen debiti poteſt deueniri, ſicut ſi ageretur ex iure ceſſo, ſecundum Cumia in d. Cap. nu. 2. Fanum in tract. de pigno. 1. mem. 8. par. num. 19. vbi fatetur eſſe communem opinionem, Guid. Pap. ſing. 306. Teſſau. dec. 51. in fine Surd. con. 4. nu. 32. & 35. Ludo. dec. peruſ. 45. nu. 13. maximè accedente vinculo iuramenti quod excuſsionem excludere ſolet, Ozaſ. dec. 44. nu. 14. Caualc. dec. 27. nu. 4. par. 2. Tyraquell. in præfat. l. ſi vnquam Co. de reuoc. don. nume. 137. & 152. Teſſau. dec. 166. vbi alios cumulat.

INSPECTIO XV.

Emphyteutarius quo pacto exigat Laudimium mortuo emphyteuta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres emphyteutæ tenentur soluere Laudimium.*
2 *Dominus quomodo consequatur Laudimium mortuo emphyteuta, & num. 7.*
3 *Hæreditas iacet si sunt instituti hæredes extranei non adeuntes hæreditatem, secùs si sui.*
4 *Curator potest dari hæreditati iacenti.*
5 *Curator vt detur hæreditati iacenti quæ requirantur.*
6 *Bona defuncti esse vacantia, quo pacto probetur, relatiuè.*
8 *Hypothecaria datur contra hæredem possessorem emphyteusis.*
9 *Hypothecaria an detur contra vnum ex cohæredibus.*
10 *Excussio non exigitur in causis summarijs.*
11 *Hæres an possit conueniri infra nouemdium obitus defuncti, & nu. 16.*
12 *Hæres si est infra tempora conficiendi inuentarium, vel si illud confecerit non potest de proprio molestari.*
13 *Hæres non conficiens inuentarium, vel si occultauerit bona potest pro debito carcerari, & nu. 14. & 15.*
17 *Dominus directus succedens emphyteutæ debitori in Laudimio an possit sibimet satisfacere.*
18 *Creditor succedens debitori, an censetur mutare causam possessionis, & tituli.*
19 *Creditor hæres debitoris cum beneficio inuentarij potest decerni facere curatorem hæreditati.*
20 *Confusio actionum non militat in creditore hypothecario, & nu. 21. vbi ampliatur.*
22 *Hæres adeundo hæreditatem cum confectione inuentarij, si est creditor non dicitur sibimet obligatus, sed ipsa hæreditas est ei obligata.*

1 MORTVO † nouo emphyteuta debitore in iure Laudimii, certi iuris est illius hæredes teneri ad solutionem Laudimii, cùm debita defuncti soluere cogantur, ex Boer. dec. 57. nu. 4. Sebast. Medic. in tract. mors omn. sol. par. 3. num. 7. Suarez: in repet. l. post rem iudicatam fol. 551. nu. 1. & in specie idem diximus in prima parte Inspe. 3. in fine: Vn-
2 de videndum expedit † qualiter dominus possit consequi Laudimium defuncto emphyteuta, qua in re duo sunt considerandi casus, quorum
3 primus est quando † hæreditas ipsius condam emphyteutæ iacet, ex quo instituti sunt hæredes extranei qui haud curant hæreditatem adire, vt communem opinionem aio ex Suarez in suo thes. recep. sent. ver. hæres

nu. 3. Craff. in §. fuitas quæft. 7. nu. 7. id reputans valde notabile, ibidem afferentes fecùs effe quando funt in ea inftituti hæredes filii in poteftate
4 ipfius emphyteutæ conftituti, & ifto in cafu † debet ad inftantiam ipfius domini dari curator dictæ hæreditati iacenti, & contra cum curatorio nomine fundari iudicium. Circa confequutionem Laudimii, ex Sylu. in §. item inuiti nu. 6. Inftit. de curat. Caualc. de tuto. & cura. nu. 110. & dec. 7. nu. 28. par. 1. Burfa. con. 113. nu. 6. vol. 1. Marc. dc. 26. num. 4. par. 1. Manz. in tra. de tute. & cura. tit. de cura quæft. 12. nu. 7. Ang. conf. 193. col. 2. in prin. Io. Dile. de arte tefta. titu. de acqui. vel repud. hæred. caut.
5 7. nu. 4. † Qui curator vt legitimè detur quinque requiruntur: Primò vt detur ad inftantiam creditoris (vt dixi.) Secundo quòd nominatim citentur hi qui funt certi quorum prima caufa eft fuccefsionis, nec fufficit citatio generalis per proclama, nifi fine incerti. Tertiò quòd citato nō ftatuatur tempus ad deliberandum minus centum dierum fi eft extraneus, fi verò de defcendentibus debet ftatui annus, (fed in praxi iudicis arbitrio hoc remittitur, & folet dari terminus dierum quatuor.) Quartò quòd talis curator faciat inuentarium. Quintò quòd fatifdet, ita refert Capic. dec. 87. nu. 1. quem fequuntur. Caual. & Manz. vbi fupra. Bona
6 † autem emphyteutæ defuncti effe vacantia qualiter probetur, habes ex Mafca. in tract. de probat. conc. 208. vol. 1. Secundo, verò cafu quando hæreditas condam emphyteutæ eft adita, & tunc eft diftinguendum
7 † quòd aut ex parte ipfius emphyteutæ nulla præcefsit obligatio expreffa, & illius hæredes pofsident emphyteufim per eorum predecefforem emptam, & tunc ipfe dominus poteft dictos hæredes actione hypothecaria conuenire, iuxta ea quæ fcripfimus in par. 1. Infpectio. 9. Quam
8 † actionem proculdubio ipfe emphyteutarius poterit intentare contra vnum ex cohæredibus citra aliorum cohæredum excufsionem, fecundū Glo. nota in l. mulier D. qui pot. in pigno. hab. quam vti cordi tenēdam fequuntur ibi Bar. & Salyc. Fanus in tractat. de pigno. par. 8. mem. 1. nu. 16. Socc. conf. 58. nu. 29. vol. 2. Craff. in §. hæreditas quæft. fin. num. 13. Phan. in tract. de inuent. hæred. par. 7. nu. 204. Caual. de vfufru. mul. reli. nu. 209. Rebuff. de conft. reddit. art. 1. glo. 8. nu. 43. Suarez in l. poft rem iudicatam num. 14. D. de re iudi. pag. 585. vbi fatetur ita practicaffe, & obtinuiffe, & fortius hoc procedere inquit Sebaft. Montice. in tracta. de
9 inuent. cap. 10. nu. 316. pag. 127 † etiam quòd ipfe hæres folùm conuētus confeciffet inuentarium cæteri verò cohæredes minimè. Et † quòd
10 non requiratur excufsio fortificatur ex Pragmatica notoria in hoc Siciliæ Regno ftatuente caufas effe fummariè, & de plano fola facti veritate infpecta determinandas, quia excufsio eft de apicibus iuris, qui euanefcunt quando fummariè, & fola facti veritate infpecta agitur, fic admonent

nent referendo communem opinionem Kirchou: in lib.com.opin.cent. 2.litera E.conc.26.Grat.conf.63.in fine lib.2.copiosè Meno. in trac.de arbit.iud.lib.quæst.51.nu.8.Andre.Gall.pract.ob ser. lib.2. ob ser. 27. nu.26.Rota Genue.dec.78.nu.3.Hyero.à Laure.dec.auenio.149.nu.8. & nonnullos alios cumulaui in meo Tract.de Notorio effectu 30.par.3.

11 † Dummodò quòd ipse cohæres conueniatur elapso nouemdio à die obitus computando, si forte erit successor alicuius consanguinei vel affinis, vt plenè probant Caualc.dec.7.nu.27.par.1.Suarez in d.limit.9.pag. 622.de re iudi.Carro.in tra.loca.& condu.tit.de sequestro par.1.quæst. 3.nu.5.infra quartum gradum de Iure Ciuili computandum, vt elicitur ex Cap.Regni Regis Ferdinan. 46. tit.quòd nouemdi.benefic.Aut verò emphyteuta defunctus se obligauit via executiua in contractu, & tunc
12 dicimus † si eadem via hæredes conueniantur iuxta Cap.Ritus 8.& sunt infra tempora conficiendi inuentarium, vel si illud cōfecerint, quòd vtique non possint pro debito Laudimii de persona, seu in bonis propriis molestari, iuxta aliud Cap.Ritus 27.& ibi Cumia num.3.& 4.Bero.dec. 57.Machell.patroc.35.nu.18.Rebuff.de lite.oblig.art.3.glo.2.num.21. Asin.de execut.§.1.cap.46.& affatim Rolan.à Valle in tract.de confect.
13 inuent.part.3.in 4.vtilit.nu.1.pag.105.† nisi hæredes inuentarium non confecerint, vel occultauerint bona hæreditaria, quia tunc ex eorum dolo possint carcerari donec soluant debitum Laudimii, secundum aliud
14 Cap. Ritus 28. & ibi Cumia, † etiam si debitum Laudimii esset ab vntia
15 infra, secundum Cumia in Cap.Ritus 30.nu.7.† nisi hæres esset minor decem & octo annis, quia tunc non poterit carcerari, ex à Valle in tract. de lucro dot.quæst.44.nu.2.Rimin.in §.1.Instit.quib.alien. licet vel nō nu.97.pag.541.Seraphi.de priuil.iura priuil.83. num.22. sed eo in casu actione reali est conuenientibus in bonis hæreditariis ad eum peruētis, Rebuff.de lit.obliga.art.3.glo.3.nu.9.Suarez in tit.de los gouiernos nu.
16 16.cum seq. † Nec in isto secundo casu ipse hæres poterit vti beneficio
17 nouēdii, vt aliàs in facti contingentia seruari comperimus. † Sed iuxtà præmissa quæro, quid si ipse dominus directus succedat ex testamento, vel ab intestato emphyteutæ debitori in iure Laudimii, & adiuerit hæreditatem cum beneficio inuentarii, vtrum valeat sibimet soluere eius creditum Laudimii, videtur enim confusam esse actionem pro quantitate summæ debitæ, per tex. notab. & ibi vnanimiter Legum Interpretes in l. debitori Co.de pact.Sim.de Præt.conf.137.Rimin.Iun.nu.34.con.31. nu.46.& con.486.nu.1.& 2.Petra de fideicom.quæst.15.nu.7.Hyero. à Laure.dec.auenio.45.nu.1.vbi allegat concordantes regulas, & consequenter quòd eius creditum sit extinctum. Incontrarium tamen exclamat veritas quòd immo valeat ipse dominus res hæreditarias in solutum

capere

capere quam malit pro satisfactione, & retentione eius crediti, secundũ magis communem opinionem quam sequitur post multos per eum collectos Roland. in dicto tract. de confect. inuent. in 10. vtilit. nu. 7. vsq; ad
18 ad finem Monticell. in d. tract. nu. 140 pag. 205. † Et quàmuis ipse dominus expræssim non declarauerit velle dictas res in solutum captas possidere iure creditoris, ratione eius crediti, attamen cùm posterior titulus sibi magis proficiat censetur sibi mutare causam possessionis, & tituli, vt
19 consuluit Bero. cons. 53. vol. 2. † Vel poterit ipse dominus petere vt decernatur curator hæreditati iacenti, & contra dictum curatorem se dirigere pro satisfactione eius crediti, vt latissimè ostendunt Rolan. & Mon-
20 ticell. in memoratis locis, & Caualc. de tuto. & curat. nu. 110. † Nec quicquam confert argumentum pro contraria parte deductum, quia nõ extendit vires suas in creditore hypothecario, vt est dominus directus, Negusa. in tract. de pigno. in primo mem. 5. par. num. 53. Io. Botta con. 54.
21 nu. 4. † Neque quando hæres adiuisset hæreditatem eius debitoris cum beneficio inuentarii (prout in casu nostro,) ea potissima ratione quia
22 † tunc hæres non dicitur obligatus sibi ipsi, sed ipsa hæreditas est obligata hæredi, Gozad. cons. 94. nu. 7. à Valle in d. vtilit. nu. 5. & Bursa. cons. 370. nu. 28. vol. 4.

INSPECTIO XVI.

Consuetudo an attendatur in exactione Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo optima est legum interpræs, & ibidem ampliatur.*
2 *Consuetudo an sit seruanda circa exactionem Laudimij.*
3 *Laudimium qualiter soluatur de consuetudine nonnullarum prouinciarũ.*
4 *Consuetudine potest causari, vt filij, & nepotes compræhensi sub inuestitura soluant Laudimium.*
5 *Consuetudo attenditur in solutione Laudimij pro emphyteusis venditione, remissiuè.*
6 *Ampliatur in permutatione, donatione, institutione, diuisione, & in legato nu. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Consuetudo cessat si aliter partes conuenerunt in solutione Laudimij.*
12 *Contractus emphyteuticus regulatur iuxta conuentionem contrahentiũ.*
13 *Emphyteuta potest inscio domino alienare emphyteusim, si hoc suadet consuetudo, & nu. 14. vbi limitatur.*
15 *Consuetudo licèt tollat prohibitionem legis, non tamen aufert prouisionẽ hominis.*

16 *Con-*

16 *Consuetudine potest induci, vt emphyteuta non soluens Canonem non cadat à iure suo.*

17 *Consuetudo circa alienationem rerum emphyteuticarum, potest esse notoria.*

18 *Consuetudo notoria an debeat probari, relatiuè.*

1 CONSVETVDINEM † optimam esse legum interpretem, eáque nonnullis contractibus, & rebus seruari ac attendi debere satis copiosè deduxit. Gabr. in tit. de consuetu. lib. 6. conc. 1. etiam quòd non sit in scriptis redacta, secundum Nepit. in Cons. Cat. in prohe. nu. 165. cum seq. nec obtenta in contradictorio, iudicio, fatentur hanc esse communem opinionem Abb. in cap. fin. num. 16. de consu. Aret. in §. ex non scripto nu. 20. instit. de iure natu. Viu. in tract. com. opin. vers. consuetudo Craue. de antiqui. temp. par. 4. nu. 33. & con. 55. nu. 6. Socc. con. 99. nu. 3. vol. 2. Nepita in d. prohe. nu. 184. quicquid dixerit Ciofius con. 56.
2 num. 4. lib. 1. Propterea videndum est, vtrum † ea seruetur in exactione Laudimii, vt plus quinquagesimæ vel minus, vel nihil soluatur, & respondemus quòd sic: secundum patriæ vsum, vt consulti responderunt Socc. Iun. cons. 70. nu. 23. vers. & quòd cum seq. vol. 3. Brun. cons. 44. nu. 11. vers. tertiò Aret. cons. 41. in fine Bertra. cons. 123. nu. 1. lib. 1. sub 2. impræss. Bursa. cons. 127. nu. 54. & con. 137. nu. 40. Marc. dec. 368. nu. 16. par. 1. Redo. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. nu. 3. pag. 378. & nu. 5. & 6. pag. 384. Solso. in simi. tract. prelu. 4. nu. 16. Videmus namque solutionem Laudimii in consuetudine fundari, cùm illud non vno sed per
3 quàm vario, & difformi modo in omnibus locis solui cõtingat, † quemadmodum de consuetudine Galliæ testantur Moder. Paris. in consuetu. feud. paris. §. 53. super consuetudine Hyspaniarum, Celsus Hugo cons. 56. in fine & cons. 57. Rebuff. in tit. de const. redd. arti. 1. glo. 17. num. 9. tom. 2. à Ponte quæst. 5. vbi ait solui duplum eius quod pro pensione soluitur. Ac de Laudimio Romandiolæ, Bero. cons. 115. in princ. volum. 1. Ferrariensis Patriæ, Hypp. Rimin. cons. 38. nu. 21. & in Laudimio Ianuẽsium, Fulgo. cons. 219. nu. 1. de consuetudine Ducatus Subaudie a Ponte in simili tract. quæst. 4. scilicet vt soluatur sexta pars pretii & de multis aliis patriis quid seruetur de consuetudine in Laudimii solutione præ
4 dixi in prima parte Inspe. 6. nu. 5. † Hinc ex consuetudine introduci potest Laudimium solui debere per filios, & nepotes succedentes in emphyteusi sub qua compræhensi leguntur, vt meminit Bursa. d. cons. 137. nu.
5 53. † Quemadmodum de consuetudine Laudimium esse soluendum ex
6 contractu venditionis, probauimus in præcedente parte Inspect. 2. num.
7 58. † De permutatione dixi in eadem parte Inspe. 4. nu. 12. † In donatio-

ne

8 ne dixi in d. parte Inspe. 30. num. 18. & 19. † In emphyteusi relicta titulo
9 institutionis hæredis dixi sub Inspe. 32. eiusdem par. nu. 7. † In contractu
10 diuisionis dixi in Inspe. 40. num. 22. & In † legato scripsi in Inspect. 48.
11 nu. 11. d. par. nisi † conuentione partium aliter cautum esset sub primæua inuestitura, quia ei omnino parendum est, non obstante dicta consue
12 tudine. Quandoquidem † emphyteuticus contractus non habet propriã naturam nisi quam partes paciscendo imponunt, Bursat. cons. 122. nu. 13. & cons. 127. nu. 57. vol. 1. Cephal. cons. 703. num. 5. volu. 5. Rursus
13 † prędicta consuetudo seruanda est in alienatione ipsius emphyteusis irrequisito domino facta, nam ea defendit emphyteutam á priuatione iuris sui, Curt. Iun. cons. 158. nu. 8. magis communem esse ostendit Redo. de reb. ecclesi. non alie. tit. de caduc. ob rei alien. nu. 13. pag. 513. Dec. cõs. 208. nu. 4. Bal. cons. 9. nu. 6. vol. 1. Paul. de Montepicho con. 77. num. 9. Bursa. cons. 127. nu. 56. vol. 2. Corbul. de causa priuat. ob aliena. limita.
14 32. nu. 1. Tessau. alios referens dec. 169. nu. 2. nisi pacto † contrahentiũ sub tenore inuestituræ esset cautum vt emphyteuta sub pœna priuationis iuris sui non valeat emphyteusim citra domini consensum distrahere, quia dicte conuentioni standum est, Dec. in d. cons. 208. nu. 7. & seq. Io. Bapti. Ferret. cons. 178. nu. 15. Corbul. in d. limit. nu. 3. vbi subdit ra-
15 tionem quia † licèt consuetudo posit tollere prohibitionem legis fi. Co. de iure emphyt. non tamen potest auferre prouisionem hominis, & teno
16 rem inuestituræ. † Item valida est consuetudo vt émphyteuta ob non solutum canonem haud cadat à iure suo, vt per Corbul. de causa priua. ob
17 non solut. cano. limit. 2. in princ. † Sed quid si talis consuetudo sit notoria ob frequentiam alienationum rerum emphyteuticarũ, vt inquit Ber-
18 tra. cons. 148. nu. 16. par. 3. in prima impręss. † num ea sit probanda, vide copiosè tradita in meo Tract. de Notorio par. 2. titu. noto. quomo. prob. illat. 10. nu. Viui. dec. 297. nu. 6. lib. 2.

INSPECTIO XVII.

Appellatio, & recusatio num admictantur in causa Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit in causa Laudimij.*

2 *Appellationi regulariter deferendum est.*

3 *Appellationem non esse desertam in dubio iudicandum est.*

4 *Appellari non potest, in causa Laudimij ab vntijs duabus infra.*
5 *Appellatio an denegetur per pactum de non opponendo.*
6 *Appellatio est defensio.*
7 *Pactum de non opponendo suspendit defensiones ante solutionem.*
8 *Statutum denegans appellationem qualiter intelligatur, remissiuè.*
9 *Recusatio an poßit proponi in causa Laudimij.*
10 *Recusatio est de iure naturali.*
11 *Pessimum est coram iudice suspecto litigare.*
12 *Recusatione an, & quando officialis remouetur à causa.*
13 *Indices delegati signantur ex tabulis collitigantium si officialis à causa penitus remouetur.*
14 *Recusans vti suspectus nequit in decisione causæ interuenire.*
15 *Iudices delegati vtuntur iurisdictione officialis remoti.*
16 *Officialis quando capit sibi adiunctos in causa.*
17 *Officialis habens adiunctos in causa solus procedere nequit.*
18 *Iudices adiuncti censentur dati ordinario priuatiuè.*
19 *Recusatio an, & quando fieri possit, remissiuè.*

SAEPISSIME in praxi remedium appellationis, & recusationis proponi solet, vnde hoc in loco quid obseruandum sit, si illud proponatur necessarium fore duxi, & primariè verba faciendo ab ipsa appella-
1 tione, dico † eam iure optimo admitti debere in causa Laudimii, siue suc-
2 cumbat emphyteuta, siue emphyteutarius, † ex regula quę elicitur in Gl. communiter recepta l. qui restituere D. de rei vend. in dubio appellationi deferendum est ob reuerentiam superioris iudicis, Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 5. nu. 12. Anna sing. 677. Rim. Iun. cons. 70. nu. 25. vol. 1. Meno. de recup. possess. rem. 9. nu. 318. Cepha. con. 105. nu. 46. Neuiza. con. 44. nu. 9. Surd. in tract. de alime. tit. 8. priuil. 60. nu. 2. & copiosè Tyraq. in tract. le mort sais: in 6. decla. 6. par. num. 9. & 10. vbi etiam in-
3 quit propterea † in dubio iudicandum esse appellationem haud esse desertam, cui dicto addimus Maran. in tit. de appella. num. 397. Rebuff. in tit. de appellat. in præfat. nu. 75. & in artic. 5. d. tractat. nu. 27. Vestr. in d. cap. 5. nu 4. Lancello. in tract. de attenta. nu. 22. pag. 209. Meno. de presum. lib. 2. pręsum. fin. Caualc. dec. 6. nu. 20. & dec. 25. nu. 28. par. 1. anna sing. 625. & Cepha. con 77. nu. 25. vol. 1. quia iudex tenetur viam eli-
4 gere mitiorem per quam ius vtriusque partis minimè pereat. † Limitatur tamen nostrum principale pronuntiatum non habere locum quando summa pecuniarum pro iure Laudimii debita non excedit vntiarũ duarũ quantitatem, stante notorio capitulo quòd habet hęc Pręclarissima Vrbs Catanę, quod ferè intelligitur in vna simplici causa, non autem si plures

cumulentur causę, vt declarat Paul. de Cast. con. 164. lib. 1. quemadmodum statutum est ex Ritu Neapo. 164. Maranta de appella. nume. 315.
5 † Rursus limitatur, nisi ipse emphyteuta se obligasset via executiua in cōtractu cum pacto de non oppodendo soluere Laudimium, quia tunc nec minus ad effectum suspendendi poterit appellare, & impedire executionem instrumenti, sed tantùm ad effectum deuoluendi processum coram iudice ad quem Nepita in Cons. Cat. tit. 27. num. 23. & 26. Abb. in Cap.
6 ad reprimendum nu. 11. de offic. deleg. Quia † appellatio defensionis est species, Maran. in d. titu. nu. 18. Cumia in Cap. Ritus 43. nu. 17. Chartar. in tract. de exec. sent. cap. banni. cap. 3. nu. 48. Socc. cons. 39. nu. 9. vol. 4. Nepita in d. Consuet. tit. 59. nu. 15. Vinc. de Franc. dec. 120. num. 5. Sur-
7 dus in d. trac. tit. 9. quęst. 32. nu. 64. & † mediante pacto iam dicto suspenditur ipsa defensio ante factam solutionem Laudimii, secundum Cum. in Cap. 22. Ritus nu. 2. in Cap. 17. nu. 29. & in Cap. 11. nu. 2. Tesaur. dec. 26. nu. 2. Galles. in tractat. forme came. in quęst. post proce. incid. pag. 171. nu. 7. cum seq. Nepita in cons. Cat. tit. 54. num. 16. Surd. in tract. de alim. tit. 8. quęst. 96. idem Cumia in cap. 98. Ritus nu. 17. & in simili nēpe in materia Regię Pragm. de cens. docent Cumia in Cap. 40. Ritus nu. 213. Quemadmodum in solutione decimę ecclesię seu ecclesiasticis personis debitę constitutum est, vt ex Rebuffo in tract. de decim. quęst. 15.
8 nu. 21. & in solutione census Bon. in tract. de cens. art. 79. † Sed quid si ex forma statuti seu rescripti appellatio sit expresśè prohibita in exactione Laudimii, qualiter intelligatur, copiosè scripsi in meo Tract. de Noto
9 rio par. 3. effectu 28. † Quò verò ad recusationem, dico quòd si nouus emphyteuta conuenitur à domino pro iure Laudimii soluendo, pariter potest proponere exceptionem recusationis aduersus officialem coram quo conuenitur, eum in suspectum allegando, deducens legitimam cau-
10 sam suspitionis. † Quandoquidem recusationis refugium ex iure naturali originem sumpsit, ideo nemini denegandum est, Abb. in Cap. cum inter nu. 9. de except. Mars. sing. 292. Meno. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu
11 152. nu. 1. Couar. lib. pract. quęst. cap. 26. in princ. † Et pesśimum est coram iudice suspecto litigare, vt ore Seraphi. loquar in tract. de priuil. iura.
12 priuil. 7. nu. 1. † Quæ quidem recusatio in hoc Siciliæ Regno dupliciter proponi solet, primò vt officialis penitus se remoueat à causa, quòd verificatur dum ipse suspectus allegatur prętextu inimicitię, consanguinitatis, vel quòd fuerit aduocatus in eadem causa, quia tunc constito de inimicitia, consanguinitate, & patrocinii pręstationem, statim ipse officialis potest se remouere, vel ex aliis causis à iure permisśis (de quibus Caualc. dec. 8. par. 2.) verificatis tamen aduersario audito, ac declaratoria legitimè subsequente, vt elicitur ex Pragma. Regni 3. circa finem tit. 4. par.
1. † Et

13 1.† Et talibus in casibus dantur iudices delegati per eumdem officialem remotum, ex tabulis Doctorum minus suspectorum ipsis collitigantibus, iuxta Doct. Franci in Cap. cum speciali num. 15. de appellat. Socc. in cap. si quis contra nu. 9. vbi etiam Abb. num. 13. de foro compet. Capic. dec. 137. nu. 10. circa finem Cumia in Cap. 42. Ritus nu. 31. Mara. in tit. de appellat. nu. 376. Bursa. cons. 21. num. 22. vol. 1. Ozasc. dec. 84. nu. 4. cum seq. Suspectus enim in cognoscendo non est suspectus in delegan-
14 do, vt probat Lancell. in tract. de atten. par. 2. cap. 6. nu. 43.† Et adeo ipse ordinarius censetur remotus à causa, vt parte recusatrice instante, nec in ipsius causæ discussione, relatione, ac decisione interesse potest; ex Capic. dec. 138. nu. 5. Rebuff. in tra. de recusa. art. 6. glo. fin. nu. 8. tho. 3. Carauit. in Rit. Neap. 265. nu. 1. & extat in hoc Regno specialiter prouisum
15 per Cap. Regni Regis Caro. 86. † Qui iudices delegati sortiũtur effectus ordinariæ iurisdictionis officialis remoti, vt docet Iaso. in l. apertissimi
16 nu. 16. Co. de iudic. † Secundo autem casu vt officialis non penitus remoueatur à causa, sed in ea discutienda, & decidenda capiat sibi adiunctos ex tabulis dictorum collitigantium, quod euenire solet quando officialis ordinarius allegatur suspectus solo iureiurando partis citra expręssionem, & probationem causę suspicionis, secundum Glos. communiter receptam in d. l. apertissimi quam post Abb. & Couar. amplectuntur Cumia in d. Cap. Ritus nu. 22. Rebuff. in tracta. de adiunction. art. 9. glo. vni. nu. 15. & 17. testatur pariter communem Seraphi. de priuil. iu-
17 ra. priuil. 7. nu. 5.† Vnde ipse ordinarius in causa minimè solus procede-
18 re valet, Tesau. dec. 255. nu. 7.† Quia iudices adiuncti censentur dati ipsi ordinario priuatiuè, Meno. in tra. de pręsump. lib. 2. præsum. 18. nu. 10.
19 Recusatio† an & quando fieri possit post litem contestatam, vel monitas fratres ad sententiam audiendam, vide in meo Tract. de Notorio par. 3. effectu 46.

INSPECTIO XVIII.

Solutio Laudimij an possit fieri per extraneum.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an possit solui per extraneum nomine emphyteutæ debitoris.*
2 *Soluens pro alio, præsumitur ab eo habere mandatum, & nu. 3.*
4 *Soluenti Laudimium inuito emphyteuta an detur repetitio.*
5 *Tertius non potest soluere Laudimium pro emphyteuta inuito domino,*

& numero 7. vbi limitatur.
6 *Laudimium quare soluatur.*

1 SED illud quęrendum dixi, † quid si nouus emphyteuta præcedente domini licentia emat emphyteusim, vtrum extraneus valeat Laudimium soluere nomine ipsius emphyteute debitoris, concludimus quòd sic, per regulam l. soluere vbi Glo. in ver. constitutum D. de solut. l. soluẽdo D. de nego. gest. Tyraquell. nonnullos cumulans in tract. de retra. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 255. Roman. sing. 556. Rota Genu. 6. nu. 7. & 143. nu. 2. Maran. in rep. l. si actor. num. 55. D. de procura. ibidem subdentes quòd per huiusmodi solutionem ipsum emphyteutam penitus liberari à molestia creditoris, ratio huius conclusionis est, quam assignat Caual. dec. 10. nu. 16. par. 2. quia breui manu soluens videtur mutuasse pecuniã emphyteutę debitori, & ipsum emphyteutam soluisse domino eius credi
2 tori. † Quinimmo tali casu resultat iuris pręsumptio, quòd dictus extraneus soluens habeat mandatum ab ipso emphyteuta, ex quo nemo suũ iactare pręsumitur l. cum de indebito D. de solut. Socc. cons. 46. num. 3. vol. 3. Socc. Iun. cons. 139 nu. 10. vol. 3. Masca. in tract. de probat. conc. 1166. nu. 3. & 4. vol. 3. Gigas in tract. de pens. quęst. 48. nu. 1. Dec. cons. 36. nu. 8. Carro. in tract. loca. & condu. pag. 69. nu. 55. in nouis impręss.
3 Quod fortius vrget † quando eo sciente, & patiente fuit facta solutio, quia tunc videtur dictum emphyteutam talem solutionem ratam habere, & mandatum dare, secundum Giga. d. quæst. nu. 1. in fine, & Mascar.
4 d. conc. nu. 13. † Sed difficultatis est, quando inscio & inuito emphyteuta facta sit solutio vtrum, soluenti detur actio aduersus emphyteutã debitorem repetendi pecuniam solutam, & dicimus quòd non; nisi cessa sibi actione per emphyteutarium, creditorem cui fuit facta solutio, vt probant Viui. dec. 218. nu. 2. lib. 2. in Cap. 25. Ritus num. 21. cum sequen.
5 † Item quid si dominus directus nolit acceptare huiusmodi solutionem, an ipse tertius qui intendit soluere ad fauorem emphyteutæ possit inuito domino pecuniam pro iure Laudimii debitam offerre; cõcludimus quòd non; ex sententia Bald. in l. acceptam quæst. 25. Co. de vsur. vbi Salyc. in fine vlt. quæst. Iaso. in l. 1. nu. 71. Co. de iure emphyt. Redo. de reb. eccles. non alie. quæst. 19. cap. 3. nu. 7. Natta cons. 194. nu. 8. Tyraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 9. nu. 262. Corbul. de causa priua. ob non solu. cano. limit. 8. nu. 2. Carroc. in tra. de deposito num. 18. pag. 103. & in tracta. de
6 oblat. par. 2. quæst. 24. nu 6. Quandoquidem † Laudimii ius non solùm soluitur respectu liberationis obtinendæ á debito, sed etiam ad finem recognitionis faciendæ per dominum directum, vt pręd ixi in prima par. Inspe. 5. nu. 3. Sicut ratione recognitionis directi dominii soluitur ius canonis,

nis, ex communi opinione de qua Alber. in l. 1. nu. 6. & ibi Ias. nu. 18. C. de iure emphyt. & Bal. nu. 10. Im. in Cap. potuit de loca. nu. 41. Vnde sequitur quòd cùm talis recognitio fieri nequeat ab ipso extraneo meritò
7 dicta solutio fieri non potest, nisi cum mandato emphyteutæ. † Nisi ipse tertius haberet hypothecam in emphyteusi, quia tunc absque mandato potest pro conseruatione iuris sui Laudimium inuito domino soluere, & eo recusante illud deponere, vt ex Ias. Ripa. & Tyraquell. expendit Corbul. d. limit. nu. 4. Marsil. sing. 368. Carroc. in d. quæst. 24. num. 8. Anna sing. 168. Mag. dec. lucce. 9. nu. 14. cum seq. Burs. con. 143. num. 60. vbi fatetur hanc esse communiorem opinionem, & latius in cons. 181. num. 42. vol. 2. qui licèt loquantur in terminis iuris canonis, nihilominus non video rationem differentiæ in terminis iuris Laudimii.

INSPECTIO XIX.

Clericus an pro debito Laudimij valeat carcerari.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis pœna grauissima est.*
2 *Clericus an possit excommunicari pro debito Laudimij.*
3 *Excommunicari an possit clericus pro executione rei iudicatæ.*
4 *Iudex ecclesiasticus in subsidium aliarum pœnarum excommunicati.*
5 *Clericus quamdiu habet bona non excommunicatur,*
6 *Clericum non possidere bona qualiter probetur.*
7 *Clericus an pro executione instrumenti excommunicetur.*
8 *Cameralis formula obligatoria vbi legatur.*
9 *Actio realis, & personalis datur domino contra clericum ad eius electionem.*
10 *Executio rigore instrumenti parte incitata fieri potest.*
11 *Executio instrumenti cum obligatione camerali fit de facto.*
12 *Instrumentum sub forma Cameræ conceptum, habet executionem paratam.*
13 *Ritus dat executionem paratam instrumentis.*
14 *Executio parata oritur ex partium conuentione.*
15 *Confessio habet executionem paratam.*
16 *Iuramentum habet executionem paratam, & ibidem declaratur.*
17 *Instrumenta publica de iure communi non habent executionẽ paratam.*

18 *Actione*

18 *Actione reali agitur per interpositionem primi, & secundi decreti.*
19 *Ritus Regni ligat clericos.*
20 *Statuta laicorum an ligent clericos.*
21 *Dominus se dirigens actione personali contra clericum debitorem in Laudimio quid facere debeat.*
22 *Monitio trina debet fieri clerico vt soluat Laudimium.*
23 *Monitio trina qualiter fieri possit.*
24 *Monitio an debeat esse personalis.*
25 *Monitio si fuit facta domui, & peruenit ad noticiam monendi an validetur.*
26 *Noticia citationis factæ ad domum qualiter probetur, relatiuè.*
27 *Excommunicatio contra clericum debitorem qualiter proferatur.*
28 *Dictio (nisi) conditionem importat.*
29 *Excommunicatio cum clausula ex tunc quid significat.*
30 *Excommunicationis sententia debet excommunicato notificari.*
31 *Monitio an requiratur in notificatione sententiæ excommunicationis.*
32 *Clericus excommunicatus potest carcerari.*
33 *Appellatio an admittatur in executione Cameralis obligationis.*
34 *Obligatio cameralis habet vim sententiæ.*
35 *Clericus an poßit carcerari, si se obligauit soluere cum iuramento.*
36 *Clericus in sacris ordinibus insignitus, an valeat pro debito carcerari.*
37 *Clericus excommunicatus soluens debitum an debeat absolui.*
38 *Clericus satisfaciens debitum, recuperat bona ei ablata.*
39 *Sententia excommunicationis an valeat proferri contra clericum notoriè inopem.*
40 *Excommunicatus pro debito ciuili, perseuerans in excommunicatione per annum est suspectus de hæresi.*
41 *Conc. Tridentinum Cap. 3. seß. 25. declaratur.*
42 *Annus de quo in Cap. Concil. Triden. 3. seß. 25. debet esse perfectus.*
43 *Concilium Tridentinum num valeat præterquàm à Papa interpretari.*

1 QVONIAM † excommunicationis pœna non modo grauis, sed grauissima est iis qui de religione benè sentiunt, cùm ab ecclesia communique hominum societate excludat, atque separat, & tanquàm membrum à corpore abscisum eiicitur, secundum Meno. de arbit. iudic. cent. 5. casu 416. in princ. Burs. consi. 72. nu. 54. eamq; non esse contemnendã esto quòd sit iniusta, cõcedit Viui. dec. 93. nu. 6. lib. 1. & ad annus sim probaui in meo Tractat. de Noto. par. 3. effe. 42. meritò illa grauis, &
2 egregia Doctorũ disputatio differenda sequitur, † verũ clericus pro debito Laudimii valeat excõmunicari, qua in re duo sunt considerandi casus,

quo-

quorũ primus est, quando conuenitur pro executione rei iudicatæ, secũdus verò si pro executione instrumẽti. Primo.n.casu † si agitur pro execu-
3 tione rei iudicatæ ex qua fuit condẽnatus clericus per iudicẽ ecclesiasticũ ad soluendũ ius Laudimii, & tũc iudex ipse cuiusuis dignitatis existat omnifariam debet se abstinere à censuris ecclesiasticis, sed per multas pecuniarias, seu captionem pignorum, personæque districtionem, siue etiam per priuationem beneficiorum procedere, nisi huiusmodi executio realis, vel personalis adimpleri non poterit, ac erga iudicem sit commissa contumacia quia tunc anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit, vt statutum legitur ex Sacra Oecumenica Tridenti-
4 na Sinodo Cap.3.Sess.25.& sic † in subsidium aliarum pœnarum debet deueniri ad excommunicationem clerici debitoris, aliàs tenetur ad omnia damna, & interesse si iniustè aut nulliter deuenit ad sententiam excommunicationis, vt ore Caualc. loquar ita intelligentis dictum Cap. in decis.77.nu.56.par.2.idem tradit Viui.dec.94.nu.2.lib.1.Quæ sanè Sa-
5 cri Concilii dispositio iustissima ratione fundatur, nam † quamdiu ipse clericus habet bona, vel eius persona capi potest, excommunicationis gladio feriri non debet, cùm anima nullatenus sit ad debitum Laudimii obligata, Rebuffo teste in tract.de lit.obligat.art.2.glo.3. num.7. tho.1.
6 Cuius rei † scientia num clericus possideat bona vt deueniatur ad coactionem eius personæ satis apertè arguitur ex illius assertione non habere bona, vel ea habere non tamen ostendens quæ, & vbi sint, vt meminit
7 Rebuffus in memorato loco: Secundo autem casu quando † clericus conuenitur pro executione instrumenti, in quo expræssim se obligauit solue
8 re domino directo ius Laudimii, † sub forma camerali, quam transcripsit
9 Mass. Galle.in tract.ad form.came. oblig. in calce operis, & tunc † duæ competunt actiones executiuæ ipsi domino, realis scilicet, & personalis, quarum alteram ad eius libitum exercere potest, vt probat Cephal.consi. 439.nu.26.vol.3.nec vna electa altera censetur exclusa, vt ex Bal.& Gabr.expendit Seraphi.de priuil.iura.priuil.77.nu.81.in fine quæ compe-
10 tunt post † causatam executionem seu mandatum executiuum obtentum, quæ ex communi consensu ex sola visione dicti instrumenti citra libellum ac parte in citata per iudicem ecclesiasticum ipsi clerico ordinarium, vel in Romana Curia coram auditore cameræ concedi solent, secundum Thesau.decis.26.nu.6.& 12.Cepha.d.cons. nume.20. Vest.in pract.Roma.tit.de execut.rei iudic.sub nu.3. Seraphi.de priuil.iura.priu.
11 77.nu.3.& 81.Mass.in d.tract.nu.16.pag.143. vbi ait † in tali executione procedi de facto sine strepitu, & figura iudicii. Et quòd huiusmodi
12 † instrumentum sub camerali forma conceptum habeat executionem paratam, asseuerant Cepha.d.consi.nu. 16.Thesau.d.dec. num.2.Cæsar

Donus

Donus inter conſ.diuerſorum conſ.85.nu.61.Vrſill.in addit.ad Afflict.
13 dec.30.in fine. Quod maximè ſuadetur eo axiomate quia † Ritus huius Siciliæ Regni dat executionem paratam inſtrumentis, & conſequenter contra clericos in foro ſuo poteſt agi via executiua, vt tenent Rebuff.in d. tract.art.2.glo.1.nu.8.Seraphin.de priuil.iura.priuil.77. nu.22. Suarez in rep.l.poſt rem iudicatam in 8.exten.D. de re iud. & vti notabile tradit Dida.Perez in addi.ad Dida.à Segura in l.ſi ex legati,nu.112. D.de verb.
14 obligat.Quod pariter fulcitur† ratione conuentionis partium in ipſo inſtrumento initæ vt via executiua procedatur,ex Rebuffo in d. tracta.art. 6.glo.3.nu.27.Cumia in Cap.19.Ritus nu.99. & nuncupatim Maſſa.in d.tract.3.par.queſt.4.in fine Aſin.de execu.§.1.cap.15. num.1.& 7.
15 †.Item mediante ſpontanea confeſsione ipſius clerici ſe debitorem conſtituentis,cuius calore etiam oritur via executiua, Rebuffus in d.glo.nu. 31.Cumia in Cap.Ritus 7.nu.21.& ſpeciatim in cap.19. nu.108. & dixi in meo Tract.de Notorio par. 1. nu. 191. Quæ proculdubio ſortiun-
16 tur effectus ſuos † accedente vinculo iuramenti in ipſo inſtrumento adiecti,cuius intuitu priuilegiatur inſtrumentum via executiua, ſecundum Cephal.d.con.nu.27.Tiraquell.in l. ſi vnquam gloſſ. donatione largitus nu.104.Co.de reuo.dona.Io.de Amic. con.31. nu.20. Cumia in d.cap. 19.nu.109.& in d.Cap.7.nu.22.teſtatur communem Suarez in theſ. recep.ſent.ver.iuramentum nu.332.Corſe.in tract.de iureiur.tit. de priui. iur.nu.33.& 62.Doccius con.150.nu.6. Dida. à Segura in l. ſi ex legati nu.65.D.de ver.obli.Seraph.in d.priui.nu.2.Marſil.ſingu.356. Aſin.de exe.§.1.cap.5.Rebuff.in d.glo.3.nu.8.Io.Bapt.Aſin. in tract. de exec.§. 8.cap.102.Teſſa.d.dec. nu.7. dummodo quod iuramentum, ſit deciſorium,non autem aſſertorium,ſeu promiſſorum,vt aduertit Carro. in tra. de iura.deciſ.quæſt.20.prin.nu.10. Quàmuis regulariter iure communi
17 inſpecto † inſtrumenta publica careant executione parata, iuxta communem concluſionem quam tradunt Becc.con.17.num.2.Teſſau.dicta dec.nu.1.Docc.con. 6.num.3.Suarez in l.poſt rem iudicatam in decla.l. Regni in prima quæſt.nu.6.pag.540.Magon.dec.78. num. 10. Aſin.de exec.cap.2.§.1.pag.9.Seraphin.in d.priuil.77. nu.1. Cumia in Cap.16.
18 Ritus num.22. † Nam ſi ipſe dominus directus agit actione reali nempe per interpoſitionem primi decreti ſuper bonis ipſius clerici immobilibus vel per expignorationem mobilium, & ſeſe mouentium, & tunc ſeruatis ſeruandis poteſt ea ſibi,vel extraneo vltimo emptori, & plus offerenti ad iudicari facere, iuxta modum traditum per Capit.Regni Ritus 17. Qui
19 †Ritus ſecundum communem opinionem ligat clericos ex quo fuit cõfirmatus per Cap.Regni Regis Alpho.369.quòd Regni Cap.fuit ſuppli catum per tria brachia Eccleſiaſticum ſcilicet Demaniale, & Militare,vt

pro-

probauimus in hac eadem parte Inspc. 24. nu. 7. & nuncupatim Cumia
in Cap. Ritus 38 sub nu. 438. Tiraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 13. nu. 2.
20 dum inquit sequendo communem opinionem quòd † statuta laicorum
cum consensu clericorum condita ligant clericos, & sic in dies practicari
videmus in nostra Magna Episcopali Curia Catanensi quæ ad præsens
sub iustissima administratione Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini
Don Ioan. Dominici Rebiba Episcopi Catanensis meritissimi regitur.
21 † Si verò ipse dominus se dirigat actione personali contra clericum eius
debitorem, & tunc debet ex mandato iudicis ecclesiastici iniungi facere
eumdem clericum vt infra terminum dierum quindecim debeat soluere
ius Laudimii ei debitum, qui terminus ferè loco quindenæ surrogatur
ad opponendum, de qua Cap. Ritus 17. & ibi Cumia nu. 26. Suarez: in
tit. de los emplazamientos nu. 18. in fine pag. 762. Quemadmodum com
muni stilo seruatur in d. Curia, quo termino elapso, & nullis per clericũ
seu per aliquem tertium comparentem pro suo principali interesse præ-
sentatis oppositionibus, vel eis præsentatis, & iudiciaria interloquutoria
22 reiectis, & tunc præcedente † trina monitione ipsi clerico facta, vt sol-
uat debitum, de qua per Mass. in d. tract. fol. 148. num. 2. Couarr. in Cap.
23 alma mater §. 9. nu. 5. & in §. 10. nu. 4. de sent. excõ. † Quæ separatim vel
vnica in tribus distincta dilationibus, seu in tria dierum interualla iudicis
arbitrio fieri potest, iuxta communem stilum d. Curiæ qui originẽ sum-
plit ex Glo. communiter recepta in Cap. constitutionem de sent. excom.
quam sequuntur Couarr. in d. §. 9. nu. 5. Mass. in d. tract. pag. 157. nu. 33.
24 † personaliter tamen facta, nisi ex dolo se latitet ipse clericus monendus
vt subterfugiat personalem monitionem, vel si semel fuisset personaliter
legitimè monitus vt soluat, quia tunc satis sufficiens erit monitio ad do-
25 mum solitæ habitationis. † Sicuti eadem sententia militat quoties moni-
tio ad domum facta peruenit ad ipsius clerici noticiam, secundum Co-
uarr. in d. nu. 5. Rot. dec. 271. Viui. dec. Neapo. 138. nu. 15. lib. 1. Foller.
26 in pract. crim. can. vers. reperti culpabiles nu. 15. cum seq. Quæ noticia
qualiter probetur legito Masca. in tracta. de probat. conc. 292. volum. 1.
27 † Iudex ipse creditore instante potest procedere ad sententiam ex com-
municationis cum clausula nisi infra tres dies soluat, vt docet Massa in d.
tract. nu. 19. pag. 69. nu. 6. fol. 149. & nu. 33. pag. 157. vbi subdit rationẽ
id ex consuetudine inoluisse, & ita seruari testatur in d. Curia Episcopa
li, cuius sententiæ species elapso d. triduo vel prorogatione ipsius termi-
ni concurrente mora in non soluendo sortitur effectus suos, ob dictionis
28 naturam † (nisi) quæ in sententia conditionem significat, Massa teste in
29 d. tracta. nu. 19. pag. 153. Coua. d. §. 10. nu. 4. & 6. † vel si in sententia di-
ctum sit si non satisfecerit tali die, ex tunc excommunicatus sit, Guid.

Pap.dec.588. & quòd excommunicatio sub conditione lata vsquatenus, af
ficiat excommunicatum nisi dies vel conditio venerit, expendunt Quin.
30 Mando.de monito quæst.41.nu.2. Viui.dec.95.nu.3.lib.1.† Cuius sen-
tentiæ tenor notificari debet ipsi clerico, quia aliàs eum vti ignorantem
31 haud afficeret, vt placuit Couarr.in d.§.10.nu.7. † absque aliqua moni-
tione nam ipsa contumacia vera vel præsumpta in non soluendo est cau
sa excommunicationis, illaque comminatio (nisi intra triduum soluat)
habet vim monitionis, secundum Mast.in d.tract.nu.6. num.9.fol.55.&
32 consequenter tanquam † excommunicatus iure optimo poterit capi per-
sonaliter, & carcerari ex Burs.cons.345.nu.39.vol.4. Nec in casu huius
33 modi † ipse clericus potest vti remedio appellationis ad effectum suspen-
siuum sed tantùm quò ad effectum deuolutiuum vt per Mast. in d.tract.
nu.7.& 8.pag.171. Lancello.in tract.de atten.par.2.cap.12. in fine. Cu-
ius appellationis species suadetur ex pacto de non opponendo quod vni
formiter apponi solet in huiusmodi obligatorijs instrumentis, vt proba-
ui in hac eadem parte Inspe.17.nu.15. Quæ carceratio pariter iustifica-
34 tur stante dicta † obligatione camerali, quæ vim sententiæ obtinet, vt
probat Cephal.d.cons.nu.16. quo casu rectè potest carcerari, ita pronũ-
tiatum fuisse in prætorio Rotæ Romanæ fatetur Gomes. in reg. cancell.
35 in compen.vtriusque signat.col.fin.pag.172. Rursus mediante † vinculo
iuramenti quod præcisè adimpleri debet ac operatur incursum periurii,
quod graue peccatum dicitur in clerico, & consequenter poterit carcera
ri secundum eumdem Gomes.in præcitato loco Afflic. in Const. Regni
si quis clericus not.6.de cleric.conuen.par.1. Brun.in tract. de cess. bon.
quæst.3.princ.nu.17. (quamuis ab hac sententia perperam recedat Co-
36 uarr.in lib.2.var.resolu.cap.1. nu.9.) Licèt regulariter † clericus sacris
ordinibus insignitus, vel altari aut ecclesiæ proprio ministerio incũbens,
ob æs alienum capi, & carcerari minimè possit, vel excommunicari si in-
opia adeo laborat vt non valeat pecuniam debitam soluere, sed iurato-
ria cautio ab ea exigenda est de illud soluendo, cùm ad pinguiorem for-
tunam peruenerit, absque eo quòd cedat bonis, immo si habet beneficiũ
aut sacerdotium fueritque ad solutionem conuentus, iudex ne ipse excõ-
municetur redditus annuos illius beneficii seu sacerdotii creditori adiu-
dicabit pro ratione quantitatis debitæ, dimissa tamen ipsi clerico cõgrua
portione ex qua valeat alimenta percipere, secundum communem opi-
nionem quam post multos sequuntur Couarr.in d.num.9. Viu.in lib.2.
commu.opi.opin.45. Natta con. 319.nu.5. Menoch.de arb.iud.lib.1.q.
88.nu.8. Suarez in suo thesau.recep.sen.vers.clericus nu. 111. Vrsill.ad
37 Affli.dec.240.nu.26.& 27. Et aduertendum est, quòd si talis † clericus
excommunicatus, & carceratus satisfecerit eius creditori, indiget ipsius
iudicis

iudicis ecclesiastici absolutione, Massa in d. tracta. nu. 18. pag. 175. & li-
38 berabitur à carceribus. † Sicuti recuperat bona ei ablata vigore adiudica
tionis si satisfecerit ipsi domino directo, Mass. in d. tract. nu. 23. pag. 176.
dummodo satisfactio sit facta infra quatrimestre iuxta Cap. Ritus 17.
aliàs secùs, nisi præexistente Principis prorogatione infra tempus iam
39 dictum. Sed quid dicendum, † an valeat proferri sententia excommuni-
cationis, vel prolata sit valida contra clericum de quo certum sit non es-
se illam pariturum, quia est notoriè inops, aut alias priuæ naturæ, & di-
cimus quòd non, secùs autem si inopia non sit notoria, quia tunc valet
sententia excommunicationis, licèt probata inopia tanquàm iniusta sit
retractanda, & excómunicatio sine difficultate relaxanda, secundũ Mass.
in d. tract. nu. 24. pag. 155. Quæ notoria inopia quo pacto probetur, ha-
bes in meo Tract. de Notorio par. 3. effectu 34. Nec omittendum placet
40 † quòd si talis excommunicatus post monitiones non resipuerit, non so
lùm ad sacramenta, & communionem fidelium ac familiaritatem nõ po
test recipi, sed etiam si obdurato animo censuris annexus, in illis per an-
num insorduerit, poterit contra eum tanquàm de hæresi suspectum pro-
cedi, vt ex memorato Sacro Concilio elicitur, quæ dispositio proculdu-
bio comprænendit etiam talem excommunicatum ex causa nummaria,
41 teste Meno. in d. casu nu. 54. ponderans † illam dictionem (*quicunque*)
in dicto Cap. adiectam, cùm paulo supra statuerit Concilium ob causã
ciuilem licitam esse excommunicationem, vbi etiam in nu. 55. ait quòd
42 talis † annus requisitus à Concilio debet esse perfectus, vt est de iure
Rebuff. in Cap. postulastis nu. 251. cum sequ. de cler. excom. min. Quæ
43 Meno. † interpretatio cùm sit magistralis nempe per inuestigationem ra
tionis d. Concilii passim admittitur, cùm ea dicatur probabilis, non autẽ
necessaria, nisi quantùm ratione demonstratur, Seb. Med. teste in sum-
ma de conco. can. decre. distinct. 17. art. 2. pag. 13.

INSPECTIO XX.

Solutio Laudimii vtrum præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio Laudimij an præsumatur domino facta.*
2 *Solutio debet probari per emphyteutam illam allegantem.*
3 *Solutio iuris Canonis debet probari per emphyteutam.*
4 *Dominus diù differens solutionem Laudimij præsumitur se esse satisfactũ, & nu. 5. vbi ampliatur.*

6 *Solutio Laudimij præsumitur ex diuturnitate xxx. annorum.*
7 *Solutio præsumptiua verificatur in hæredes creditoris, & debitoris.*
8 *Consensus domini præsumitur interueniße alienationi emphyteusis ob diuturnitatem decennij.*
9 *Caducitas causata ob alienationem inscio domino factam censetur remissa, si decennio dominus non egit ad commissum.*
10 *Item censetur remissa per receptionem Canonis.*
11 *Laudimij ius præscribitur spatio xxx. annorum.*
12 *Præscriptio de iure Regni finitur spatio xxx. annorum.*
13 *Actio Laudimij exigendi quando transeat in emphyteutam.*
14 *Cap. Regni Regis Mart. 57. procedit existente bonafide.*
15 *Debitor an dicatur in malafide, si creditor non exegit creditum infra longum tempus, & nu. 16.*
17 *Emphyteuta præsumitur in bonafide, & ad solutionem Laudimij paratus.*
18 *Præscribi non potest futurum ius Laudimij.*
19 *Præscribi non possunt decima, & relenium.*
20 *Præscriptio nulla currit contra particulares res feudorum.*
21 *Canoni emphyteutico quanto tempore præscribatur, remißiuè.*
22 *Solutio præsumitur facta ex causa Laudimij, si emphyteuta pro alia causa non erat obligatus, & ibidem an dominus cogatur edere libros in quibus est annotata solutio Laudimij.*

DISPVTATIO hæc quæ congruo hoc in loco explicāda proponitur, ægregia quidem est, sed ardua, & difficilis, an si † dubitetur
1 solutum esse ius Laudimii domino id præsumendum sit. Respondimus regulariter; quòd non quandoquidem solutio est quid facti, quod nō præsumitur, l. in bello §. facte D. de capt. & postlim. reuers. Meno. latè de pręsum. lib. 6. præsum. 18. Vnde nouus emphyteuta † qui solutionem Lau-
2 dimii allegat, eam probare debet, nō autem dominus directus debet probare negatiuam, solutionem maximè esse factam, cùm habeat ius in re quàmuis id sit fundamentum intentionis dicti domini. Natta, cons. 569. nu. 2. Rimin. iun. cons. 52. nu. 115. & con. 188. nu. 1. & cons. 432. nu. 4. & 22. Socc. Iun. con. 111. nu. 15. vol. 2. Velas. in tract. de iure emphy. q. 21. num. 9. est communis opinio quam sequitur Carroc. in tract. loca. & condu. pag. 196. num. 33. in nou. impress. Caualc. in repert. decis. primæ partis vers. instrumentum col. pen. & in dec. 44. nu. 44. Crauc. con. 213. nu. 1. Meno. in d. tract. de præsum. lib. 3. præsum. 135. num. 2. & multos alios collexi in meo Tract. de Notorio par. 1. nu. 113. † Sicuti in solutio-
3 ne iuris canonis testantur hanc esse veriorem, & crebriorem opinionem,

Socc.

Socc.Iun.conſ.111.nu.15.vol.2.Burſa.con.254.nu.25. Surdus in trac. de alime.tit.1.quæſt.48.nu.54.Igne.in repe.l.neceſſarios §.non alias nu. 310.D.ad ſylian.Gloſ.eſt not.in l.2.ver.repellere Co.de iure emphyt.cũ qua omnes tranſeunt nemine diſcrepante, ait Iaſon ibi nu.132.Corbul. de cauſa priua.ob non ſolu.can.quæſt.4.nu.1.Craue.conſ.112.num.8. Bertazz.in conſ.ciui.46.nu.25.vol.1.Maſca.de prob.conſ.601.num.4. vol.2.& con.603.nu.32.eo.vol. Quæ ſolutio probari poterit per teſtes, Maſca.con.602.nu.10 & con.604.nu.5. quamuis emphyteuticus contractus requirat ſcripturam, ſecundum eumdem in d.conſ.nu.1. & conſ. 604.nu.1.latè referens communem Velaſ.in tract.de iure emphy.quæſ. 7.nu.2.Viui.dec.211.nu.2.lib.2. At receditur ab hac regula coniecturis, & præſumptionibus ſufficientibus ad oſtendendum ſolutionem, & ea maximè quæ frequentiori calculo in Curiis diſcuti ſolet, ex temporis diu
4 turnitate ducta, nam † dominus, qui diſtulit multos annos petere Laudimium, patitur exceptionem quod emphyteuta debitor ei ſoluit, vt ex non nullis fundamentis probat Meno.d.præſu.135.nu.3.cum ſequen. Quod
5 axioma fortius militat, † ſi cum diuturnitate huiuſmodi concurrat ſilentium, & taciturnitas ipſius domini, ad copiosè tradita per Maſcar.in trac. de proba.conc.1318.nu.27.Neuiza.con.57.nu.7.Pariſ.conſ.137.nu. 12.lib.4.Bertazzo.conſ.ciuili 118.nu.6.7.10 & 11.Afflict.& ibi Vrſill.
6 dec.13.nu.2.Bero.conſ.19.nu.9.vol.3.† Quam temporis diuturnitatem ex ſpatio xxx.annorum verificari exiſtimamus, ex Corn.conſ.277.litera
7 D.verſ.& ideo vol.4.Cepha.conſ.240.nu.9.& 11.vol.2.† ibidem aſſerentes, non ſolum procedere in hærede creditoris, ſed etiam debitoris;
8 Quemadmodum † ex diuturnitate temporis decennii præſumitur dominum ipſum conſentiſſe alienationi rei emphyteuticæ, vel ſaltem ex poſt facto ratificaſſe, vt obſeruant Cephal.conſ.699.num.48.volu.1.Alexa. conſ.113.nu.10.volu.4.& ibi Natta in addit.Socc.Iun.conſ.22.nu.15. vol.1.Dec.conſ.185.nu.11.& conſ.409.nu.11.Iaſ.in l.1.nu.16.Co.qui admi.ad bon.poſſ.idem Socc.in l.ſciendum num.47.D.de ver.obligat. Tob.Noni.con.2.nu.46.Vaſqui.de ſucceſſ.reſolu.lib.1.§.7.nu.28.vbi fatetur hanc eſſe communem opinionem, Gab.conſ.88.num.14.vol.1. Craue.de antiqui.temp.par.3.nu.36.pag.294. Corbul. de cauſa priua. ob alien.limi.31.Maſcar.in tra.de probat.conc.417.nu.4.vol.1.& cõc. 1316.nu.2.vol.3.Rolan.conſ.vltimo nu.99.volum.4.& conſequenter
9 † ſi ipſe dominus tacuit non agens ad commiſſum intra decennium ratione alienationis factæ eo inſcio, talis caducitas præſumitur remiſſa, ſe-
10 cundum Maſcar.conc.1262.num.37.vol.3.† Vel ſi recepit ius canonis præteriti temporis ſcienter à nouo emphyteuta, quia tunc dicitur declaraſſe nolle eſſe locum caducitati, ob alienationem citra eius conſenſum factam,

factam, ita Corbul. in d. causa priua. fini. 40. Alex. in d. cons. nu. 3. Bero. cons. 116. nu. 12. vol. 1. Anna sing. 651. & sing. 149. Surd. in tra. de alim. tit. 1. quæst. 48. nu. 27. Curt. Sen. cons. 81. col. fin. Cephal. cons. 222. nu. 2. vol. 2. Meno. cons. 355. nu. 12. & in d. tracta. de præsum. præsum. 112. num. 15. lib. 3. Præterea ad confirmationem nostræ limitatiuæ præsum-
11 ptionis solutionis Laudimii, negari haud potest, † quin ipsi domino directario obitet exceptio præscriptionis xxx. annorum, vt nuncupatim voluit Boer. in Consuet. Biturig. titu. des costumes toucha. præscrip. § 3. in princ. Pute. de reint. feud. pag. 97. nu. 2. col. 1. Amed. in tract. de Laudim. q. 47. in princ. Solso. in simili tract. cellu. 5. nu. 14. & 15. id amplians in emphyteusi, ecclesiastica quòd proculdubio procedit suffragante Cap. Regni Regis Marti. 57. titu. de præscript. ex quo elicitur illa conclusio, vt
12 † omnis præscriptio spatio xxx. annorum finiatur, & per consequens
13 † omnis prætensio, & actio pro iure Laudimii domino soluendi translata censetur in ipsum emphyteutam debitorem stante dicto Capitulo, secundum Alex. in l. traditionibus, nu. 4. vbi etiam Ias. nu. 14. Co. de pact.
14 Et quàmuis † dispositio dicti Cap. verificetur præexistente bonafide penes præscribentem, secundum veriorem, & crebriorem sententiã, Alex. con. 58. nu. 9. vol. 7. Balb. de præscript. in 2. par. 3. par. princ. num. 2. Caual. dec. 27. nu. 22. cum seq. par. 1. Simo. de Præt. con. 80. nu. 59. Noni. con. 84. nu. 8. Fulgo. cons. 123. Ferret. caut. 38. Gab. cons. 4. nu. 2. vol. 1. Paris. cons. 15. nu. 19. lib. 1. & cons. 100. nu 166. & 168. eo. lib. & cons. 66. nu. 100. lib. 3. Machell. laté patroc. 55. Mathes. sing. 23. Gerard. sing. 18. Plot. de in lit. iura. vers. decretum in repert. col. 29. cum seq. fatetur esse communiorem, Bursat. cons. 317. nu. 1. Bertazzo. cons. c. ul. 118. nu. 28. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 37. nu. 50. & 68. Guglie. de Perno in impressis apostillis, ad dictum Cap. post eius cons. feuda. pag. 266. vers. circa hanc tamen, vbi testatur quòd examinata super hoc disceptatione in Concilio Vicæregis fuit pronuntiatum hoc Cap. non obtinere stante malafide, & quòd ita fuit mandatum, vt in decisionibus causarum seruaretur. Atta-
15 men non negamus in casu nostro, quòd † cesset malafides ipsius emphyteutę, quandoquidem pręscriptio tali in casu causatur ex sola neglìgẽtia domini directi in non petendo Laudimium infra dictum longum tempus, & sic quòd seipsum excludat, non autem ex facto emphyteutæ, vnde transmutatur malafides in bonam, Albert. cons. 28. num. 2. Anguisso. cons. 265. nu. 18. Lamber. in tra. de iure patro. lib. 1. 2. par. artic. 9. primę quæst. princ. nu. 10. testatur hanc esse communem opinionem, Soc. Iun. cons. 145. nu. 64. cum seq. lib. 1. Guid. Pap. dec. 199. id firmans procede-
16 re † datò quòd interuenisset iuramentum de soluendo ex parte debitoris, quem sequitur Cephal. cons. 240. nu. 16. cum seq. & nu. 22. volu. 2. Rursus

17 sus quia † nulla potest considerari mora penes emphyteutam in non soluendo Laudimium, quod numquàm à domino fuit petitum, sed immo præsumitur se fuisse ad solutionem paratum, & consequenter semper in bonafide stetisse, & præscribendi ius habere, vt voluerunt Cephal. post multos per eum citatos in d. cons. num. 19. 20 & 22. in fine, Rimin. Iun. cons. 37. nu. 50. vol. 1. quicquid sentiat Rebuff. de litte. obligat. art. 1. glo. 9. nu. 26. Quę sine scrupulo vrgent si toties emphyteusis alienaretur cũ consensu domini sine Laudimii solutione vt censeatur inducta consuetudo, Amed. in d. quæst. circa princ. Sed illud omittendum displicet quòd voluerunt Boer. in d. §. in fine Amed. á Ponte in dicto tracta. quęstio. 47.
18 † quòd futurum ius Laudimii nullatenus potest præscribi vnde si emphyteusis etiam per mille annos nunquàm alienaretur in extraneos, & sic non successit casus solutionis Laudimii, nullatenus potest dici Laudimii actionem esse præscriptam, quorum sententia corroboratur eo potissimo fundamento, quia regulariter præscriptio ad futura non extendit eius vires, Corn. cons. 22. nu. 30. vol. 2. Lambert. in d. tracta. lib. 1. par. 1. arti. 3. 9. quæst. princ. nu. 65. Balb. in tract de præscrip. in 4. par. quęst. 4.
19 Decima † autem, siue releuium quod debetur pro translatione rei feudalis, quòd non sint præscriptibilia tradit, Puteus de reinteg. feudo. pag. 97.
20 col. 1. nu. 1. cum seq. quia † contra res particulares feudorum nulla cur-
21 rit pręscriptio, Canoni † autem emphyteutico quanto tempore pręscri-
22 batur, legito Tessau. dec. 114. & dec. 179. Non pręteribo † quod si reperiatur facta solutio alicuius summæ pecuniarum domino per nouum emphyteutam, qui pro nulla causa erat obligatus illam soluere, pręsumitur facta ob causam Laudimii, vt affatim probat Ac. Mar. mant. in add. ad Berta. ver. solutio num. 22. Omittendum nec est, quòd si emphyteuta dicat solutionem Laudimii apparere ex libris Ecclesiæ, seu domini directi, in quibus solutio huiusmodi annotatur, Ecclesia seu ipse dominus tenetur illos ædere ad eius intentionem fundandam, quemadmodum in solutione iuris Canonis constitutum est, vt per Corbul. de causa priua. ob non solu. cano. quęst. 4. nu. 6.

INSPECTIO XXI.

Statuta de Laudimio quos compræhendat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum concernens Laudimii solutionem validum est.*

2 *Statutum laicorum de quantitate Laudimii loquens, an compræhendat Ecclesiam*

Ecclesiam vel Clericos.

3 *Statutum loquens de emphyteusi, an extendatur ad emphyteusim ecclesiasticam, & nu. 4. & 5.*

6 *Cap. Vrbis Catanæ vt emphyteuta possit moram purgare infra mensem soluendi Canonem, an procedat si Canoni fuit promissam cum iuramento.*

7 *Princeps concedens statutum in vim legis, an compræhendat contractus iuratos, & nu. 8.*

9 *Statutum de Laudimio, quando, & vbi obseruandum sit, remissiuè.*

1 HIC locus postulat, vt disseramus † an valeat fieri statutum super quantitate Laudimii soluendi, & quos comprahendat; quo in articulo breuitati studendo, dicimus iure optimo illud fieri posse, vt colligimus, ex Io. de Anan. & ibi Bologni. in addit. cons. 90 Menoc. cons. 444. vol. 5. & sensimus idem in prima parte Inspe. 6. nu. 6. & in par. 2. Inspec.
2 30. nu. 19. Sed animaduertendũ est, † quòd dictũ statutũ si fuerit conditum per laicos, vt certum quid, vel nihil soluatur pro iure Laudimii, non compræhendit ecclesiam, seu ecclesiasticas personas, sed laicos dumtaxat bona emphyteutica possidentes sub territorio statuentium, vt cõsultus respondit copiosè Meno. cons. iam dicto, nisi tale statutum fuisset cõfirmatum á sede apostolica, quia tunc citra scrupulum debet obseruari per ecclesiam, & ecclesiasticas personas, vt voluerunt Fulg. cõs. 6. Amed. in simi. tra. quęst. fin. Regulare enim est statuta laicorum clericos, & ecclesias minimè ligare, etiam indirectè, secundum magis communes opiniones quas recensuit Nepita in Cons. Cat. sub prohem. nume. 136. Nisi sint condita per tria Brachia, Ecclesiasticum scilicet Militare, & Demaniale, vt dicam (DEO fauente) in hac parte Inspe. 24. num. 7. vel sint ecclesię fauorabilia, secundum eumdem Nepit. in d. prohe. nu. 142. Quem-
3 admodum † isthæc statuta laicorum loquentia de emphyteusi, nullatenus verificantur, in emphyteusi quæ deriuat ab ecclesia in laicos, sed tantùm de emphyteusi quæ propriè est laicorum, & ab eis originem sumit, ex Menoc. d. cons. nu. 40. in fine testantur hanc esse communem opinionem Grat. cons. 110. nu. 36. lib. 1. Iul. Clar. in §. emphyteusis quęst. 48. in princ. Corbul. de causa priua. ob non solu. canon. l. in. t. 16. in fine.
4 † Sed hęc opinio licet vera sit, recipit tamẽ declarationem procedere quò ad prejuditium directi dominii ipsius ecclesię, non autem in præiuditiũ laicorum ea bona habentium in emphyteusim, quia tunc talia statuta eorum personas, & consequenter eorum bona ligant, quia vtile dominium quod ex contractu emphyteutico laicis est quęsitum, dicitur esse laicale, & prophanum, & de illo iudicari debet, prout de qualibet alia re temporali,

temporali,ita Barba.conf.14.col.fin.vol.1. Ruyn. conf.70. nu.11.vol. 5.Parif.conf.1.nu.146.vol.2.Dec. in l.ex cõuentione nu.8.verf.& in fimili Co.de pact.& in conf.139.nu.2.Alex.conf.9. nu.3.vol.5. & conf. 27.nu.4.& 5.vol.6.teftatur hanc effe communem opinionem Brun; de ftat.quòd ftant.mafcu.fem.non fucce.arti.18.quęft.22. nu.106. Becc. conf.3.nu.49.Nepita in d.prohe.nu.144.Burfat.conf.56.nume.12. & con.255.nu.23.Alba.con.28.nu.6.Socc.conf.99.nu.1.volu.1.Clar.d. quęft.Rimin.Iun.conf.38.nu.21.lib.1.& conf.267.nu.16.& 17.vol.3. Vnde ratione vtilis dominii tantùm poffunt emphyteutę, & coloni ecclefiæ,collecta à laicis grauari,ex Menoc.de arbitr.iud.lib.2.cent.2.cafu 180.nu.8.ex con.Rolan.66.nu.34.lib.1.Io.Ant.de nigris in tract. de vita & honeft.cleri.pag.15.col.4.in fine Velaf.in tract. de iure emphyt.q.
5 17.num.11.quicquid dixerit Silua.con. 9.† Quę notanda funt ad Cap. quod obtinuit hæc Pręclarifsima Vrbs in anno xii.Ind.1539. quo caueatur,vt emphyteuta ceffans triennio foluere canonem, fi fuerit requifitus à domino directo vt illud foluat, valeat moram purgare infra menfem à die mifsionis cedulę reuocationis corporis,nempe vt dictum Cap.verificetur etiam in emphyteuta ecclefię.Nec poteft inficiari dictum Capit. tẽdere contra libertatem ecclefiafticam, immo effe in fauorem ecclefię, quia emphyteuta ecclefię poteft moram purgare iudicis arbitrio, quod infra bimeftre,& non vltra conceditur, aliàs poffet à fuo arbitrio appellari, vt poft longam difputationem concludat afferens ita fępius iudicari vidiffe,& obtinuiffe Corbul.de caufa priua.ob non folu. cano. limit.41. nu.25. & per dictum Cap. datur menfis ad moram purgandam, & fortius corroboratur ex Socc.d.nu.1.dum tenet,quòd ftante ftatuto vt emphyteuta non cadat in commiffum ob non folutum canonem infra ftatutum tempus,bene eo ftatuto poteft vti emphyteuta laicus habens emphyteufim ab ecclefia, cùm fatis eft ecclefiæ confequi debitum canonẽ, & hoc intuitu ęquitatis,quam amplecti debet ecclefia, quem Socc.fequi
6 tur Burfat.conf.429.nu.38.cum feq. vol.4. † Quemadmodum dictum Cap. vendicat fibi locum etiam fi ius canonis promiffum fuiffet cum iu-
7 ramento,†quia dictum Cap.fuit conceffum in vim legis,vt probat Gab.
8 de iureiura.conc.5.nu.34.eo maximè quòd† omnes ferè contractus hodie vallantur cum iuramento,;quo cafu licèt in dicto Cap. nulla fit facta exprefla mentio iuramenti, attamen comprehenditur cõtractus iuratus, Gram.dec.12.nu.14.cum feq.Seraphy.de priuil.iura. priuil.22. nu.21. cum feq.quicquid dicat Corbul.in dicta caufa priua. Ampli.40.nu.4.
9 † Quandoquidem autem ftatutum de Laudimio loquẽs attendi debeat, & vbi fortiatur effectus fuos,dicam (DEO duce) in xxix.Infpe.huius partis, ideo ibi fcripta hîc repete.

INSPECTIO XXII.

Quinquennalis dilatio an differat solutionem Laudimii.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an gaudeat quinquennali dilatione pro Laudimio.*
2 *Maior pars creditorum debet concurrere in dilatione quinquennali.*
3 *Minor pars creditorum si nolit consentire dilationi quinquennali quid sit faciendum, & nu. 4.*
5 *Maior pars creditorum qualiter intelligatur.*
6 *Creditores si æquales sunt in summa; an sit concedenda quinquennalis dilatio.*
7 *Creditores imaginari non computantur in dilatione concedenda.*
8 *Quinquennalis an possit concedi obligato cum iuramento.*
9 *Quinquennalis dilatio an, & quando admittitur contra personas priuilegiatas.*
10 *Quinquennalis quando incipit currere.*
11 *Creditores futuri in dilatione quinquennali qui dicantur.*
12 *Quinquennalis an transeat ad hæredes.*

1 OBTENTA à Principe quinquennali dilatione† per nouum emphyteutam, num dilatio ipsa differat exactionem Laudimii, quod ipse emphyteuta soluere promisit emphyteutario, concludimus quòd sic, per tex. apertos in l. quoties & l. vniuersa Co. de præcib. impera. offere. quam conclusionem esse canonizatam in Can. vniuersa 25. quæst. 2. asseuerant Staphil. de signa. lit. iustit. pag. 475. nu. 9. Tessau. dec. 186. nu. 1. & seq. vbi probat huiusmodi dilationem citra peccati incursum posse cõcedi. Quod pronuntiatum extenditur etiam si debitor iureiurando promiserit nullam exceptionem obiicere, quia in eo superioris authoritas excepta intelligitur, Castren. l. qui iuramento nu. 3. D. qui satisda. coga. quem sequitur. Asini. de exec. §. 9. cap. 271. Ac etiam si se obligasset ad Laudimium via executiua, Tesa. dec. 26. nu. 16. † Sed præmissa sit demũ
2 sortiuntur effectus suos quatenus maior pars creditorum concurrat in concedenda dicta dilatione, vt elicitur ex d. l. quoties, & l. fin. Co. qui bo. ced. poss. Affli. dec. 288. nu. 1. & ibi Vrsill. Roland. d. cons. nu. 15. Angel. cons. 113. in princ. Brun. in tract. de cessio. bono. quæst. 21. nu. 6. versic. facta

facta Boer. dec. 296. nu. 3. Rebuff. de lit. dilat. anna. & quinquc. num 53. Pragm. 1. ibi (*per maiorem creditorum numerum*) tit. de dilat. & rescript.
3 par. 1. † Et si minor pars creditorum contradicat, vel interesse nolit, tunc loco illius consti to iudici de citatione iudiciarum interponebit decretũ, vt exinde concessio dilationis per maiorem partem creditorum validetur, minorique parti creditorum præiudicet, l. fin. Co. de cessio. bono. Angel. dicto cons. post princ. Machell. patroc. 56 nu. 4. cum seq. Brun. d. q. nu. 6. Vinc. de Franc. dec. 82. num. 1. par. 1. Seraphy. de priuil. iura. priuil. 114. nu. 1. Viui. dec. 268. nu. 2. lib. 2. Simonce. in præfat. tracta. de decret.
4 nu. 113. † vbi id ampliat posse per dictam maiorem partem concedi dilatio huiusmodi, etiam si minor pars creditorum haberet bona debitoris hypothecata, cui addo Afli. dec. 288. in fine Alex. in l. iurisgentium §. hodie tamen nu. 11. vers. illud tamen D. de pact. Vinc. de Franc. d. dec. nu. 8. Brun. cons. 46. nu. 7. quia possunt creditores compellere possessorem bonorum hypotecathorum, quicquid dicat Ias. post Bart. in d. §. nu. 2. vers.
5 4. limita. † In proposito namque censetur maior pars creditorum habito respectu ad quantitatem, & cumulum debiti non autem personarum, secundum Angel. d. cons. in princ. Seraphi. de priuil. iur. priuil. 114. nu. 4. sicut est dispositum per dictam pragma. ibi (*maiorem partem in cumulo*
6 *debiti*:) Brun. d. quæst. num. 6. vers. collegium ibidem † asserens idem esse si æquales sint omnes creditores in concedenda, vel non huiusmodi
7 dilationem, quia semper præualet pars concedere volens, † circumscripta tamen quauis imaginaria obligatione, vt aduertunt Angel. in d. cons. circa princ. & Rebuff. in d. tract. nu. 67. vers. quarto, ac etiam per d. Pragm.
8 ibi (*& vbi par esse debiti cumulus*.) At difficultas † sæpissimè euenire solet, quando ipse emphyteuta in instrumento promisit Laudimii debitũ soluere cum iuramento, renuntians beneficio dictæ quinquennalis dilationis, num exinde valeat obtinere dictam dilationem, quam re omnes ferè Legum Latores asserunt non posse Principem eam concedere citra nullitatem; vt videre licet apud Rebuff. qui multos citat in d. tracta. nu. 22. Boui in tract. de stat. vrb. præscrip. glo. 21. nu. 70. & cum hac opinione solet transire Senatus Pedemontanus, teste Tesa. d. dec. nu. 4. Gramma. dec. 12. nu. 2. Boer. dec. 296. nu. 5. Roland. d. cons. nu. 13. & idem statuitur per dictam Pragmat. ibi in vers. verum, dum dicitur quòd si dictæ dilationi sit renuntiatum cum iuramento nullatenus ea concedi potest in præiuditium creditorum, etiam si per maiorem partem illorum admitteretur, & si concessa fuerit pro reuocata habeatur. Declaratur tamẽ prædicta opinio non habere locum si de consuetudine aliud seruetur, vt vniformiter seruari videmus in hoc Siciliæ Regno quandoquidem virtus iuramenti nequit impedire ordinariam Principis potestatem, secundũ Tes

 sau.

ſuu.dec.prædicta nu.6.vbi fatetur ſic eſſe concluſum in Senatu Pedemõtano, & ita ſeruari de conſuetudine cancellariæ, in Delphinatu, & Pariſiis, ac totius italiæ fatetur Carau.in Rit.Neap.287.nu.9.aſſerens ita pluries ſeruari in Regno Neapo. quia Princeps habet vim apoſtolici ſuper iuramentis, Vrſill.in add.ad Affl.dec.288.nu.7.& 8. Item cùm notorium ſit inſtrumenta in Regno aliter non ſtipulari niſi cum iuramento meritò Princeps ex certa ſcientia præſumitur concedere huiuſmodi dilationem non obſtante iuramento, aduerſus quod valet diſpenſare, ita Gramma. dec.12.nu.14.cum ſeq.Nepita in Conſue.Cat.tit.70.nu.7.Iaſ. in l. non dubium nu.26.Co.de legibus, & dixi in meo Tract.de Notorio par.3.effectu 22.Sed contrarium puto eſſe verius, quòd immo requiratur ſpecifica mentio derogatoria iuramenti, ex Seraphi.de priuil.iura.priuil.22.nu. 37.& priuil.114.nu.3.& ita aliàs in facti contingentia obtinui. Quemadmodum ſpecifica mentio exigitur ex gratia ſpeciali Principis cũ clauſula non obſtante, quando emphyteuta debitor renuntiauit dictæ quinquennali dilationi in contractu Rebuff.in d.tract.nu.29. ac etiam per d. Pragm. quámuis oppoſitum ſentiant Teſſau.dec.186.nu.8.Brunus cõſ.
9 46.nu.5.& Carauit.in d.Rit.Neap.287.nu.11.† Declarantur tamẽ præmiſſa non habere locum ſi ius Laudimii debetur eccleſię, pupillis, viduis, fiſco, & ſimilibus perſonis de iure priuilegiatis, per ea quæ tenet Rebuff. in d.tract.nu.32.& 33.& idem eſt ſtatutum per Pragma.5.& 11.tit.16. par.1.Niſi dictæ perſonę priuilegiatæ eſſent creditrices in Laudimio ceſ-
10 ſionario nomine, vt ibidem. † Incipit tamen currere huiuſmodi dilatio à die datæ literarum, non autem à die præſentationis illarum, neq; ad futuros creditores extenditur, Guid.Pap.dec.109.& ſing.715.verſ. litterę Cumia in Cap.80.Ritus nu.9.Boui de ſtat.vrb.præſcrip.glo.21.nu.72. cum ſeq.Pragm.fin.ſub tit. 16. par.1. Quemadmodum in literis citatorialibus conſtitutum eſſe aſſeuerat Corſett.in quæſtio.forenſ.1.lib.1.
11 † Futuri autem creditores in propoſito dicuntur, qui facti ſunt credẽdo poſt datam litterarum quinquennalium, Rebuff.d.tracta. nu.18.verſ.&
12 dicuntur. † Duratque talis dilatatio donec vitam fungitur ipſe emphyteuta, non autem tranſmiſſibilis eſt ad hæredes, vt voluit Annib.Troyſ.in Rit.Neap.287.nu.15.quòd eatenus verum eſſe exiſtimamus, quatenus dilatio non ſit approbata á creditoribus, aliàs ſecus ſecundum Rebuff.in d.tract.nu.59.

INSPECTIO XXIII.

Debitor Laudimij an gaudeat refugio domus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta conuentus pro executione rei iudicatæ soluere Laudimium, non potest extrahi à domo.*
2 *Refugium domus non procedit stante iuramento.*
3 *Renuntians l plerique D. de in ius vocan. an gaudeat refugio domus.*
4 *Refugio domus an gaudeat, qui renuntiauit omni legum auxilio.*
5 *Pactum de non opponendo suspendit refugium domus.*

1 EMPHYTEVTA † debitor in iure Laudimii, vtrum inuitus possit extrahi à domo vt illud soluat, videtur negatiuè respondendum, ex regula l. plerique D. de in ius voca. l. nemo D. de reg. iur. sed citatæ regulę tunc accedimus quando ipse emphyteuta cõuentus fuisset pro executione sententiæ contra eum latæ, & transactæ in rem iudicatam seruato ordine l. à diuo pio §. in venditione D. de re iudic. † secùs autem si cõueniatur pro executione contractus in quo se obligauit soluere domino Laudimium cum iuramento, quia tunc mediante vinculo iuramenti iure optimo è domo capi, & extrahi potest, vt affirmant Ferret. caut. 22. Gab. tit. de malefic. conc. 10. nu. 35. Straccha in glosa prox. citanda nu. 2. Seraphi. de priuil. iura. priuil. 155. † Quemadmodum etiam extrahi potest de domo si in contractu renuntiauerit dispositioni d. l. plerique, secundum eumdem Gab. in d. conc. num. 40. & ita disputando concludit Straccha in tract. de assecur. glo. 32. nu. 1. Ancha. quęst. 37. nu. 8. lib. 1. Cui l. satis renuntiatum esse arbitror ob renuntiationem illius clausulæ quæ pari passu per tabelliones nostri temporis apponi solet in quibusuis instrumentis scilicet (refugio domus) vel si † renuntiauerit omni legum auxilio, vt docent Iason in d. l. pleriq; in 13. limit. quem sequuntur Gab. in d. conc. nu. 41. Rola. à Vall. in tract. de lucro dot. q. 42. nume. 17. & in cons. 17. nu. vol. 4. & per Stracch. in dicto nu. 2. Ancha. d. nu. 8. Quæ fortius militant, quandoquidem in quibusuis instrumentis apponitur pactum † de non opponendo, quo pacto præexistente omnis exceptio, & defensio denegatur ipsi emphyteutę ante solutionem Laudimii, & consequenter dictum refugium domus, vt probaui in hac eadem parte Inspe. 17. sub nu. 7. & 19.

(Marginal numbers in the paragraph above: 2 at "to ordine l. à diuo pio", 3 at "2. Seraphi.", 4 at "instrumentis scilicet", 5 at "pactum † de non opponendo".)

INSPECTIO XXIIII.

Quæstio Laudimij num sit compromissibilis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Compromitti an debeat quæſtio Laudimij inter coniunctos.*
2 *Cap. Regni Regis Caroli 85. loquens de cauſa ſucceſſionis, & legati non excludit alias cauſas compromiſſibiles.*
3 *Compromiſſum non ſolùm peti poteſt ex parte actoris, ſed etiam rei.*
4 *Minor tenetur compromittere cum authoritate iudicis, vel curatoris.*
5 *Compromiſſum factum per minorem eſt nullum.*
6 *Clerici tenentur compromittere.*
7 *Capitula Regni fuerunt poſtulata per tria Brachia, eccleſiaſticum ſcilicet militare, & demaniale.*
8 *Compromiſſum debet fieri ſuper incidenti articulo, & nu. 9.*
10 *Ceſſionarius an teneatur compromittere.*
11 *Compromiſſum poteſt peti etiam lite conteſtata.*
12 *Compromiſſum non petitur per obligatum cum iuramento.*
13 *Compromiſſum non poteſt peti re iam liquidata, & nu. 14.*
15 *Exceptio litis finitæ excludit compromiſſum.*
16 *Articulus merus iuris non compromittitur.*
17 *Articulus facti ſeu mixtus compromittitur.*
18 *Quæſtio Laudimij inter condam nurum & ſocerum, vel inter nouercam, & priuignum mortuo filio vel patre non eſt compromiſſibilis, & nu. 19. vbi limitatur.*
20 *Compromiſſum non poteſt peti in cauſa appellationis.*
21 *Laudimium ſi petatur pro executione rei iudicatæ, non poteſt peti compromiſſum.*
22 *Authoris intentio fuit meram Laudimij materiam explicare.*
23 *Iuriſdictio iudicis ordinarij ſuſpenditur per compromiſſum neceſſarium.*

EGREGIA quidem attexitur Inſpectio, quæ frequenter in Curiis
1 diſſeritur, vtrum † ſi verti contingat quæſtio pro iure Laudimii exigendo inter coniunctos vſque ad quartum gradum, ea compromitti debeat iuxta diſpoſitionem Cap. Regni Regis Caro. 85. tit. de quæſt. ciuil. verte. inter coniu. perſo. & regulariter loquentes reſpondemus quòd ſic;
2 ob generalitatem rubri habentis orationem perfectam, † quòd per nigrũ loquẽs de cauſa ſucceſſ. & legati reſtringi haud debet; ita Io. de Arno. cõme. 123. Menoc. de præſum. lib. 6. præſu. 1. nu. 16. & con. 75. nu. 89. Cephal. con. 146. nu. 19. Tob. Non. con. 17. num. 2. & 3. Rimin. Iun. conſi. 336. nu. 37. Cannet. in Cap. ſi aliquem verſ. at non erit nu. 6. de ſucceſſio. feud. pag. 296. Quæ regula † amplia tur procedere huc compromiſ-
3

ſum

sum petatur ex parte actoris siue conuenti Alex. consi. 144. nu. 7. vol. 7. Martil. cons. 56. nu. 12. Blanc. de comprom. quæst. 4. nu. 58. & quæst. 5.
4 nu. 2. Maran. Inspec. aureo mem. 8. actu 2. nu. 13. † Secundò ampliatur in quæstione Laudimii vertente cum minore decem, & octo annis, nam ipse pariter tenetur cum authoritate iudicis seu curatoris, iuxta aliud Cap. Regni eiusdem Regis 78. compromittere, secundum veram, & cõmunem opinionem quam testantur Bologni. in addit. ad Io. de Ana. cõs. 48. vers. amitto Rolan. con. 57. nu. 31. & 33. & in tract. de lucro dot. q. 44. nu. 9. cum seq. ita fuisse pluries iudicatum fatetur Anna singu. 115. Seba. Medi. in tract. de acqui. conser. & amitt. per. dom. glo. 3. num. 104. pag. 141. Alex. cons. 65. nu. 33. vol. 6. Beninte. dec. 21. Ludo. dec. Perus. 2. nu. 6. Arno. Comme. 125. Tiraquell. de retra. lignag. in fine num. 53. Barba. cons. 44. col. 2. circa finem par. 3. Meno. con. 100. nu. 133. Marti.
5 sing. 481. Secùs autem † si minor compromitteret citra dictam authoritatem, quia tunc nullum ipso iure efficitur compromissum, stãte d. Cap. Regni Regis Caro. 78. de contra. non celeb. cum mino. vt speciatim voluit Alber. de contra. mino. quæst. 92. Maccabru. cons. 46. nu. 15. Tertiò
6 † ampliatur in Clericos litigantes in foro seculari secundum Blanc. in d. tract. quæst. 3. nu. 32. Capic. dec. 66. Boui. de stat. vrb. præscrip. nu. 148. Barba. in rub. de reb. eccles. non alien. nu. 111. Dec. in Cap. ecclesia San
7 ctæ Mariæ nu. 45. de constit. Quæ sententia proculdubio militat, † quia dictum Cap. Regni & cetera Capitula Regni fuerunt postulata per tria Brachia in Concilio generali vbi interuenit Bracchium Ecclesiasticum, vt docet Cumia in Cap. 40. Ritus nu. 270. Nepita in prohem. Cons. Cat. nu. 141. vbi etiam subdit quòd dicta tria Brachia scilicet Ecclesiasticum, Militare, & Demaniale fuerunt in hoc Siciliæ Regno instituta à Comite Rogerio, qui expulsis mauris vnam partem Regni ecclesiis dedit, aliam
8 Baronibus, & Comitibus, & aliam pro se retinuit. † Ampliatur quartò dictum Cap. habere locum, etiam si super aliquo incidenti articulo petatur compromissum, Socc. sen. cons. 300. nu. 5. lib. 2. Cepolla cons. crim. 64. col. 3. in fine & cons. 40. col. 6. Bart. in l. siquis nu. 5. Co. de pact. vbi etiã
9 Dec. nu. 33. Seba. Medic. in d. glo. nu. 117. † Quod eatenus admittimus, quatenus causa principalis sit comprom. fsibilis aliàs secus, secundũ Iaf-
10 fred. dec. 177. cent. 2. † Quinto ampliatur in cessionario coniunctæ personæ, quia is cessione non obstante tenetur seruare formã dicti Cap. Dec. cons. 59. in fine Mart. sing. 335. & 467. Bapt. Martia. inter cons. diuers. consi. 50. nu. 7. quicquid dixerint Angel. in l. si quis nu. 3. D. de procura. Medic. in d. glo. nu. 112. Sicuti tenetur compromittere quando cessionarius est coniunctus, Surdus in tract. de alimen. titu. 1. quæst. 42. nu. 72.
11 † Sexto ampliatur procedere si compromissum petatur lite iam contestata,

Monarchia Sic. … fundamentum (handwritten marginal note)

ſtata, vt probat Roland. conſ. 57. nu. 3. par. 2. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quicquid dixerit Gramma. in prag. Neap. odia. nu. 4.
12 † Fallit tamen regula iam dicta pluribus ex modis, & primo non habere locum ſi ius Laudimii eſſet promiſſum per nouum emphyteutam cum iuramento, quia tunc incideret in periurium Hyeron. à Laure. dec. auenio. 68. nu. 6. Gramma. in d. pragm. odia. nu. 15. Doccius conſ. 165. nu. 1. & conſ. 57. nu. 7. Seraphi. de priuil. iura. priuil. 22. num. 47. Ferrat. caut. 55. nu. 8. Marſ. ſing. 467. Caualc. dec. 21. nu. 18. Ludo. dec. peruſ. 47. nu. 10. Caſtren. con. 91. nu. 7. lib. 1. Abb. con. 64. nu. 2. lib. 1. Carro. in tracta. de iura. deciſo. quæſt. 1. 9. quæſt. princ. nu. 2. Gab. lib. 2. com. opin. de iure-
13 iur. conc. 5. nu. 11. Sebaſt. Medic. in d. glo. num. 119. † Secundo limitatur quando fuit facta publicatio ſuper atteſtationibus, vel res fuiſſet liquidata, ita Rolan. conſ. 57. nu. 37. lib. 2. Cotta in ſuis memor. verſic. compromiſſum Silua. conſ. 49. nu. 72. Gramma. in d. pragm. num. 15. Menoc. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 35. nu. 3. Vrſill. ad Afflic. dec. 285. in fine Alexan. con. 62. nu. 5. vol. 7. Viui. dec. 131. nu. 7. lib. 1. & dixi in meo Tract. de No
14 torio. par. 3. effectu 41. † non tamen negamus valere compromiſſum factum ſuper re liquidata, ex Grato conſ. 110. nu. 25. & conſ. 133. num. 2.
15 lib. 2. Seraphi. in d. tract. quæſt. 21. num. 7. † Limitatur tertiò ſi ex parte coniuncti opponatur exceptio litis finitæ, vt per Io. Trigo. ſingul. 78.
16 † Quarto fallit regula in quæſtione concernente merum articulum iuris, Alex. conſ. 62. nu. 6. lib. 2. Iaſ. conſ. 26. num. 5. lib. 1. Cephal. conſ. 371. nu. 39. Io. Bapt. Martia. inter conſ. diuerſ. conſ. 50. nu. 23. volu. 1. Medic.
17 in d. gloſa nu. 119. † Sed ea tantùm procedit in articulo facti, ex Doccio conſ. 165. nu. 1. ſeu facti & iuris Iaffred. dec. 271. & dixi in d. meo Tract. effectu prædicto. Quemadmodum in mero iuris articulo nullus ordo iuris exigitur, Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 53. nu. 5. Ferret. conſ. 45. in fine lib. 1. Vinc. de Franc. dec. 21. nu. 18. Blanc. in tract. de compro. q.
18 4. nu. 102. † Quinto limitatur, ſi forte cauſa Laudimii vertatur inter condam nurum, & ſocerum, vel inter nouercam & priuignum mortuo patre teſtatur communem opinionem Viu. lib. 1. com. op. verſ. ſtatutum pag. 320. Ioſeph Ludo. dec. peruſ. 2. nu. 17. Paul. de Caſtr. conſ. 80. nu. 2. vol. 2. Sebaſt. Med. in tra. mors omn. ſol. conc. 6. nu. 23. & in d. glo. nu. 116.
19 † niſi ſuperſtes ex coniugibus maneat in viduitate Tyraquell. in tr. c. ceſ-
20 ſa. cauſ. par. 1. nu. 31. & 33. † Sexto limitatur in cauſa appellationis, in ea enim compromiſſum minimè peti poteſt, ſed tantùm in principali iudicio, Gramma. in Pragm. Neap. odia nu. 3. & 15. Marſ. ſing. 407. Iaſo. in l. ita demum nu. 12. & 13. Co. de procu. Vrſill. in d. dec. nu. 2. Blanc. in d. q.
21 5. nu. 6. Maran. in d. 2. actu nu. 31. Septimo † limitatur non procedere ſi Laudimium petatur vigore rei iudicatæ ita Barto. in l. eleganter 2. D. de cond.

cond.indeb.vbi etiam Angel.nu.5.& Socc.Sen.nu.7.Mara. de ord. iud. par.6.actu 2.nu.18.Ias.cons.26.nu.5.vol 1.Caualc.dec.45.in addi.nu. 38.Ceph.cons.371.nu.39.Medic.in d.glo.num.119. vers.tertio fallit. Essem dicturus nonnullas alias ampliationes,& limitationes, quas breui
22 tatis causa omitto,eo maximè quòd† nostra opinio fuit tantùmodo me-
23 ros terminos Laudimii explicare.†Sed vnú nõ omittã quòd si causa Laudimii compromittatur ex necessitate d.Cap.Regni,dicitur suspensa iurisdictio iudicis ordinarii,adeò vt arbitri laudum expectandum est, Lancel. in tract.de attent.par.2.cap.15.nu.181.Nec requiritur aliqua veniæ petitio.de qua Cod. & D. de in ius voca.stante quòd in hoc Siciliæ Regno proceditur summarie, & de plano,vt per Ozas.dec.30.nu. 21.in fine, & ita alias obtinui.

INSPECTIO XXV.

Emphyteutarius potens plus, vel minus debito an sibi præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Dominus petens plus, vel minus Laudimio, an illud amittat, & nu.7.*
2 *Creditor petere plus dicitur, exprimens summam cum relatione ad acta.*
3 *Creditor petens plus debito, vt cadat à iure suo quæ requirantur.*
4 *Creditori petenti plus debito, ne cadat à iure suo qualiter consulatur, & num 5.*
6 *Causæ in Regno terminantur summariè, & de plano sola facti veritate inspecta.*
8 *Creditor petens minus debito an ammittat residuum debito, & nu.10.*
9 *Clausula (pluris petitione seruata) quid operetur.*

PVLCHRA est admodum,& egregia illa nostrorum disceptatio,
1 quæ nostris in terminis euenire solet,num† dominus directus petens plus,vel minus debito Laudimio,sibi præiudicet; circa primum quando petiit plus debito, dicimus quod patitur pœnam amissionis debiti, per tex.apert.in l.vnic.Cod.de plus petit.cum eius Glo.Cap.vni.eod.tit.hanc esse communiorem, & veriorem opinionem ac in praxi receptam testatur ex Decio Mandos. de monit. quæst. 29. Tessau.dec.231.nu.1.circa finem Ludo.dec.perus.51.nu.1.Hyero.à Laure dec.aucnio.35. nu.2.id
2 amplians† esto quòd petitio singulariter, & deinde generaliter esset con-

 cepta

cepta (vtputa peto decem prout in scripturis continetur,) nam si debebantur quinque nihilominus plus dicitur petitum, & testatur ita fuisse decisum. Quod sanè † nostrum pronuntiatum procedere existimamus
3 dummodo quatuor hæc requisita concurrant, videlicet quòd cautio ex qua agitur sit extorta de maiori summa propter dolum, quòd reus sit vocatus in iudicium, & lis contestata, & quòd in probationibus liqueat de dolo actoris, & à parte opponatur ita Capic. dec.49.nu.4.Sebast. Medi. in regula vtile per inutile, & cæt. sub nu.13.parte 2.Tessau.d. dec. in fine
4 Viui.dec.340.nu.9.lib.2.& Ludo.d.dec. nu.11. † nisi in petitione adiiciatur illa salutaris clausula saluo iure superflui, vel clausula saluo, & cæt. quia tunc ipse actor arbitrio suo declarare poterit quid sub illa dictione
5 & cæt. continere voluerit, vt tradit Ludo.d.dec.nu.13.† vel si petitio esset mere generalis, & relatiua ad scripturas (vt puta peto id quod mihi debetur ex talibus instrumentis,) vt consultus respondit Bero. cons.188.lib.
6 3.nu.6.quem sequitur Ludo.ibi nu.3.† Quæ declarationes proculdubio procedunt cùm omnes causæ hodierna die terminari debent (ex Pragm. notoria in Regno) summariè, & de plano sola facti veritate inspecta citra strepitum & figuram iudicii, quo casu censentur sublatæ omnes sollennitates iuris positiui, & causa potest decidi secundum merum ius gentium, & manu regia, vt post Marant. docet Cumia in Cap. Ritus 38. nu. 8.& 9.Caualc.in repe.dec.par.1.ver.clausula & latè Ozasc.dec.1. & cõsequenter constito de quantitate Laudimii in eam iudex condemnabit emphyteutam, non attentis dictis iuris apicibus, vt in dies seruari vide-
7 mus. Quo verò ad reliquum dubium † quando dominus directus petiit partem iuris Laudimii ei debiti, dico quòd non videtur sibi præiuditium generasse quo minus residuum consequi valeat, cùm non præsumatur residuum donasse emphyteutæ debitori, nec fateri videtur se in maiori quantitate non esse creditorem, siue ignoranter petierit, siue scienter, & in eodem iudicio potest iudex in summa non petita aduersarium condẽnare parte petente, Gramma.Dec.68.nu.3.& 4. Doct. omnes per illum tex.in §.si minus Instit.de actio.Ludou.dec.lucce.46.nu.1.& 18.Vrsill. ad Afflict.dec.142.nume.3.Rebuff.de lit.obliga.art.2.glo.1.nu.66.
8 † Etiam si nulla protestatio de petendo residuum fuisset præmissa, vel si in ea parte reus fuerit condemnatus, vel soluerit absque condemnatione Guid.Pap.dec.177.Massa in tra.ad form.cam.obli.in quæst.post proce.
9 incid.nu.38.pag. 180. Vnde † ad cautelam hodie apponitur clausula in executionibus (salua pluris petitione, vel petitur pars summæ tanquam debita descendens ex maiori summa) non autem tanquàm promissa, vt
10 asseuerat Cumia in Cap.30.Ritus nu.17.† nisi petiisset cum taxatiua tantùm, vel solummodo, vel peteret summam pro resto, vt per Gramma.d.

dec.

dec.nu.4.Ludo.d.dec.nu.21.Natta.con.102. nu.6. Vrsill. vbi supra, & Massa.vbi supra, quia tunc videtur fieri tacitè solutio residui non petiti, secundum Rota Genu.60.nu.6.Guid.Pap.d. dec. testatur communem Granuti.theo.9.nu.9.Mazzo.cons.16.nu.36.Caualc.dec.21.num.86. par.1.Becc.con.47.nu.8.Anguisso.con.75.nu.1. cum seq.

INSPECTIO XXVI.

Apocam de recepto an cogatur facere dominus, & emphyteuta se obligare ad Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Dominus recipiens Laudimium tenetur facere apocam de recepto, & nu. 2. vbi quid si ea perdatur iterum teneatur illam facere.*

3 *Dominus recipiens Laudimium non potest pro alia causa illud computare inuito emphyteuta.*

4 *Debitor in præiuditium creditoris declarare nequit causam pro qua soluit pecuniam.*

5 *Instrumentorum amissio quo pacto probetur, remissiuè.*

6 *Emphyteuta an possit compelli, vt se obliget domino soluere Laudimium.*

7 *Instrumentum obligatorium qualiter fiat in Regno.*

8 *Clerici qualiter debeant se obligare.*

1 CAVTVS † emphyteuta soluens domino directo, vel habenti ius & causam ab eo, vtrum valeat petere apocam de recepto Laudimio, & nouæ laudationis, & approbationis illius respondemus quòd sic; per regulam l.pecuniæ Co.de solut.l.plures Co.de fide instrum. quam extollunt Io.de Amic.cons.71.nu.17.& cons.101.nu.9. Caualc. dec.13.nu. 29.par.2.Alex.cons.37.nume.6.lib.3.Cumia in Cap. 25. Ritus nu.27. Nepiti in Cons.Cat.tit.27.nu.20.Bal.in l.solutionem Co. de solu.& li-
2 bera.Granut.theor.9.nu.3.† Quinimmo si emphyteuta illam perdiderit tenetur iterum dominus facere instrumentum quietationis pro Laudimii iure soluto ac nouæ laudationis secundum Cum.in d.Cap. num.29. Granut.d.theo.nu.5.Solso.in simili tract.cellu.xi.nisi de eiusmodi solu-
3 tione aliunde constet, vt per Mande.cons.33. nu.2. † nec potest ipse dominus pecuniam receptam pro iure Laudimii in aliam causam seu debitum computare, vel retinere inuito emphyteuta, vt asentiunt Caualc. dec.5.nu.21.par.2.Crauc.con.106.nu.13. Quemadmodum è conuer-

4 so † ipse emphyteuta nequit in præiuditiũ domini, seu cuiusuis tertii declarare causam pro qua soluit pecuniam domino ex post facto, vt ex Castre. docet Corbul. de causa priua. ob aliena. q. 4. num. 10. † Quo pacto enim
5 probatur apocæ amissæ tenor, recurre ad Mascar. in tract. de pr. ba. cóc. 908. cum seq. & conc. 602 nu. 14. ac con. 87. cum seq. Velasc. in tract. de
6 iure emphy. quæst. 7. nu. 28. Sed † an dominus possit compellere nouum emphyteutam vt faciat contractum inscriptis soluere Laudimium, affirmatiuè conclu dimus ex Paul. de Cast. in l. contractus nu. 15. Co. de fide instru. Tyraque. de retra. lingui. §. 29. glo. 5. in princ. Io. de Amic. cons. 71. nu. 18. Cau. d. d. dec. 13. nu. 29. Granut. l. theo. nu. 2. Natta con. 382. nu. 2. fatentur hanc esse communem opinionem Galles. in tra. ad form. came. quæstio. 3. nu. 1. de præamb. process. Carroc. multos cumulans in tra. loca. & condu. tit. de loca. an requi. scrip. nu. 8. in nou. impræss. Nepita in d. t. nu. 21. Mandell. cons. 33. nu. 1. Simo. de Pretis cons. 193. nu. 1. vbi hoc procedere sentit quando interuenit promissio de cõtractum in-
7 scriptis celebrando, Granu. d. theo. nu. 2. in fine. † Debetque talis contractus obligatorius perfici, & clausulari cum omnibus, & singulis clausulis, & cautelis solitis fieri vniformiter in Regno per notarios, secundum Tyraquell. in d. glo. nu. 3. & 4. Caball. Miss. elo 196. Granu. d. theo. nu. 13. Rebuff. de famul. salar. glo. 5. nu. 1. vers. sicut debitor, & in tra. de consue. art. 2. glo. 13. nu. 29. Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 7. nu. 37. Gab. in lib. com. conc. de consue. conc. 3. nu. 15. Carro. in d. tit. nu. 11. Galles.
8 d. quæstio. Quinimmo † si ipse emphyteuta est clericus tenetur dictum contractum obligatorium facere cum obligatione camerali stante generali consuetudine, & obseruantia in Regno, vt ex Galles. d. quæst. quem sequuntur Granu. d. theor. nu. 2. in fine & Carroc. d. tit. num. 8. quicquid perperam sentiat Mandell. d. con. 33. nu. 4.

INSPECTIO XXVII.

Fideiussor an opponat exceptionem Cedendarum contra emphyteutarium ei Laudimium petentem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Cedendarum an possit opponi per fideiussorem emphyteutæ conuentum pro debito Laudimy.*

2 *Exceptio Cedendarum admittitur contra pactum de non opponendo.*

3 *Exceptio cedendarum oritur ex eodem fonte à quo oritur actio.*

4 *Exceptio cedendarum quibus in casibus opponi non potest, & nu. 5. & 6.*

7 *Fideiussor an, & quando ante solutionem valeat agere executiuè contra principalem, & nu. 8. 9. & 10.*

1 ILLVD quoque ambigi potest, vtrum † fideiussor emphyteutæ in iure Laudimii, si conueniatur à domino directo, valeat aduersus eum opponere exceptionem cedendarum actionum faciendarum contra emphyteutam principalem debitorem, si est vere paratus soluere, concludimus
2 quòd sic; non obstante † quòd ipse fideiussor sit obligatus via executiua cum pacto de non opponendo, secundum originalem doctrinam Bald. authe. præsente nu. 4. Co. de fideiuss. quam amplectuntur Dec. cons. 27. nu. 1. & cons. 104. nu. 2. & cons. 446. nu. 1. præceptor meus in Cap. 25. Ritus nu. 24. Alex. cons. 119. nu. 4. lib. 1. Marsil. sing. 7. Gramma. in Rit. Neap. tit. de instru. & eor. præsen. nu. 13. pag. 54. Felin. in Cap. ex parte il 2. vbi etiam Dec. nu. 7. de offic. deleg. Seraphi. de priuil. iura. priuil. 10. nu. 9. & in priuil. 77. in fine. Massa in tract. oblig. form. cam. quæst. 14. partic. nu. 10. pag. 67. Rebuff. de lite. oblig. art. 1. glo. 9. nu. 40. Roman. cons. 472. nu. 2. Suarez in l. post rem iudicatam in declar. l. Regni nu. 42. pag. 652. Meno. de præsump. lib. 2. præsump. 48. nu. 14. Tesau. dec. 26.
3 nu. 12. ratio est † quia huiusmodi exceptio cedendarum oritur ex eodem fonte à quo orta fuit actio, & tacitè colligi potest ex ipso contractu, vnde non ab ipso fideiussore censetur repelli actor, sed seipsum excludit, cùm videtur proponere actionem cum ipsa exceptione cedendarum, vt
4 affatim scripsi in meo Tractat. de Notorio par. 3. effectu 15. nu. † Sed nostra principalis conclusio declarationem sumit, quando fideiussor renuntiauit dictæ exceptioni in eodem contractu, quia tunc illius obiectio minimè obstabit domino ita Carro [illegible] in tract. de obl. par. 2. quæst. 22.
5 nu. 7. Socc. sen. con. 200. nu. 3. lib. 2. Afflict. dec. 182. nu. 10. † Quæ renuntiatio non solùm expressè quandoque fieri solet, sed etiam tacitè per clausulas generales, quas indifferenter ponunt notarii nostri temporis, scilicet (renuntians beneficio de fideiu. beneficio Diui Adriani, beneficio nouarum constitutionum) de fideiuss. & reis debendi, & omni alio legú auxilio, vt per Gab. de fideiuss. conc. 1. nu. 90. Ripa in l. si vnquam Cod. de reuo. dona. nu. 118. vbi etiam Tyraquell. in præfat. nu. 121. Vrsill. ad Afflict. d. de [illegible] nu. 13. Rolan. in tractat. de lucro dot. quæst. 42. num. 15.
6 † Vel si fideiussor ipse intercederet in quindena iudicialiter capta, in qua vniformiter adiici solet clausula vt bancus: cùm per talem clausulam censeatur renuntiasse dictæ exceptioni cedendarum, secundum Afflict. dec. 182. nu. 11. & 13. & ibi Vrsill. Tyraqu. in l. si vnquam in præfat. nu. 121. Co. de reuoc. dona. Socc. con. 209. nu. 3. vol. 3. Dec. cons. 27. nu. 5. Bald. con-

7 con. 4. nu. 3. vol. 1. † licèt isto proximo casu quando intercessit fideiussor in quindena, sit consultum ipsi fideiussori vt valeat executionem exercere contra ipsum emphyteutam principalem debitorem pro ea summa in qua fideiussit nulla expectata satisfactione, iuxta Cap. Ritus 33. & ibi Cumia num. 1. cum seq. quod Cap. in casu huiusmodi verificatur, non autem quando quis fideiussit pro alio in contractu, vt placuit meo Patrino ea in tempestate subtilissimo Vincentio Fimia in quadam sua apostilla, quia tunc ante solutionem minimè agere potest contra principalem, datò quòd esset obligatus via executiua, quia ipse fideiussor intercessionis tempore est certus quòd possit contra eum incipi ab executione; & fideiubendo promittit effettualiter soluere, vnde contra principalem nequit agere adhuc officium suum quodammodo non implens, ita quærendo concludit Suarez in l. post rem iudicatam in decla. l. Regni quæst. 1. num. 8. 11. 12. & 13. pag. 670. cum seq. quicquid dixerit Didac. à segura in l. si ex legati num. 74. cum seq. D. de ver. obliga. quamuis ex tali instrumenro cum via executina obligatus si habeatur pro condemnato, Bal. in l. certum est num. 8. Co. famil. hercisçundæ, sed tali casu post modicum tempus iudicis arbitrio agere poterit, secundum

8 eumdem Bal. in l. si pro ea. num. 7. Co. mandati. † Quinimmo voluit Iaffredus dec. 305. con. 4. quòd fideiussor docens de solutione per instrumentum confessionis tantùm, nequit agere contra principalem, quia debet de reali solutione constare sed Iaffre. opinionem minimè sequimur, cùm contra eum tendat communis opinio, quòd immo sufficit creditoris mera confessio de satisfactione debiti, vt frequenter placitum asseuerant Affli. dec. 94. num. 3. Marsil. in Rub. de fideiuss. num. 265. Viu. lib. 1. com. opi. 139. & in lib. 2. opi. 113. Cephal. cons. 101. num. 5. & con. 603. num. 55. Suarez in suo thesau. recept. sente. vers. fideiussor. num. 165. Masca. de prob. con. 783. vol. 2. & 361. num. 1. & 9. Rota Ianue. 51. nu. 3. eamdem communem sequitur nouissimè Cario. in trac.

9 de iuram. decisi. quæst. 3. 14. quæst. princ. nu. 4. Nisi debitor † principalis obligetur fideiussori conseruare eum indemnem ex dicta fideiussione quoties per dictum fideiussorem sibi fuerit petitum, & eum ab obligatione extrahere, & sic vigore istius instrumenti poterit tunc fideiussor agere antequàm soluat, vt pro cautela in praxi seruanda tradit Suarez in d.

10 quæst. nu. 14. pag. 673. † Quod fortius circa scrupulum vendicat sibi locum, si in huiusmodi obligatione accessit iuramentum, vt voluit Seraphi. de priuil. iur. priuil. 77. num. 7. & vide Mascar. de prob. conc. 373. volum. 1.

IN-

INSPECTIO XXVIII.

Coemphyteuta soluendi Laudimium, num censeatur correus liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Coemphyteuta an possit conueniri vt soluat integrum Laudimium.*

2 *Hypotheca est indiuidua.*

3 *Coemphyteuta soluens integrum Laudimium an cæteri censeatur liberati.*

4 *Coemphyteuta soluens Laudimium qualiter agat contra alios, & nu. 5.*

6 *Dominus recipiens partem Laudimij à coemphyteuta an possit alios conuenire, & nu. 8.*

7 *Bona fides non patitur bis idem exigi.*

1 SED quid dicendum est in hac specie, quando † emphyteusis fuit aliẽnata duobus, vel pluribus insolidum, vtrum vnus ex coemphyteusis valeat conueniri à domino vt soluat integrum Laudimiũ, dicimus quòd sic; quandoquidem vt diximus, In par. 1. Inspect. 9. in princ. datur actio hypothecaria pro Laudimio consequendo aduersus nouum emphyteutam possessorem emphyteusis, vnde sequitur quòd vnus ex eis insolidũ obligatus, potest conueniri ad soluendũ integrum Laudimium Negusa. in tra. de pignor. 8. par. princ. 1. mem. nu. 48. Corn. cons. 135. in fine vol. 1. Ias. in §. item siquis in fraudem nu. 128. Instit. de actio. Roma. consil. 128. nu. 1. Caualc. post Suarez in tra. de vsufru. mul. relicto nu. 209. vers.
2 & tantæ vtilitatis. Quod corroboratur eo axiomate † quia hypotheca indiuidua est l. qui pignori D. de pigno. l. in executione §. item si ita in fine D. de verbo. obligat. cum simil. Sicuti per solutionem Laudimii factã vni ex dominis directis correis credendi tollitur actio alterius, si solutio est facta integrè, Bar. in l. ex duobus la 2. nu. 1. D. de duo. reis constit. & si vnus ex coemphyteutis pro parte canonẽ soluere cesset, vel in totum sit cessatum, omnes á iure suo cadunt, cùm duo rei debendi, & socii constituantur, & insolidum tenentur ratione eiusdem rei, & mora vnius alteri nocet. Bero. con. 126. nu. 9. & seq. vol. 1. Cobul. de causa priua. ob non so-
3 lu. cano. amplia. 33. † Sed numquid ipse conuentus soluens Laudimium cæteri coemphyteutæ correi censeatur liberati pro eorum rata, dicimus quòd sic; nam solutio debiti facta ab vno ex correis alios correos liberat,

rat, Dec.in l.bonafides nu.1. D.de reg.iur. Bursa. cons.441. nu.1. vol.4. Beninte.dec.81.nu.1.& 8.Carro.in tract.de oblat.par.2. quæst. 30. vmodo quòd solutio simpliciter, vel expræssim nomine omnium coemphyteutarum fiat, vt declarat ipse Carro. ibidem. Et eodem iudicio ipse
4 † correus qui soluit integrum ius Laudimii, pòtest petere vt cæteri correi eum indemnem conseruant pro rata eis pertinente, vt per Io. de Amic. cons.34.nu.1. Tessáu.dec.191.num 6.in fine vbi testatur ita fuisse decisum per Senatum facta matura consideratione, nam vna semel quòd res emphyteutica peruenit ad eos, clarū est proportionabiliter ab alio portionem dari, & æquum est vt qui liberationis commodum sentit, is etiā
5 incommodum solutionis ferat, l.secūdum naturam D.de reg.iu.† Quod fortius procedit quando correus cautè soluit impetrando iurium cessionem aduersus eius correos insolidum obligatos, pro rata eis tangente, iuxta no.in l.modestinus D.de solutio.vt aduertunt Tessau.d. dec.in fine
6 Cumia in Cap.25.Ritus nu.23.† Sed vnum notandum censui, quòd dominus recipiens partem ab vno ex coemphyteutis censetur inducere diuisionem, adeo quòd alios coemphyteutas nequit insolidum conuenire, sed pro rata Laudimii eis tangente, ita Bellon.cons 44.col.1.& 2. Beninte.d.dec.nu.6.Ludo.dec.lucce 21.nu.1.& 2.cum seq. Creditor enim habens duos correos debendi, debet esse vnica solutione cōtentus, alioquin eius intentio à limine iudicii reiicitur si petierit integrum creditū à cor-
7 reo, vt docet Bar.in l.3.§.vbi duo nu.3.de duo reis† & bonafides non patitur vt bis idem exigatur, l.bonafides D.de regul. iur. ob quam regulam ita speci itim in duobus reis, docet Dec. ibi in princ. & in hanc senten-
8 tiam inclinat Iaffredus dec.289. in fine. † Quinimmo subdit ipse Benite. d.dec.num.9. quòd præmissa non solùm militant in reali solutione, sed etiam in acceptilatione, quæ dicitur imaginaria solutio, per text.in l.si ex pluribus de accept. Seraphy.de priuil.iura.priui.82.nu.2.Nepi. in Conf. Cat.pag.233.nu.12.Carro.in tract.de iuram.decisi.quæst.1. quæst.14. prin.nu.3. etiam si acceptilatio esset celebrata cum pacto expræsso vt nō pro sit correis, nam saltem datò quòd valeret tale pactum intelligitur ipso iure, sed bene ope exceptionis prodest, & ita esse de mente omnium probat Beninte. ibi & nu.10.

INSPECTIO XXIX.

Statuta de Laudimijs, quando, & vbi sint seruanda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum de Laudimio loquens, ad vnguem seruandum est.*
2 *Statutum semper præsumitur esse in viridi obseruantia.*
3 *Statutum à principio vsu non receptum nullas habet vires.*
4 *Allegans statutum non esse vsu receptum, id tenetur probare.*
5 *Statutum in dubio præsumitur vsu receptum esse.*
6 *Statutum non esse vsu receptum qualiter probetur.*
7 *Statutum ob non vsum decennij euanescit.*
8 *Consuetudo notoria qualiter probetur, remissiuè.*
9 *Statuta seruanda sunt in territorio statuentium.*
10 *Statuta sunt seruanda in oppidis subiectis statuentibus.*
11 *Statutum an sit in iudicio producendum, remissiuè.*
12 *Statutum non ligat subditos extra territorium.*

1 AT discutiendum est, vtrum † statutum conditum super iure Lau-
dimij soluendo indistinctè, & vbiquè sit seruandum. Circa pri-
mum accedimus regulæ affirmatiuæ statutum omnino seruari debere,
iuxta eius corticem, & tenorem, nec eius forma in minimo præteriri po-
test, maximè si est contra vel præter ius commune, Bal. in l. 2. nu. 12. Co.
quomo. & quan. iud. & in l. ordo nu. 8. Co. de execu. rei iudic. Dec. consi.
322. nu. 3. vol. 2. Corta in suis memo. vers. statutum pag. 477. Becc. cōs.
2 12. nu. 1. † Quia semper præsumitur esse in viridi obseruantia, l. arriani
Co. de hæret. Rolan. consi. 90. nu. 53. cum seq. lib. 1 Cepha. consi. 568.
nu. 17. Gozad. con. 16. nu 16. Nepita in prohe. Consu. Cat. nu. 154. Lu-
do. dec. perusi. 98. nu. 5. Meno. cons. 75. nu. 14 vol. 1. maximè si per alle-
gantem statutum probetur statutum fuisse ab initio obseruatum ex Me-
3 no. de præsump. lib. 2. præsum. 2. nisi † à principio moribus vtentiū haud
fuerit receptum, neque approbatum, nec deinceps homines eo vsi fue-
rint, quia tunc nullas habet vires, vt placuit Plot. in tractat. de in lit. iura.
nu. 321. Masca. de probat. conc. 1153. nu. 13. vol. 3. Bertazz. consi. ciuili
71. nu. 24. & consi. 99. nu. 15. vol. 1. Beninte. dec. 13. nu. 9. Sola in com.
ducal. sub tit. in proœ. glo. 4. nu. 35. Dec. cons. 469. nu. 8. Cephal. consi.
136. nu. 18. Ludo. dec. perus. 98. nu. 1. Roland. à Vall. in tracta. de lucro
dot. quæst. 99. nu. 4. & 5. Natta cons. 254. nu. 5. Cassan. in Consu. Burg.
pag. 891. nu. 3. Ias. in l. rem non nouam nu. 8. Co. de iudic. Neuiza. cons.
58. nu. 9. Rimin. Iun. con. 52. num. 87. communem opinionem testatur
Nepita in prohem. Consue. Cat. nu. 146. cum seq. Paris. cons. 53. nu. 98.
vol. 3. etiam si essent obseruata à minori parte populi, Ludou. dec. perus.
4 98. par. 2. Nepita ibi supra Bursa. con. 255. nu. 3. † Quæ negatiua a parte

quæ in eis se fundat expedit articulari, probari aliàs statuto inhærendum est, ex à Vall.conf.90.num.54.vol.2.& conf.99.num.39.vol 1.& in d.q.99.in fine Dec.conf.649.col.pen.Caual.de tuto & cura.nu.42.Bemnte.d.dec.nu.10.Nepita in d.prohe.nu.154 cum seq.vbi sub lit qualiter debent deponere testes in casu huiusmodi, Sola in d.glo.num.47. Curt. Iun.con.129.nu.12.Goza.conf.16.nu.16.Corn.conf.15. col.4.vers. præterea vol.3.Hercul.in tra.de negati.nu.26.Masc.in d.tra.con. 1332.
5 n.13.vol.3.vbi sub lit rationem† quia in dubio statutum præsumitur vsu esse receptum, cùm Superioris iussa seruare tenemur si peccati incursum
6 euitare volumus. Debet namque † articulare, & probare casum euenisse super exactione Laudimii, & iuxta consuetudinem statuto expresisque derogatoriam fuisse decisum, non autem ex alia causa, ita Crauet.consi. 171.nu.14.& conf.197.nu.12.Nepita in d.prohe.n.num.152. Bellon. conf.8.nu.15.Bursa.conf.222.nu.22.vol.2.Curt.Iun.vbi supra Puteus in tra.syndi.pag.285.nu.2.Caual.in d.tract. nu.42. Quando quidẽ non eueniente casu etiam per mille annos, vnquá non vsu tollitur statutū, secundum communem distinctionem, & intelligentiam quam post Soba.Medic. amplectitur idem Burs.ibi & testatur hác esse magis commu-
7 nem Nepita in d.prohe.nu.150.† Itidem concludendum est si statutum à principio fuit moribus vtentium approbatum, sed exinde decennii interuallo totum oppositum vsu gentium fuit obseruatum, quia tunc penitus extinguitur, & nullifariam obtemperandum est, cùm vna lex per superuenientem contrariam legem tollatur, ita Alex.conf.6.num.4.vol.1. Ruin.conf.143.nu.24.vol.5.Machell.conf.27.nu.2.à Vall.c consi.99. 10.vol.2.Goza.conf.23.nu.10.vbi ait hoc procedere ne dum ad tollendum legem ciuilem, verùm etiam canonicam Nepita in d.prohe.nu.148. Sola.in d.glo.nu.38.vers.secũdus est Paris.cons.105.nu.8.lib.4.Roma. conf.512.num.12.Natta conf.254. nu.6. & quamuis Alex.conf.132. vol.1.quem sequitur Carauita in Rit.Neap.84.num.4. teneat quòd etiá requiratur vt contra tale statutum sit obtentum in contradictorio iudicio, tamen ipse Alex. corruptè loquitur idest sine affirmatiua, sed cum negatiua quòd non sit obtentum in contradictorio iudicio, sed solùm sufficiat lapsus decem annorum, secundum prædictos, vt aduertit Purpu.conf.432.vol.2.& licet Natta d.conf. 254.num. 7. dicat quòd cùm
8 tali casu † agatur de consuetudine fori notoria de cuius viribus potest iudex à se ipso parte absente informare à tabellionibus, tamen an, & quádo eius dictum sic simpliciter procedat, vide plenè tradita in meo Tract. de Notorio par.2.tit.Notorium quomodo probetur Illat.10.& hæc quò ad
9 primum responsum † Circa verò secundum quæsitum vbi, & contra quos sortiatur effectus suos, respondemus quidem in eo loco, & Ciui-

tate

tate quæ subest iurisdictioni statuentium, in qua sunt sita bona emphyteutica quæ alienantur per personas illius loci, seu Prouinciæ, quia tunc dicitur lex propria constituentium, & ideo ad exteros nullatenus extenditur, ita Becc.cons.62.num.1. Socc.Sen. cons.288.nu.3.lib.2. Nepita in prohem. Cons.Cat.num.114. à Valle cons. 80. num.41. volu.4. vbi communẽ ait Paris.cons.53.num.84.vol.3.Hiero. à Laure.dec.auenio. 135.num.4.Goza.cons.49.num.8.Rolan.in tract. de lucro dot. quæst. 20.num.5.& 12. Anna alleg.85.num.1.Curt.Iun. cons.108.num.32.
10 Gab.cons.169.num.17.vol.1. † Verùm quòd non negamus illud obseruari debere etiam in contratis, & oppidis adherentibus, & suppositis Vrbi statuentium, dummodo quòd dictæ contratæ non habeant in hoc particulare statutum, vt in specie voluerunt Socc. Iun. cons.2. num.30. & 32.& cons.11.num.7.vol.1. Io.Botta cons.18.num.14.Cepha.cons. 414.num.1.Seraphi. de priuil.iura. priuil. 4. num. 170. Rolan.in d.tra. quæst.85.num.3. cum seq. Io. de Amic. cons.20. num. 21. cum seq. & cons.75.num.9. & cons.104.num.15. Bertazzo.cons. ciuili 23. nu. 10. & cons.95.num.1.vol.1. Nepita in d.prohe. num.134.& 68.vbi remis-
11 siuè tradit qui dicantur vicini à Ciuitate, vel oppido. † Quando autem debeat statutum particulare iudicialiter produci, vide in meo Tract. de
12 Notorio par.2. rubr. iam dicta num. † Et an statutum liget subditos extra territorium, dic quòd non; vt affatim probat Nepita in d.loco num.122. cuius authoritati me subiicio.

INSPECTIO XXX.

Condictio indebiti an habeat locum in iure Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Indebiti condictio an detur soluenti Laudimium indebitum.*
2 *Error exigitur in repetitione indebiti.*
3 *Agens conditione indebiti quæ debet probare.*
4 *Indebitum soluens scienter, perdit condictionem indebiti & nu.16.*
5 *Soluens scienter indebitũ donare præsumitur, & nu. 6. vbi declaratur.*
7 *Ignorantia iuris præsumitur potius, quàm donatio in indebiti solutione.*
8 *Indebitum recipiens vbique conueniri potest si ibi reperitur.*
9 *Renuntians cõditioni indebiti num eam possit, excipere, & nu.10 & 13.*
11 *Promittens non mouere controuersiam, an censeatur renuntiare conditioni indebiti.*

 12 *Clausula*

CAETERVM & hic vnum non omiserim, quod in scholis horis vespertinis incumbentes addidimus sub rub. D. de cond. indeb.
1 vtrum † soluens indebitè Laudimium quod omnino non debebat, vel si id debebat, alii tamen solui, aut si Laudimium quod alius debebat, alius quasi ipse soluit, detur ei condictio, seu repetitio indebiti; & præsuppo- 1
sito quòd petitio maioris Laudimii sit indebita, ut speciatim admonet Sola in com. duca. sub au. tit. de iure emphyt. glo. 1. num. 3. respondemus quòd sic; ex l. in summa in fine & ibi vna voce Doctores D. de cond. indeb. Mozz. in tra. de contra. tit. de condi. indeb. vers. 1. num. 7. & ferè omnes in d. rub. quicquid dixerit Fineli. in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 36. Co.
2 de rescin. vendit. Dummodo † per errorem id solutum sit, secundum Mozz. d. vers. num. 4. Socc. Iun. con. 18. in fine vol. 1. Cephal. cons. 631. num. 41. vol. 5. qui error præsumitur, vt probat Bursa. cons. 339. nu. 3.
3 vol. 3. Hinc docet ipse Mozz. † tria esse probanda per agentem condictione indebiti, in d. tit. vers. veniamus num. 3. ex mente Meno. in tra. de recupe. posse. mem. 2. num. 3. cum seq. Primò vt inter actorem, & conuentum sit aliquid gestum. Secundo indebitum Laudimium esse solutũ.
4 Tertiò quod dominium non sit acquisitum, † secùs autem si scienter Laudimium indebitum soluatur quia tunc condictioni indebiti locus nõ est, etiam si solutio sit facta ab habente animum repetendi, nam propositum in mente retentum nihil operatur, l. repetendi Co. de condi. ob caus. Bursa. cons. 441. num. 9. Stort. de rest. in inte. quæst. 152. nu. 35.
5 par. 2. Cepha. cons. 187. num. 24. † Vnde iudicatur facta donatio l. 1. & l. quod quis D. de condit. indeb. Viui. dec. 218. num. 3. lib. 2. Rimin. Iun. con. 262. num. 39. vol. 3. Stortia d. quæst. num. 36. Mozz. in d.
6 vers. capio num. 4. † Quod sanè militat si recipiens, & soluens sciant verè causam non subesse, secùs si ex parte recipientis nulla subsit causa etiam putatiua, quia tunc cùm non recipiat ex causa donationis non potest dici in ea consentire; & consequenter non dicitur donatio, ita docent Ias. in l. 1. num. 12. vers. prædicta D. de cond. indeb. ac etiam in d. rub. vbi etiam Socc Sen. Ruin. con. infra scripto num. 10. Meno. de præsu. lib. 3. præsu. 31. num. 8. & præsum 6. num. 44. Dec. Cagno. & Mayn. in l. per errorem D. de reg. iur. Viu. d. num. 3. Dec. in l. si ego num. 4. D. si cert. pet. Mozz. in d. vers. capio num. 5. vbi hoc multipliciter limi-
7 tat. † Et licèt in dubio error iuris non præsumatur, tamen si apparet indebitum, potius præsumitur ignorantia iuris, quàm donatio, vt consulti

respon-

responderũt Alex.cons.80.nu.11.cũ seq.vol.3. Becci.cons.109.nu.17. Dec.cons.350.num.4. Ruin. cons. 29. num.9 vol.2. Et est adeo priui-
8 legiata † isthæc indebiti repetitio, vt ea quocunque in loco potest experiri, vbi reus saltem reperiatur, Rolan.à Valle cons.26.num.54.vol.2.
9 Sed arduus videri meo est articulus, quando † ignoranter soluens Laudimium illud valeat repetere si renuntiauit condictioni indebiti, vel ob causam, & omni alio legum auxilio, nam Ias. in d. l. 1. num. 3. vsque
10 ad nu. 12. hunc articulũ ad partes disputando concludit quòd non; † Sed contrarium verius esse putauit Bar.in l. vlti. §. idem quæsiit num. 1. & 2. D. de condic. indeb. ea potissimum ratione quia idem error qui est in principali solutione Laudimii, viget pariter in renuntiatione, meritò nihil debet renuntiatio præiudicare idem fatentur Socc. Iun. cons. 116. nu. 20. vol. 2. Corn. cons. 189. col. 2. in fine vol. 1. Deci cons. 475. num. 29. Ruin.cons.106.num.10. & cons. 134. num.7. & num. 8. vbi id firmat etiã interueniente iuramẽto, vol.1. Menoch.in d. tract. remed. 1. nu.293.
11 Marsi.sing.18. Quemadmodum † nec minus indebitè Laudimium soluens amittit condictionem indebiti, si promisit pro eo nullam intentare controuersiam, ratione iam dicta, ex Socc. in d. cons. num. 20. quod
12 fortius procedere ait ipse Socc. quando prædictæ † clausulæ apponuntur in instrumento potius ex notariorum stilo quàm ex contrahentium præcogitatione, & pacto; quia tunc nullum facit præiudicium contrahentibus, cuius sententiæ addimus Tiraquell. in tra. de constit. parte 3. limi. 31. num. 12. Tassa. in tra. de erro. not. cap. 4. Meno. cons. 195.
13 num.24. lib.2. Vnde † ex prædictis censeo opinionem Iaso. procedere quando prædictæ clausulæ sunt appositæ ex pacto contrahentium, opinionem vero Bart. & sequacium quando renuntiatio ipsarum clausularum reperitur apposita sub cet. notariorum ex eorum stylo, vel saltem negari non potest vt mediante huiusmodi opinionum controuersia res
14 sapiat ambiguitatem, & consequenter † ea pendente indistinctè tenendum esse conditioni, & repetitioni indebiti esse locum, vt tutus ex
15 communi opinione consuluit Bursa. cons. 274. num. 20. vol. 3. † Causas autem quarum intuitu extinguitur indebiti condictio, cumulat Mozz. in memorato titulo sub rub. de caus. quæ fac. cess. cond. inde-
16 biti. † Vnum non omittam, quod si contrahentes scienter agant contractum alienationis emphyteusis nullum, & Laudimium propterea fuisse solutum, cessat repetitio seu indebiti condictio, ex Pet. Peckio in tract. de amor. iz bono. cap. 21. num. 4. secus si ignoranter, quia tunc puto esse locum repetitioni per prædicta.

IN-

INSPECTIO XXXI.

Agitur ex remedio l. diffamari Co. de ingen. manu. & l. si contendat D. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatus se esse debitorem in laudimio, vel si timet pro eo molestari quid facere debeat.*
2 *L. diffamari Co. de ingen. manum. in quibus actionibus procedat.*
3 *Diffamatio ante omnia est probanda per agentem remedio l. diffamari, & nu. 4. vbi qualiter probetur.*
5 *Iudex non potest præfigere terminum, non constito de diffamationibus, aliàs poterit appellari, & num. 9. vbi declaratur.*
6 *Diffamatus potest intentare remedium l. diffamari coram iudice suo.*
7 *Diffamatus dicitur reus, & ibidem declaratur.*
8 *Diffamatus si habet plures iudices potest agere coram vno, etiam inuito diffamante.*
9 *Ordo iudiciarius an sit seruandus per agentem beneficio l. diffamari.*
10 *Terminus in remedio l. diffamari qualiter præfigatur.*
11 *Diffamans si non compareat in termino, quid sit agendum.*
12 *Sententia declaratoria an exigatur contra diffamantem.*
13 *Diffamans cui fuit impositum silentium, an audiatur in foro ecclesiastico & nu. 14. vbi limitatur.*
15 *Appellatio permittitur à sententia lata contra diffamantem vel diffamatum.*
16 *Libellus, & sententia in iudicio l. diffamari qualiter formetur.*
17 *Agens remedio l. si contendat quid petere debet.*
18 *Agens ex l. si contendat debet docere de eius interesse.*
19 *L. si contendat habet locum in quacunque exceptione peremptoria.*
20 *Remedium l. si contendat an sit cautius remedio l. diffamari.*
21 *Differentia inter l. diffamari cum l. si contendat.*

1 SI quis † iactatione diffamationeque infestatur se esse debitorem in iure Laudimii, vel timet actionibus non opportunè impeti pro eodē iure ob aliqua bona emphyteutica ad eum prouenta, nam aliquo iuris remedio experiri valeat ad huiusmodi diffamationem, vel actiones euitandas, parsque ab huiusmodi diffamatione, seu iactatione desistat. Et ag-

gre-

grediens primum quæsitum circa diffamationem, respondeo quòd hic à beneficio nempe l. diffamari C. de ingen. manum. ex Molin. de primoge. lib. 3. cap. 14. nu. 9. vbi fatetur hanc esse veriorem, & receptam opi-
2 nionem. † Quod beneficium non solùm in actionibus personalibus vendicat sibi locum sed etiam in realibus, ac in petitorio, & possessorio; vt placuit Boer. dec. 255. num. 7. Gab. in suis com. conclu. sub tit. de actio. conc. 6. nu. 3. Annæ sing. 543. Ripæ in respo. 8. nu. 8. lib. 1. Socc. con. 38. 9
3 nu. 10. lib. 1. † Sed ante omnia expedit vt ex parte diffamati aliqualiter saltē causæ cognitione præmissa probetur iactationes diffamationesq; precessisse, siue iudicialiter siue extraiudicialiter, quàmuis coram paucis iudicis
4 arbitrio. † (Quæ hisce summaria probatio etiam per testes ante litis contestationem possibilis admittitur, Gab. teste in d. conc. nu. 17.) quandoqui-
5 dem † ex remedio d. l. diffamari hoc agitur, vt pronuncietur nullum ius diffamanti competere aduersus diffamantem, vnde id nisi præuia diffamatione disquiri debet, vt in actu practico seruari vidisse fatetur Cagno. in d. l. diffamari. nu. 2. & 6. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 18. nu. 3. & in fine d. cap. Ludo. dec. luc. 32. nu. 3. & 4. & 11. Aret. in rub. Instit. de excep. nu. 9. Hercula. in tract. de negatiua nu. 236. Boer. d. dec. nu. 7. Vrsill. in add. ad Afflict. dec. 264. nu. 2. Gab. d. conc. nu. 24. Vant. in tit. de nulli. ex defe. processi nu. 65. vbi etiam infert diffamationem huiusmodi eo ipso probari, dum aduersarius iudicium assumens in causa se opponit. Hinc iure optimo asserit Boer. in præcit. loco, quòd si diffamatus non constiterit de diffamationibus, nullatenus à iudice potest præfigi terminus diffamanti vt 11 constet de iure suo, (prout mox dicam) aliàs ab illius assignatione licitū
6 erit appellationis refugio experiri. † Quod remedium diffamatus ipse poterit intentare coram iudice suo, licèt diffamans iurisdictioni illius non sit subditus, vt voluerunt Cagnol. referens communem opinionem in d. l. diffamari nu. 9. Couarr. in d. cap. nu. 4. & 5. & ita fuisse decisum per Senatum Pedemontanum fatetur Ozascus decis. 151. qui ad huius sententiæ confirmationem plura adducunt, contrariæ opinioni respondentes, idemque tenem Roma. con. 412. nu. 2. Socc. con. 94. lib. 3. Capic. dec. 18. vbi
7 testatur ità fuisse Neapoli votatum, Gab. d. conc. nu. 41. & seq. † Quandoquidem diffamatus ipse dicitur verè originaliter reus, taciteque ad iudicium prouocatus, non autem actor, secundum eos, & per Bursa. cons. 16. nu. 58. licèt secùs sit dicendum quò ad petitionem instrumentorum penes conuentum existentium, quia isto in casu dicitur actor, vt proba-
8 tum reliquit Gab. in d. conclu. in fine. Quod adeo verum est vt † si ipse diffamatus haberet plures iudices, & intentauerit beneficium d. l. diffamari coram vno ex eis diffamans ipse minimè poterit coram alio ex prædictis iudicibus comparere, sed tantùm coram iudice electo ab ipso diffamato,

famato, ita Conar. in d. cap. nu. 6. in fine, & cum ista sententia pertransire videntur Cagno. in d. l. nu. 10. in fine Bemme. dec. 66. nu. 2. Et licèt aliqui teneant oppositum, tamen respondetur earum opinionem procedere quò ad iudicium intentatum ex mera citatione qua præuentionis iurisdictio arguitur, secùs autem quò ad iudicium diffamationis postea intentandum per conuentum, vt concil. in lo. concludit Gabr. in d. conclus.
9 nu. 31. & 32. † Nec in tali iudicio in quo nihil dari, aut fieri petitur iuris ordo seruandus est; sed aliquali petitione porrecta cõstito de iactationibus (vt prædixi) congruus præfigitur terminus monitorius, & peremptorius diffamanti iudicis arbitrio ad docendum de iure suo, adiecta commtinatione quòd aliàs vltra nequaquàm audietur in pretenso iure suo, vt opinati fuere Couar. in d. cap. in princ. & nu. 2. in fine Vant. in d. nu. 65. Boer. d. num. 7. Vrsill. in d. dec. num. 2. Meno. in tra. de arbi. iud. casu 457.
10 num. 8. cen. 5. Cagno. in d. l. diffamari num. 3. & 24. † Qui autem terminus cum expressione causæ præfigi debet propter quam mouetur iudex ipse, vt affatim probant Gab. d. conc. nu. 40. Couar. in d. cap. nu. 2. vbi ait quòd dictus vnicus terminus cum comminatione iam dicta sat est vt frequentissimè in praxi recipitur, cuius sententiæ accedimus quando diffamans asseuerat nolle iura sua proponere, secùs si tacet, quia tunc bina requiritur monitio adhoc vt possit deueniri ad declaratoriam iurium prætensorum exclusiuam, (de qua mox dicam) ita Annæ sing. 542. doctissimè per Ludo. d. dec. 32. sub nu. 6. cum sequentibus Afflic. dec. 264.
11 Capic. dec. 205. nu. 4. † Quo termino elapso, & non comparente diffamante, ob eius contumaciam iudex declarare poterit diffamationes iactationesque iniustas, & temerarias ac de facto factas esse, desuperque perpetuum imponere silentium, quasi probatum sit ius minimè touere, vt docet Vát. in d. nu. 65. Lud. d. dec. 32. nu. 5. Burs. cõ. 16. nu. 58. Scrut. con. feu. 74. nu. 8. & 9. Hercula. in trac. de negatiua nu. 236. Hinc legẽdo dicebat Cagno. ex theorica Angeli in d. l. diffamari sub nu. 11 & vt elapso dicto termino cautus & diligens sit ipse diffamatus in accusando contumaciam diffamanti, non comparenti petendo pronuntiari illum esse cõtumacem, & in termino non comparuisse, ac de cætero super illa re non esse audiendum, aliàs poterit talis contumax refectis expensis probare,
12 & peragere eius incumbentia non obstante lapsu termini. † Quę iudiciaria declaratio omnifariam subsequi debet, ex Gab. d. conc. nu. 28. & 30.
13 Nec is † cui in foro seculari fuit impositum huiusmodi silentium poterit
14 audiri in prætenso iure suo in foro ecclesiastico. † secundum Gab. d. cõc. nu. 9. nisi ex nouo iure superuenienti haberet actionem contra victorẽ, quia tunc illam quocunque in foro poterit experiri, vt per eum in d. cõc.
15 nu. 35. Sed prætereundum non est † quòd si est lata sententia cõtra diffaman-

famantem, vel diffamatum ab ea iure optimo poterit appellari, vt asseuerant Vrsill. in addit. ad Afflic. dec. 264. nu. 4. Cagnol. in d. l. diffamari nu. 22. Quemadmodum poterit appellari si terminus de quo supra fuisset
16 breuis, secundum Boer. d. dec. 255. nu. 8. Beninte. dec. 40. num. 2. † Formam etenim petitionis, & sententiæ ferendæ in terminis d. l. diffamari tradunt Cagno. ibi nu. 23. & Boer. d. dec. nu. 9. Circa vero secundum, &
17 vltimum axioma scilicet † quando quis timet molestari ab aliquo in iure Laudimii, & tunc experiri poterit remedio l. si contendat D. de fideiuss. cum eius Glosa singulari, & communiter recepta, testibus Cagno. in d. l. diffamari, & Couar. in d. cap. nu. 3. Implorando iudicis officium vt pronuntiet sibi exceptionem competere aduersus eum de quo molestiam inferri ambigit, seque liberum esse ab ea actione contra eum competente, vt elicitur ex d. l. si contendat cum sua Glosa & ibi Paul. de Castro, &
18 cæteri, † constito tamen prius de interesse, ac iure suo, aliàs succumbit, vt per Beninte. dec. 66. in fine Marsi. sing. 280. Quod axioma haud dubie
19 in iure Laudimii verificari potest, quoniam † dispositio d. l. si contendat in quocunque habente exceptionem peremptoriam vendicat sibi locum, Ozasc. dec. 151. nu. 10. Nec oportet vt aliqua diffamatio seu lactatio probetur, quemadmodum pro salutari fundamento exigitur in remedio d. l. diffamari, sed directè potest intentari dictum remedium dictæ l. si contēdat, ita Couar. in d. cap. nu. 3. in fine Vrsill. dec. 268. nu. 6. vbi ratione hu
20 ius differentiæ ductus ait quòd † melius & cautius est vt agatur benefi-
21 cio d. l. si contendat quàm beneficio d. l. diffamari. Sicut † in terminis d. l. diffamari actor intentans eius actionem cogitur agere in termino sibi præfixo, aliàs eo elapso perpetuum imponitur silentium, in terminis autem d. l. si contendat actor statim cogitur agere, aliàs iudicium super exceptione procedere nequit, & imponitur perpetuum silentium, Soccin. con. 94. nu. 6. lib. 3. Cagno. in d. l. diffamari nu. 5. Ozasc. d. dec. nu. 12.

INSPECTIO XXXII.

Debitum ex causa Laudimij an grauius aliarum causarum reputetur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta soluens pecuniam censetur soluere in duriorem causam.*
2 *Debitum Laudimii est grauius intuitu hypothecæ.*
3 *Item respectu facilioris exactionis.*

4 *Item respectu pœnè.*
5 *Item intuitu fideiussionis præstitæ.*
6 *Item respectu affectionis.*
7 *Item ob antiquiorem obligationem.*
8 *Item respectu rei claræ, & liquidæ.*
9 *Item intuitu puræ obligationis.*

1 VERISSIMVM existimatur, quòd† si emphyteuta non solùm ex causa Laudimii sit debitor domino directo, sed etiam ex cæteris causis, simpliciter quantitatem aliquam numerans non exprimens quam ob causam soluat, præsumitur in duriorem & vtiliorem causam soluere; ex sententia Roma.con.94.nu.2.Craue.con.106.nu.9.Meno.con.121.nu.45.& con.231.nu.28.Corn.295.in litera B.vol.3.Ruin.consi.136.nu.15.vol.4.Surdi in tract.de alimen.tit.6.quæst.8.nu. 54.idem. Vnde hoc in loco aliquas causas practicabiliores, & ad materiam nostram cõuenientes cumulare necessarium fore iudicaui, ex quibus arguatur causam Laudimii cæteris causis grauiorem esse: Quæ in re prima coniectura
2 est, vt † causa Laudimii sit grauior intuitu potioris ac validioris obligationis, quandoquidem pro Laudimii exactione datur hypothecaria, vt diximus in prima parte Inspect.9. Vnde sequitur vt prærogatiuam obtineat in omnibus causis ex quibus non datur hypothecaria, ita declarat Bar.in l.cum ex pluribus D.de solut.nu.2.vers.3.dicitur & ibi Imol.col.2.Socç.con.24.nu.1.lib.3.Fanus in tract.de pigno.mem.1.par.5.nu.4.Meno.de arbitra.iud.cen.5.casu 493.nu.7.& in tract. de præsumpt.lib.3.præsum.136.nu.6.& in consi.238.nu.59.Cassan.in Cons.Burgund.
3 pag.783.nu.1. † Secundo dicitur grauior causa Laudimii respectu facilioris exactionis, vt putá si emphyteuta sit obligatus soluere domino directo Laudimium vigore instrumenti habentis executionem paratam, & ex alia verò causa minimè, vt docet Bart.in d.l.nu.2.vers. quinto dicitur Meno.in d.casu nu.14.cum seq.& in d.præsu.nu.7.in fine Seraphy.
4 de priuil.iuram.priui.77.nu.6.Corn.cons.295.col.1.vol.3. † Tertio dicitur grauior respectu pœnè, vtputà quando fuit pacisicitum in primæua inuestitura emphyteutica vt Laudimium casu alienationis rei emphyteuticæ eueniente illico sit soluendum, aliàs sit locus commisso, & in aliis nulla subsit pœna, ita Meno.in d.casu nu.6.& in d.præsu.nu.4.vbi etiam ex mente Gramma. & Alex. subdit quòd quando sunt duo debita pœnalia solutio facta per debitorem præsumitur facta ob debitum cuius pena
5 haud est commissa, né scilicet committatur. † Quarto arguitur grauior, quando pro debito ex causa Laudimii emphyteuta dedit fideiussores, pro aliis autem debitis purè sit obligatus, vt expendunt Roma. con.94.nu.2.

Corn.

Corn.d.con.295.col.1.Seraphy.in præcit.loco Menoch.d.casu nu.8.&
6 in d.præsum.nu.7.† Quinto iudicatur causa grauior, respectu affectionis, nam si emphyteuta est debitor domino ex causa iuris Laudimii, cui itidem est debitor ex causa fideiussionis, simpliciter numerans pecuniam censetur potius soluere pro eius causa propria (hoc est pro iure Laudimii) quàm pro aliena (scilicet) fideiussionis, ita docet Bar.in d.l.cum ex pluribus nu.2.vers.quarto dicitur, quem sequitur Meno.in d.casu nu.9. & in d.præsum.136.nu.8. Asin.in tract.de exec.cap.2.nu.10.ea potissima ratione quia quis præsumitur facere actum nomine proprio quando
7 ei prodest non autem alieno.† Sexto causa Laudimii dicitur potior, si est antiquior aliarum causarum inspecto tempore solutionis faciendæ non autem celebrati contractus, vt consuluere Alex. consi.85. nu.1. volu.3. & con.2.circa finem vol.4.vbi fatetur magis communem conclusionem Corn.con.d.con.295.nu.2.Ruin.con.136.nu.15.vol.4.Rom. con.94. nu.2.Surd.in tract.de alime.tit.1.quæst.94.nu.14.Paris. consi.122.nu. 7.vol.4.Machel.patroc.37.nu.2.Meno.con.121.nu.56.vol.2.in dicto
8 casu nu.19.cum seq.& in d.præsu.sub nu.10.† Septimo dicitur grauior, si summa ex causa Laudimii debita sit certa & liquida, altera verò causa sub controuersia posita sit, quia tunc solutio præsumitur facta ex causa Laudimii, l.1.D.de solut.l.si is cui §.flauius eodem tit.& ibi Barto.& se-
9 quaces Meno.d.con.121.nu.4.& in d.præsum.nu.12.† Octauo nuncupatur causa potior, quando debitum ex causa Laudimii est purum, aliud verò debitum ex alia causa sit conditionale, vel in diem, quoniam solutio tunc opinatur facta pro debito Laudimii, vt asseuerat Menoc.affatim in d.præsum.nu.13.cum seq.Ruin.cons.106.nu.7.vol.1.

INSPECTIO XXXIII.

Nullitate pendente coram ecclesiastico, an interim exigatur Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an exigatur pendente lite super rescisione alienationis rei emphyteuticæ coram ecclesiastico, & nu.7 & 9.*
2 *Inhibitionibus iudicis ecclesiastici parendum est, & nu.12.*
3 *Inhibitiones quando permittantur fieri iudici laico.*
4 *Citatio partis an exigatur in inhibitorijs emanandis à iudice ecclesiastico.*
5 *Inhibitio dicitur interlocutoria.*

6 *Citatio inducit effectum litis pendentie.*
8 *Inhibitio inter alios acta, tertio non nocet.*
10 *Inhibitio quando reuocet mandata iudicis laici.*
11 *Inhibitio causat attentata.*
13 *Inhibitionis effectus quanto tempore durat.*

1 QVAERO † vtrum pendente lite super nullitate, vel rescisione cōtractus alienationis rei emphyteuticæ inter quondam & nouū emphyteutam coram iudice ecclesiastico, interim valeat dominus directi dominii agere ad consequutionem Laudimii coram iudice laico, sic distinguendum arbibitror, quòd aut parte instante iudex ecclesiasticus stante absolutione à iuramento concessit inhibitorias directas ipsi iudici laico, eique fuerunt traditæ, vt mediante litis pendentia iam dicta debeat se supersedere in omnibus & per omnia in executione dicti contractus donec fuerit per eum debitè prouisum, & tunc negatiue respondemus, quoniā
2 huiusmodi † inhibitionibus omnifariam obtemperandum est, vt speciatim opinati fuerunt Rebuff. de lit. obligat. art. 11. Glo. 3. nu. 31. Suarez in repet. l. post rem iudicatam D. de reg. iudic. nu. 15. pag. 706. Socc. consi. 78. nu. 4. & 5. vol. 3. Ripa in l. 4. §. condemnatum nu. 86. & 88. D. eo. & ibi Alex. nu. 17. Couar. lib. 4. decre. cap. 8. §. 12. nu. 4. & 5. Iaco. Sbrozz. in tract. de vica. epis. lib. 2. quæst. 148. nu. 8. Cumia in pract. Ritus tit. de modo proced. in causa nullit. col. 2. fol. 78. quicquid sentiat Massa. in tra. ad form. cam. oblig. nu. 26. pag. 127. Quæ hisce † inhibitoriæ passim ad-
3 mittuntur si iudex ecclesiasticus præuenit iudicem laicum, ex Cumia in Cap. 17. Ritus nu. 88. Socc. in d. con. nu. 4. idem sentit Lancello. in tract.
4 de atten. par. 2. cap. 20. nu. 100. pag. 400. † Et parte instante non nisi altera parte citata emanari debent, alioquin canonicæ minimè censentur, ex communi opinione quam extollunt Alexa. cons. 91. nu. 7. vol. 2. & in d. §. condemnatum nu. 19. Iaco. Sbrozz. in d. quæst. nu. 8. Lancell. in d. cap. nu. 82. pag. 399. Mandos. in tract. de inhib. quæst. 18. nu. 2. testatur esse magis communem Villalo. in suis com. opin. sub litera I. num. 35. & 36. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. nu. 55. Rolan. con. 77. nu. 25. vol. 2. Cumia in pract. Ritus pag. 79. col. 2. in fine Bero. quæstio. 77. nu. 44. Gib. de communi testatur in tit. de citat. conc. 1. nu. 81. & 82. & potest es-
5 se ratio quandoquidem † inhibitio ad partis instantiam emanata dicitur interlocutoria, quæ partis citationem requirit, vt voluit Lancell. in d. cap.
6 nu. 30. pag. 396. † & consequenter non censebitur inductus effectus litis pendentiæ nisi præmissa dicta citatione, secundum magis communē opinionem relatam ab Alex. con. 91. col. pen. vol. 2. Aret. con. 33. col. 3. testantur magis communem opinionem idem Alex. in d. §. condemnatum

nu. 19.

nu.19.Bero.quæst.77.nu.4.à Valle d.con.77.nu.25.& Vant.in præcit.
7 loco.† Quæ quidem admittimus dummodo quòd dominus directus pariter sit citatus super rescisione dicti contractus quatenus sua putauerit
8 interesse, † nam inhibitio inter alios acta tertium non comprehendit, Lancello.in d.cap.nu.93.pag.400.& nu.224.pag.408. ait quòd ille de-
9 bet citari qui habet interesse in causa. † Si autem iudex ecclesiasticus dictas inhibitorias minimè concesſit, vel si illas concesſit domino incitato, & tunc puto quòd iure optimo poterit conuenire dictum nouũ emphyteutam coram iudice laico ad soluendum ius Laudimii, Alex.in d.§. condemnatum nu.11.& ita seruari testatur Rebuff.in d.glo.3.num.31. subdens rationem quia aliàs semper pars ageret ad rescisionem, & can-
10 cellationem contractus diffugiendi causa executionem illius. † Nec isto in casu possunt mandata facta ab ipso iudice laico reuocari tanquàm attentata, licèt secùs esset dicendum in primo casu stantibus legitimis inhibitoriis, secundum Lancello.in d.tract.par.2.cap.4.num.374.pag.76.
11 Quia † inhibitio causat attentata, † & siue iusta sit, siue iniusta semper ti-
12 menda est, Lancell.in d.tract.par.1.cap.3.nu.115.cum sequ.pag.30.&
13 in par.2.c.20.pag.395.nu.11.& nu.217.fol.408.† Qui quidem inhibitionis effectus durat etiam si sit pronuntiatum per iudicem ecclesiasticũ instrumentum alienationis rei emphyteuticæ esse validum, & minimè rescindendum suum reuocando inhibitionem si ab hac sententia appelletur, immo potest idem iudex suam reuocationem reuocare, & iterum iudici laico inhibere vt in exequendo huiusmodi instrumentum se supersedeat stante dicta appellatione, vt docent Fran.in Cap.cum teneamur nu.24.de appellat.Lancello.in d.cap.20.nu.19.pag.426.

INSPECTIO XXXIIII.

Confesſio de recepto an probet repetitionem, & numerationem Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Confesſio de recepto iure Laudimij an probet numerationem pecuniæ, & num. 5.*

2 *Agens ex numeratione non sufficit de recepto confesſionem probare.*

3 *Creditor qui actualiter pecuniam numerauit, præfertur creditori habenti confesſionem de recepto, licèt sit posterior.*

4 *Confesſio de recepto facta per procuratorem, tutorem, curatorem, executorem,*

torem, Sindicum, maritum non præiudicat principalibus.

6 *Statutum loquens in solutione, verificatur in confeßione solutionis.*

7 *Confeßio de recepto facta à principali probat etiam non consito de numeratione.*

8 *Confeßio de recepto facta per alium quàm à principali præiudicat confitenti.*

1 CONFESSIO de recepto (veluti† si quis confessus fuerit recepisse pecuniam pro iure Laudimii debitam) num verè, & plenè probet receptionem & numerationem, videtur quippe negatiuè respondendum ex communi axiomate relato per Mascar. in tract. de probat. conc. 361. nu. 4. Socc. con. 3. nu. 4. Cepha. con. 101. nu. 10. cum sequ. & consi. 603. nu. 45. & 46. vbi ait discrimen esse inter confessionem & receptionem, idem voluit Affli. dec. 402. nu. 7. Alex. con. 142. nu. 5. vers. nos autem vol. 5. Grat. con. 12. nu. 72. lib. 1. post Papiens. de forma libelli in hypot. vers. mutuo nu. 23. vbi Zilettus in litera E magis communem refert Foller. sup. Bulla vers. quæ quidem nu. 51. Caualc. de tutor. & curat. nu. 274. Tiraquell. de retra. conuc. §. 4. glo. 6. nu. 12. Natta cons. 543. nu. 21.
2 in fine Granut. theore. 7. nu. 1. Circa finem. † Hinc agens ex numeratione non sat est de recepto confessionem articulare, & probare, cùm vnũ deducat, & aliud probet, ita Deci. post Bart. in l. certi conditio §. si nummos nu. 10. D. si cert. pet. Ias. in §. sequens nu. 13. & 14. Institu. de act. & ita communiter teneri fatetur Cephal. in d. con. 101. nu. 101. nu. 13. & in d. con. 603. nu. 47. vbi subdit rationem quia numeratio est actus verus & naturalis, confessio autem est fictus & ciuilis, & ex dicta mera confessione arguitur fraus l. per diuersas & ibi Glosa, & Bart. Co. manda. Tiraque. de retra. sangui. §. 1. glo. 18. nu. 78. & dicit Vrsill. in addit. ad Afflict.
3 dec. 402. in fine quòd † creditor qui attualiter numerauit pecuniam præfertur in hypotheca, licet sit posterior creditoris qui dumtaxat confessionem de recepto habet, Vnde ex præmissis fundamentis concludunt Le-
4 gum Interpretes † confessioni de recepto factæ per procuratorem ad exigendum, & solutionem recipiendum, tutorem, curatorem, patrem, negotiorum gestorem, executorem, sindicum vniuersitatis, maritum, & similes standũ nõ esse, nisi realiter de vera numeratione per testes, instrumenta publica confessionem partis aliter appareat, vt voluerunt Natta d. consi, nu. 19. & latius Viui. in 2. lib. com. opin. opin. 68. Tiraquell. in d. glo. 18. nu. 78. cum quatuor seq. Granut. theore. 7. Masca. d. conc. Op-
5 positam verò partem quòd † confessio huiusmodi verè probet receptionem & numerationem, opinati sunt Tiraquell. in d. glo. nu. 83. Masca. d. conc. in princ. per tex. in l. pecuniæ Co. de solut. Quod adeò verũ est, vt si

† Sta-

6 † statutum (in quo strictè debet fieri interpraetatio) loquatur in solutione proculdubio verificatur in confessione solutionis, si credimus Bal. in l. si non fortem §. indebitum col. 2. D. de cond. indeb. Dec. in l. 2. §. creditum nu. 5. & 27. D. si cert. pet. Cepha. d. consi. 101. nu. 3. & con. 603. nu. 53. Mascard. d. conc. nume. 2. Natta. consi. 438. num. 12. Paris. consi. 99. nume. 12. & 15. volum. 3. Nos etenim controuersas praefatas opiniones
7 distinctionis federe sic conciliandas fore duximus, quòd aut † confessio de recepto est emanata à principali creditore scilicet à domino directo, seu eius haerede vel successore, & tunc procedit proxima opinio affirmatiua vt tali confessioni parendum sit, etiam non docto de numeratione, ita Alex. con. 9. nu. 3. in fine vol. 3. Vrsill. in addi. ad Affli. dec. 94. in fine Natta d. con. nu. 21. Granut. d. theo. num. 13. Aut verò est facta ab alio quàm ab ipso principale, vtputa ab eius procuratore, tutore & cet. per modum voluntariae iurisdictionis, & tunc vendicat sibi locum prima opinio negatiua quòd minimè ex confessione de recepto probetur numeratio in praeiuditium principalis creditoris, nisi in certis casibus relatis per Gra
8 nu. d. theore. & Mascar. d. con. 361. † Secùs autem in praeiuditium ipsius procuratoris, tutoris, & cet. nam contra eum qui fecit talem confessionẽ, bene arguitur probatio receptionis, & numerationis pecuniae solutae, vt aduertunt Natta d. con. nu. 22. Bursat. consi. 32. nu. 5. volu. 1. Cephal. d. cons. 101. nu. 31. cum seq.

INSPECTIO XXXV.

Stylus fori an attendatur in exactione Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Stylus fori obseruandus est in exactione Laudimij, & nu. 5. vbi ampliatur.*

2 *Sententia expreßim lata contra stylum est ipso iure nulla.*

3 *Stylus praefertur consuetudini.*

4 *Iudex pronuntians contra stylum facit litem suam, & tenetur in Syndicatu.*

6 *Stylus contra ius an valeat non praescriptus, & nu. 7. vbi limitatur.*

8 *Stylus concernens ordinatoria, non requiritur vt sit obtentus in contradictorio iudicio.*

9 *Stylus est facti, & debet probari per allegantem.*

10 *Stylus est volubilis.*

11 *Stylus propriè, & impropriè quando dicatur, & nu. 18.*

13 Citatio

12 *Stylus qualiter probetur, & nu. 15. & 16.*

13 *Citatio partis quando exigatur in styli probatione, & nu. 19.*

14 *Citatio partis non requiritur si aliquid fiat ad instructionem Iudicis.*

17 *Stylus an requirat superioris confirmationem, & nu. 20.*

21 *Stylus probatur per duos testes.*

22 *Stylus an & quando dicatur cornernere ordinatoria, vel decisoria, & remißiuè.*

VETVSTAM fori consuetudinem seu stylum vsu receptum, vicem legis obtinere in loco quo iudicium agitatur certi iuris est, (vt
1 mox subiiciam.) Hinc è re quærendum existimaui num † stylus ipse in exactione Laudimii obseruandus sit, & quidem affirmatiuè respondemus, ex tex. l. obseruandum D. de iudic. Affli. dec. 135. nu. 3. & ibi Vrsil. nu. 2. Straccha in tract. de assicu. glo. 38. nu. 1. circa medium Guid. Pap. dec. 292. nu. 2. Io. de Amic. con. 42. nu. 2. & con. 144. nu. 3. Cepha. con. 25. nu. 14. cum seq. Meno. de præsum. lib. 2. præsum. 8. nu. 15. & in cons. 270. nu. 19. Carauit. in Rit. Neap. primo. nu. 21. fatetur hanc esse cōmunem opinionem Vestr. in pract. romana cap. 3. lib. 5. nu. 4. Cassan. consi. 67. nu. 57. Ozas. dec. 22. nu. 6. Tessau. dec. 1. nu. 9. Anna sing. 497. Anguisso. con. 100. nu. 3. Ludo. dec. luccen. 36. nu. 8. 9. & 14. Paris. con. 44. nu. 88. lib. 1. Nepita in prohem. Cons. Cat. nume. 139. in fine Rebuff. in
2 tract. de consu. vsu & sty. art. 2. glo. 13. nu. 22. & 23. Hinc † sententia expræssim lata contra stylum est nulla, Menoc. de præsum. lib. 2. præsu. 8. nu. 18. & tradunt Cassan. in Cons. Burgun. in prohem. nu. 17. Rebuff. in d. glo. nu. 44. Carauit. d. ritu num. 26. Grauat. in add. ad Vestr. in d. cap. nu. 5. Nepita in d. nu. 139. in fine Vrsill. in add. ad Afflict. dec. 79. nu. 2. Ozas. in præcit. loco Guid. Pap. d. dec. 292. nu. 2. cum sequ. vbi etiam in-
3 quit † quòd si stylus curiæ contradicit consuetudini ciuitatis, vel è contra potius standum est stylo, cùm se habeant ad inuicem tanquàm gene
4 rale & speciale. Quinimmò † iudex pronuntians contra stylum facit litē suam, & mediante eius iniquitate licita est appellatio, Neuizan. con. 61. nu. 16. Ludo. d. dec. luccen. in fine Cumia in prohem. super Ritu nu. 53. quem sequitur Tessau. dec. prima nu. 9. Craue. con. 201. nu. 22. Vant. de nullit. ex defectu proce. nu. 86. & ob id tenetur in syndicatu, ex Meno. in
5 tract. de præsum. præsum. 8. nu. 17. Rebuffo in d. glo. nu. 27. † Quod hisce principale pronuntiatum ampliatur procedere siue stylus ordinatoria processus siue decisoria causæ concernat, Affli. dec. 79. num. 4 Ozas. d. dec. nu. 7. Craue. d. con. num. 21. testatur hanc esse veriorem, & magis communem opinionem Ludo. dec. luccen. 36. nu. 22. & 31. Marsil. sing.
6 118. † Rursus ampliatur, esto quòd stylus sit contra ius inductus, dummodo

modò quòd sit præscriptus scilicet tanto temporis spatio cuius initii memoria non extat incontrarium, Craue. de antiqui. tempo. par. 4. nu. 36. pag. 318. Rebuff. in d. glo. nu. 16. idem Craue. con. 201. nu. 19. Carauit.
7 in d. Ritu nu. 23. Ludo. d. dec. 36. nu. 17. † nisi respiciat ordinatoria ad limitationem, & declarationē iuris seu statuti, quia tūc datò quòd non sit præscriptus tamen obseruari debet, secundum Ludou. d. dec. 36. nu. 24. à Vall. con. 70. nu. 14. & 15. lib. 1. Ruin. con. 150. nu. 4. vol. 5. Alex. con. 240. nu. 2. vol. 2. Dec. con. 163. nu. 8. Neuiza. con. 41. num. 13. Ioan. de Amic. con. 42. nu. 2. Cumia super Ritu fol. 418. nu. 21. Boer. con. 8. nu.
8 18. † Nec in casu huiusmodi exigitur quòd sit obtentus incontradictorio iudicio, licèt si fuisset obtentus magnum præstaret adminiculum ad eius validitatem, Corn. con. 73. col. 1. in fine vol. 2. Craue. in d. nu. 36. in fine & in d. nu. 22. Ludo. d. dec. 36. num. 22. & in dec. peruſ. 96. nu. 32.
9 Nec omittendum duxi, quòd cùm † stylus sit quid facti omnino expedit probari per allegantem. Masca. in tract. de probat. conc. 1338. vol. 3. Paris. con. 168. nu. 15. vol. 4. Boer. con. 8. nu. 8. à Valle con. 3. nu. 35. volu. 3. Nepita in d. num. 139. Ludo. dec. luccen. 36. nu. 6. Et vulgò dici solet
10 † stylum modo album modo nigrum, vt fatentur Ludou. dec. peruſ. 96. nu. 13. Lancello. de attenta. fol. 407. nu. 208. Rebuff. in d. glo. 13. nu. 50.
11 † Cuius styli probatio hac distinctione perficitur, quòd aut stylus ipse concernit ordinatoria, aut decisoria, primo casu quia tunc verè & propriè dicitur stylus, vt per Cumiam in prælud. Ritus nu. 49. vers. at si stylus Ludo. dec. peruſ. nu. 6. Rebuff. in d. glo. 13. nu. 9. & 12. Boer. cons. 8.
12 nu. 3. sub distinguendum est quòd † aut secundum iuris dispositionem causatus est, & tunc nulla eget sollemni probatione, sed iudex de tali stylo potest se in aula informare ex officio à causidicis antiquis illius Curiæ, Rebuff. in d. glo. nu. 52. & 54. Vant. in d num. 86. Cumia in prælud. Ritus nu. 50. Ozas. dec. 22. nu. 17. Monticell. in loco infracitando Straccha in præcit. loco Carauit. in Rit. Neap. 1. nu. 24. Ludou. dec. peruſ. 45. nu. 22. vbi ita seruari vidisse fatetur & dec. luccen. 36. nu. 15. Angel. in §. ex non scripto nu. 7. Instit. de iure nat. Boer. con. 8. num. 17. Mascard. de
13 probat. conc. 1338. num. 4. † etiam parte incitata secundum Cumia, Re-
14 buff. Ozas. vbi supra & Carauit. d. Ritu nu. 26. quia † quando aliquid fit ad meram iudicis instructionem pars non citatur, sed sufficit iudici id innotescere, Cepoll. con. crim. 2. nu. 3. Cagn in rub. Co. de edi n. nu. 18. Maria. Socc. in tract. de citat. art. 7. in x. casu Cumia in Cap. 80. Ritus nu.
15 11. † Dummodo quòd stylus sit notorius in ea Curia aliàs secùs, vt declarat Carauit. d. Ritu nu. 24. & latè scripsi in meo Tract. de Notorio par. 2.
16 tit. Notorium quomodo probetur sub x. illatio. nu. † Si vero stylus est contra ius, & tunc plenariè debet probari Rebuff. in d. glo. nu. 54. Cumia

in prælud. Ritus num. 50. Quemadmodum probari debet quando stylus ipse assimilatur consuetudini, (vt mox dicam) ita Roch. de Curte in trac. de consuet. sect. 1. nu. 26. & dixi in d. illat. 10. sub nu. Et est notandum
17 † ex quo talis stylus respiciens ordinatoria non requirit Superioris confirmationem habentis potestatem legis condendæ, cùm isto casu valeat coram inferiori iudice causari, vt probatum reliquit Ludo. dec. perus. 96.
18 nu. 31. 36. & 37. Secundo etenim casu † quando stylus concernit decisoria, & tunc quia isto casu non dicitur propriè stylus, sed potius cõsuetudo, secundum Cumia in prælud. Ritus num. 47. & 49. vers. sed in respi-
19 cientibus, & per Rebuff. in d. glo. num. 12. † & tunc debet plenè probari parte citata, non autem de eo possunt informationes in camera recipi iudicis officio, vt voluerunt Socc. con. 36. nu. 11. & con. 39. nu. 28. volu. 4. Dec. con. 483. num. 29. vol. 4. Monticell. in reper. de testi. vers. stylus pag. 413. Nepita in prohem. Cons. Cat. nu. 139. vbi etiam dicit quòd nec Doctori de eo attestanti creditur, Bar. in l. de quibus nu. 22. D. de legib. Rebuff. in d. glo. nu. 53. cum seq. Dec. consi. 202. nu. 12. Ozas. dec. 22. nu. 3. Ludo. d. dec. luccen. 36. nu. 5. Machell. patro. 38. nu. 7. Mascar. de proba. conc. 423. num. 33. & cæteros cumulaui in d. meo Tractatu de Notorio
20 sub d. illatione nu. † Sed aduertendum est quòd talis stylus respiciens decisoria exigitur vt sit confirmatus Superioris authoritate, secundum
21 Ludo. d. dec. 96. nu. 8. 36. & 37. Ozas. d. dec. nu. 4. † Stylum etenim probari per duos testes fatentur Io. de Amic. con. 42. nu. 1. Nepita in d. pro-
22 hem nu. 139. † Et quando dicitur respicere ordinatoria, vel decisoria, legito Ozas. d. dec. 22. nu. 18. Ludo. decis. perus. 96. nu. 33. Socc. consi. 71. nu. 22. vol. 4. Dec. in Cap. ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 43. de constitut. Caualc. in repert. decis. primæ par. ver. statutum col. 5. Bertach. in suo reper. vers. statutum de iudiciis nu. 6. Cumia super Ritu pag. 418. nu. 22.

INSPECTIO XXXVI.

Carcerari an valeat debitor in iure Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari an poßit emphyteuta pro debito Laudimij.*
2 *Captura non est permissa pro debito ciuili.*
3 *Carcer in ciuilibus datur ad pœnam, in criminalibus verò ad custodiam.*
4 *Carceratio ex quibus iustificetur in ciuilibus, & nu. 5. 6. 7. 13. & 14.*
8 *Fideiussoris facultates censentur vnitæ facultatibus principalis.*
9 *Obligatus de persona citra excussionem carceratur.*

10 *Minor*

10 Minor an valeat carcerari pro debito Laudimij.
11. Discussio bonorum cessat ob notoriam inopiam debitoris.
12. Carceratio est permissa pro debito Fiscali.
15 Fœmina non potest pro debito Laudimij carcerari, & nume. 16. vbi ampliatur.
17 Meretrix an possit carcerari pro debito ciuili, & nu. 18.
19 Carceratio nulliter facta est reuocanda, & nu. 20. vbi limitatur.
21 Resisti potest contra officialem iniustè aliquem carcerantem.
22 Fuga an sit permissa indebitè carcerato, & ibidem an teneatur carcerarius
23 Debitor an debeat aliá creditore qui illum carcerauit.

1 QVAERO † an pro iure Laudimii soluendo quis personaliter capi, & carceribus mancipari valeat, hanc Inspectionem vt quantum in me est, clara reddatur duo sunt constituenda capita, vnum in masculis, alterum verò in feminis. Circa primum regulariter loquendo negati-
2 nè concludendum fore iudicaui, quia † pro debito ciuili à captura minimè inchoandum est, ex Rebuffo in tract. de lit. obligat. art. 11. glo. 3. nu. 1. cho. 1. Meno. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 88. nu. 6. fatetur esse communẽ omnium sententiam Maria. Socc. de cita. art. 20. nume. 57. eo maximè
3 † quia in ciuilibus carcer ad pœnam inuentus est, vt eligitur ex Pragm. 4. tit. 31. par. 1. licèt in criminalibus detur ad custodiam, ex Cap. Regni Regis Alpho. 43. capturaque hominis est magni præiudicii, ac infamiæ, & maior captura rerum, Viui. dec. 201. nu. 14. lib. 2. Mascar. de proba. con.
4 455. nu. 9. vol. 1. Sed aduertendum est † ad carcerationis validitatem sex requiri. Primo etenim requiritur iudicis iurisdictio & competentia in debitorem, ac licentia carcerandi vt voluere Bal. con. 177. & cons. 178. nu. 1. vol. 2. Rolan. con. 75. nu. 5. & 6. lib. 3. Tessau. dec. 220. num. 1. de communi Doctorum opinione testatur Farinac. lib. 1. quæ crimi. quæst. 27. nu. 4. vbi etiam infert quòd faciens carcerare aliquem per iudicem incõpetentem debet perdere causam Viui. dec. 202. num. 4. lib. 2. Boer. decis.
5 215. nu. 34 † Secundo exigitur vt constet de debito liquido per instrumẽta, testes, vel confessionem ipsius debitoris, vt per Socc. in d. art. nu. 58. Tessau. d. decis. nu. 2. Neuiza. con. 52. nu. 13. Natta con. 430. nu. 8. Rimi. Iun. con. 58. num. 17. & consi. 125. num. 6. Roman. consi. 320. num. 3.
6 † Tertio requiritur ipsius debitoris contumacia in non soluendo, Socc.
7 in d. art. nu. 60. Suarez in tit. de los gouiernos num. 4. † Quarto ex igitur excussio omnium bonorum scilicet primo mobilium, secundo immobilium, & tertio nominum creditorum, & si ex eis non potest satisfieri creditori in iure Laudimii tunc deueniendum est in subsidium ad capturã,

& carcerationem ipsius debitoris, ex communi axiomate omnium Doctorum in l. à diuo pio §. in venditione D. de re iudic. Socc. d. art. nu. 61. Ias. cons. 20. col. 3. vers. circa secundum vol. 3. Suarez in d. tit. nu. 4. Rimin. iun. consi. 93. nu. 25. Alex. con. 158. in fine vol. 2. Maran. de ordine iud. par. 6. actu 3. nu. 9. Cumia in Cap. 29. Ritus nu. 7. dum ait quem defectu bonorum posse carcerari, Rebuff. in d gloss. nu. 2. & 3. vbi etiam docet quòd non solùm ad personæ præhensionem est necessaria excus-
8 sio bonorum debitoris, sed etiam eius fideiussoris, cùm & † fideiussoris facultates quò ad effectum solutionis censentur aggregatæ facultatibus ipsius debitoris, idem tenet Roma. con. 320. nu. 2. Mars. sing. 3. & in rub. D. de fideiuss. nu. 179. Bard. in tractat. de temp. vtili vel conti. cap. 18. nu.
9 23. vers. & prædicta nisi † debitor ipse esset præcisè in contractu obligatus de persona soluere Laudimium, quia tunc citra excusionem ex mandato iudiciario poterit capi, & carcerari, Rebuff. in d. glo. nu. 3. 5. & 14. Panor. con. 42. nu. 1. vol. 2. Ancha. quæst. 37. nu. 4. & 5. lib. 1. Cumia in Cap. 29. Ritus sub nu. 4. quicquid dixerint Seraphy. de priuil. iuram. pri-
10 uil. 77. nu. 4. Tessa. dec. 26. nu. 6. etiam† si esset minor xviii. annis maior tamen xiiii. qui se obligauit soluere Laudimium cum authoritate Iudicis, vel curatoris iuxta Cap. Regni Regis Caroli 78. secùs si contraxisset citra præfatam authoritatem, quia tunc nec personaliter neque realiter molestari poterit, ex quo dictum Cap. infringit d. contractum etiam iuramento vallatum, idem tradit Carauit. in Rit. Neap. 166. nu. 12. & 13.
11 † Rursus limitatur nisi appareret debitorem non esse notoriè soluendo, quia tunc nulla præcedente excusione capi poterit Rebuff. in d. glo. nu. 23. Quod qualiter procedat habes in meo Tract. de Notorio par. 3. effe-
12 ctu 30. †Item poterit carcerari pro debito Laudimii fiscalis præexistente contumacia ipsius debitoris in non soluendo, vt probatum relinquerũt
13 Meno. in d. quæst. nu. 5. Rebuff. in d. glo. nu. 19. † Quinto principaliter requiritur causa quare carceratur specificanda per nuntium in libro annotationis carcerum, non autem sufficit sola iudicis commissio, Bald. con. 177. & seq. nu. 2. & 4. Farinac. in d. quæst. 27. num. 36. Boer. d. dec. nu. 34. & extat Prag. in Regno 13. tit. 27. par. 1. Quinimmo hoc casu nõ præsumitur commissio hæc & mandatum iudicis, quia maximam causæ
14 cognitionem requirit, Meno. de præsu. lib. 2. præsum. 24. in fine. † Sexto oportet vt debitum Laudimii excedat summam vntiæ, vt elicitur ex Cap. Ritus 30. & ibi Cumia qui hoc multipliciter declarat. Septimo exigitur vt captura, & carceratio non fiat in diebus feriatis in honorem DEI, ita communiter teneri fatetur Farinac. in d. quæst. 27. nu. 106. Quò verò ad reliquum (apud nostræ Inspectionis scilicet in fœminis negatiué respõ-
15 demus, quandoquidem † fœmina honestæ conditionis nullatenus po-
test

test pro debito pecuniario carcerari, etiam si debitum esset publicum, ratione sexus ac muliebris verecundiæ, Authe. sed nouo iure C. de custo. reo. Meno. d. quæst. nu. 10. Suarez in tit. de los gouiernos nu. 6. pag. 83. Cumia in Cap. 31. Ritus nu. 7. & in Cap. 29. nu. 12. Carraui. in Rit. Neap. 166. nu. 1. & multos alios congerit Farina in d. quæst. 27. nu. 42. vbi fatetur hanc esse receptam sententiam communi consensu legalis & canonicæ Philosophiæ Doctorum & num. 43. Rebuff. in d. glo. nu. 32. vbi hoc
16 etiam procedere ait † esto quòd sit obligata de persona. Quæ ampliatio fortificatur hodie in Regno stante Pragm. 5. tit. 24. par. 1. quæ prohibet nè mulieres se obligent de persona, de qua Nepita in Cons. Cat. titu. 5. in
17 princ. vers. & ex forma pag. 108. & iterum in pag. 330 nu. 41. † Nisi sit meretrix quæ cùm minus honesta mulier sit, nullum meretur priuilegiū ob reuerentiam & honestatem, vnde personaliter prehendi poterit, ac sub honesta custodia seruari, Menoc. in d. quæst. nu. 13. Suarez in d. titu.
18 nu. 7. † qui licèt ibidem hoc declaret nō habere locum in meretrice coniugata, tamen eius declaratio temperatur per Menoc. in d. quæst. nu. 14. cum seq. procedere quando maritus ignorat vxoris turpitudinem, secùs autem si vxor meretricatur patiēte viro, quia potest carcerari sicuti quælibet meretrix soluta, sed vt dixi stante dicta Prag. hæc cessant, de qua Cu
19 mia in Cap. 29. Ritus nu. 13. vers. sed tu dic. † Sed quid si captura, & carceratio postergato ordine de facto procedat, an possit reuocari, & dicimus quòd sic; contrario imperio, carceratusque è carceribus relaxari debet, nam quæ de facto fiunt etiam per viam iudicialem, possunt pariter de facto reuocari, ita speciatim Asin. de exec. §. 2. cap. 16. nu. 5. Socc. in d. art. num. 71. Cumia in Cap. 38 Ritus nu. 282. Roma. con. 320. num. 6.
20 † nisi foret de nouo concedenda, quia tunc confirmanda est etiam debitore incitato, Bursa. con. 241. nu. 26. Craue. con. 45. nu. 7. & con. 65. nu. 4. Dec. con. 449. nu. 19. fatetur magis communem opinionem Lancell. Corrad. in pret. iur. §. 2. de exec. sen. nu. 9. Vant. de nullit. in tit. quib. mod. sen. nu. 131. Ozas. dec. 33. de Io. Arno. com. 9. Tessau. dec. 220. Lud. dec. 40. Surdus in tra. de alim. titu. 9. quæst. 32. nu. 35. Seraphi. de priuil. iura.
21 priuil. 139. nu. 2. Asin. in d. §. cap. 17. num. 1. † Quinimmo præsupposita iniustitia dictæ carcerationis, licitum erit contra officialem sic de facto procedentem impunè resisti, ex Ias. con. 20. col. 3. vers. præterea officiali
22 & con. 86. nu. 6. vol. 3. † ac cautim è carceribus aufugere, vt placuit Iaso. d. con. 2. col. 3. vers. circa secundum Seb. Medic. de cas. fortui. par. 1. q. 8. nu. 23. Neuiza. con. 61. nu. 37. Alex. con. 144. nu. 5. vol. 2. Mars. singul. 177. Rimi. Iun. con. 135. nu. 1. & dixi in meo Tract. de Noto. par. 3. effe. 55. Asin. in d. cap. 16. nu. 7. Farina in d. lib. quæst. 30. nu. 120. vbi fatetur communem esse opinionem Boer. dec. 115. nu. 3. Carroc. in tract. de

deposito sub tit. de culpa deposit. par. 1. nu. 29. pag. 33. Meno. de arb. iud. lib. 2. cen. 4. casu 301. nu. 14. Masca. in tractat. de probat. conc. 266. nu. 26. & 27. Seraphyn. de priu. l. iura. priuilegio 132. nu. 1. Et an carcerarius in tali casu teneatur creditori soluere debitum, ad quod tenebatur ipse carceratus qui aufugit, dixi in meo Tractat. de Noto. par. 3. effectu 54. Et licèt iure communi inspecto debitor carceratus, si non habet vnde se alat, creditor ad cuius instantiam est carceratus debeat ei præbere alimẽta, aliàs iudex poterit illum excarcerare, vt probant Cumia in Cap. 95. Ritus nu. 5. Guid. Pap. dec. 211. nu. 2. Boer. dec. 303. nu. 2. Anna singu. 279. vbi testatur ita seruari in Magna Curia Vicariæ nouissimè per Surdum in tract. de alime. tit. 1. quæstio. 71. ac cum certis modificationibus per Prag. Imperi. Regis Caro. §. 19. fol. 328. tamen hodie per Cap. eiusdem Regis 197. aliter est dispositum. Tanto magis quòd vniformi stylo notariorum dictum beneficium de debitoribus alimentandis renuntiari solet in contractu, vt asseuerat Nepita in Cons. Catin. titu. 22. num. 69. pag. 215.

INSPECTIO XXXVII.

Pecuniola an præstetur in causa Laudimij.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniola an debetur in causa Laudimij.*
2 *Pecuniola debetur non solùm actori, sed etiam reo.*
3 *Cautio de restituendo pecuniolam an præstetur, & nu. 15.*
4 *Pecuniola debetur, etiam in secundo iudicio.*
5 *Pecuniola debetur, etiam in executione rei iudicatæ.*
6 *Pecuniola debetur, etiam nulla obtenta sententia in fauorem illam petentis.*
7 *Pecuniola debetur, etiam non publicatis attestationibus super paupertate.*
8 *Pecuniola debetur, esto quòd à sententia decernente pecuniolam sit appellatum.*
9 *Pecuniola non debetur nisi aliqualiter constito de iure illam petentis.*
10 *Pecuniolæ locus non est, existente partis calumnia.*
11 *Calumnia euidens qualiter arguatur, remissiuè.*
12 *Pauperi debetur pecuniola.*
13 *Paupertas qualiter probetur, & per quem, remissiuè.*
14 *Pecuniola debetur à diuite.*

16 Pecu-

16 *Pecuniola taxari debet iudicis arbitrio.*
17 *Arbitrium iudicis qualiter reguletur in taxando pecuniolam.*
18 *Praxis consequendi pecuniolam quæ sit.*

HOMINES interdum vitiis atque de decore infames versutiam differendæ solutionis contra suos debitores temere profitentur.
1 Vnde congruenter visum est disquirere vtrum † domino directo pauperi agenti ad exactionem, Laudimii sint suppeditandæ litis expensæ per nouum emphyteutam (quæ vulgo in Regno nuncupatur pecuniola) concludimus quòd sic; ex Cumia in Cap. 38. Ritus num. 104. & in Cap. 81. nu. 9. & 10. Boer. dec. 303. nu. 4. Guid. Pap. dec. 561. nu. 1. & 2. Boss. in pract. crimin. tit. de alimen. præsta. nu. 2. Craue. con. 164. nu. 1. Ceph. con. 127. nu. 10. Ludo. dec. perus. 46. num. 6. Couarr. in lib. pract. quest. cap. 6. vbi alios de communi dicentes fatetur Lancell. in tract. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 11. nu, 20. Menoc. de arb. iud. lib. 2. cen. 2. casu 169. nu. 12. Paris. de Puteo de syndi. vers. expensę fol. 124. nu. 1. Neuiza. con. 44. nu. 14. vbi ait hoc habere locum in quauis causa & in sylua nuptia. lib. 6. nu. 32. & nouissimè nonnullos alios congerit Surdus in tract. de alimen.
2 tit. 1. quæst. 120. num. 1. † Quod axioma non solùm in actore paupere ampliatur sed multo magis in reo vt valeat se defendere, Cumia in d. Cap. 38. nu. 107. licèt fateatur se habuisse de facto & succubuisse & in d. Cap. 81. nu. 12. Neuiza. d. cons. 44. ante num. 14. Boer. decis. 305. in fine.
3 † Item ampliatur procedere etto quòd ipse pauper non præstiterit cautionem de reddendo pecuniolam in casu vittoriæ vel succumbentiæ, secundum Cum. in d. Cap. 38. nu. 105. in fine Craue. con. 164. nu. 2. (Sed
4 cõtrarium est verius vt mox dicam.) † Rursus ampliatur non solùm procedere in primo iudicio, sed etiam in iudicio appellationis ita Ludou. d. dec. nu. 7. Afflict. dec. 10 nu. 2. & dec. seq. Cumia in d. cap. 38. nu. 106. & in d. cap. 81. nu. 13. Rimi. Iun. con. 255. nu. 1. cum seq. Rebuff. in trac. de sent. prouis. art. 1. glo. 2. nu. 5. & 6. vbi fatetur ita seruari, ac etiam subdit
5 † quòd si pecuniola non fuerit petita in prima instantia, rectè tamen peti potest in secunda, ac etiam in executione sententiæ. Præterea extenditur
6 † datò quòd nondum sit obtenta sententia in fauorem actoris, vt per Couarr. in d. nu. 5. Craue. cons. 164. nu. 1. vers. stringo secundo Cepha.
7 consil. 127. nume. 10. id pariter amplians † procedere nondum publicatis attestationibus, & ita seruari vidisse testatur Alciat. de præsu. præ-
8 sum. o. nu. 11. † Item ampliatur militare etiam si à sententia decernente huiusmodi pecuniolam sit appellatum, nam eo non obstante debetur Surdus in d. quæst. nu. 13. in fine. Quam ampliciter tamen nostrum princi-
9 pale axioma declaratur, † & Primo non habere locum, nisi aliqualiter

ipsi

ipsi pauperi notoriè constet fouere ius in prætenso iure Laudimii, quod vrgentiorem præsumptionem potius pro eo faciat, quàm pro altera parte diuite, & hoc ne inducatur materia calumniandi, secundum communem opinionem quam amplectitur post Blas. Lanc. Cumia in d. Cap. 38. nu. 104. & in Cap. 81. nu. 14. Craue. consi. 164. nu. 2. Couarr. in d. nu. 5. vers. ego verò Bossius in præcit. loco idem sentit Vrsill. in add. ad Afflic. dec. 10. nu. 3. Hinc iure optimo dixerunt Gab. consi. 25. nu. 10. & Alcia. d. præsu. 9. nu. 9. Surdus in d. quæst. nu. 9. & quæst. 125. in fine huiusmo-
10 di † pecuniolam decerni debere minimè ob euidentem calumniam par-
11 tis. † Quæ euidens calunnia qualiter arguatur, legito meum Tracta. de
12 Notorio part. 3. effect. 53. Secundo † declaratur, dummodo quòd is qui petit pecuniolam sit ægestate grauatus, Cumia in d. Cap. 81. nu. 15. vbi fatetur communem hanc esse conclusionem Couarr. in d. cap. 6. nu. 5. vers. tertio requiritur Surdus in d. quæst. in princ. Boer. dec. 303. nu. 4.
13 Cephal. d. con. nu. 3. † Quæ pauperas qualiter verificetur, & per quem, vide Masca. in tract. de probat. conc. 1154. Meno. de præsum. lib. 6. præ-
14 sum. 25. cum seq. Tertio † declaratur dummodo quòd altera pars contra quam agitur ad subministrandam pecuniolam sit diues, vt voluerunt
15 Surdus in d. quæst. in princ. Cumia in d. Cap. 81. nume. 16. † Declaratur quarto non procedere, nisi ex parte petentis pecuniolam idonea præstetur cautio de illam restituendo in casu succumbentiæ, vt quærendo concludit Couar. in d. cap. 6. nu. 7. quem sequuntur Cumia in d. cap. 81. nu.
16 17. & Surd. in d. tit. 1. quæst. 125. nu. 4. vbi etiam alios cumulat † Aduertendum tamen est, quòd quantitas pecuniæ præstandæ pro pecuniola taxari subministrariq; debet iudicis arbitrio, cùm hoc expressè de iure cautum non inueniatur, vt receptum esse asseuerant Rebuff. in tract. de sent.
17 prouis. nu. 29. & 30. Couar. in d. nu. 7. vers. solet. † Cuius arbitrium in decernendo talem pecuniolam, puto quòd regulari debeat attenta æstimatione iuris Laudimii prætensi, vt voluerunt Gabr. in d. con. nu. 11. An-
18 gel. consi. 357. nu. 5. Craue. cons. 189. in fine. † Praxim etenim consequendi pecuniolam in Regno, ac in Magna Regia Curia tradit Cumia ex Ioan. Aloys. de Septimo in d. Cap. 81. Ritus nume. 23. nempe vt citetur pars diues ad testium iuramenta videndum super paupertate alterius partis prætendentis pecuniolam, qua paupertate verificata vnà cum instrumentis ex quibus notoriè liquet de iure ipsius pauperis, petitur ipsa pecuniola, idem sentit Asca. Clem. in tract. de pat. pote. effectu 17. sub nu. 15.

IN-

INSPECTIO XXXVIII.

Si Laudimium fuit promissum in apodissa, qualiter agatur.

SVMMARIVM.

1 *Apodissa recognita in iudicio, probat plenè contra recognoscentem, et nu. 2. vbi ampliatur.*
3 *Debitum probatur per recognitionem apodissæ.*
4 *Scriptura priuata non exigit diem, neque indictionem.*
5 *Confessio iudicialis oritur ex apodissa recognita.*
6 *Scriptura priuata non meretur executionem, etiam si sit recognita, & nu. 7. vbi ampliatur.*
8 *Scripturę scriptæ, vel subscriptæ idem est iudicium.*
9 *Subscribens censetur fateri contenta in scriptura.*
10 *Paria sunt aliquid constare per attestationes, vel subscriptiones.*
11 *Cap. Ritus 19. loquens de scribente, verificatur in subscribente.*
12 *Scriptura priuata recognita, probat contra hæredes, & singulares successores, etiam si non haberet testium subscriptionem.*
13 *Negans scripsisse apodissam, si conuincatur de mendacio. condemnabitur in contentis sub apodissa.*
14 *Creditor tenetur probare apodissam fuisse scriptam manu debitoris.*
15 *Dispositio quælibet præsupponit substantiam actus.*
16 *Apodissam fuisse scriptam manu debitoris, qualiter probetur, remissiuè.*
17 *Apodissa scripta, seu subscripta de mandato debitoris quando probat.*
18 *Scripsisse asserenti apodissam de mandato alicuius an ei credatur.*
19 *Apodissam in suo sigillo munitam recognoscens, sibi præiudicat.*
20 *Sigillum ratihabitionem importat, & consensum.*
21 *Sigillum idem operatur quòd subscriptio.*
22 *Recognoscens scripturam eius signo munitam sibi præiudicat.*
23 *Scribens apodissam potest cogi vt illam recognoscat.*
24 *Appellari an possit à precepto de recognoscendo scripturam.*

CONTROVERSIA interdum adhiberi solet, circa modum actionis exercendæ per dominum directum cui ex causa Laudimii aliqua pecuniarum summa fuit promissa vigore apodissæ, seu scripturæ priuatæ; qua in re licet multa dici possent, aliqua tamen pro exornatione

nostri opusculi frequentiori, calculo in praxi emergentia afferam. Hinc duo sunt discutiendi casus; quorum primus erit quādo apodissa fuit scripta, seu subscripta propria manu debitoris. Secundus autem quando à tertio vice ipsius debitoris. Ad primum igitur deueniendo sic distinguen
1 dum existimaui, quòd aut † apodissa Laudimii promissiua penes dominum existens expræssim recognoscitur in iudicio ab ipso scribente, seu subscribente, iux. tex. l. generaliter Co. de non nume. pec. & tunc regulariter ex ea plenaria oritur fides contra recognoscentem, vt valeat Iusdicens compellere eum ad soluendum, & satisfaciēdum ius Laudimii promissum, iura sunt in l. publica in fine D. deposit. l. cum de indebito D. de probat. cum simil. idem placuit Rebuffo in tract. de chirogra. & sched. in præfat. nu. 25. 26. 43. & 75. Granat. theo. 15. nu. 24. Barto. in l. admonendi nu. 26. vbi Ias. nu. 88. D. de iureiura. Hyeron. à Laure. dec. auenio. 146. nu. 2. Craue. con. 275. nu. 3. Vrsill. in addit. ad Afflict. dec. 181. nu. 8. Guid. Pap. sing. 626. Couarr. in lib. 2. var. resolu. cap. 2. nu. 4. & in lib. pract. quæst. cap. 22. nu. 2. vers. probatur Caualc. de tuto. & cura. nu. 87. & 273. Rimin. Iun. con. 52. nu. 25. & con. 523. num. 6. Meno. con. 508. nu. 20. vol. 6. Bursa. con. 152. nu. 43. Sim. de Præt. consi. 160. num. 25. & 31. à Valle con. 58. nu. 15. & seq. vol. 2. Masca. in tracta. de probat. conc.
2 1294. nu. 18. Cepha. con. 562. nu. 7. & 8. vbi † id etiam ampliando tradit, datò quòd apodissa esset scripta absente parte, Mache. patro. 14. num. 6.
3 Quinimmo per † huiusmodi recognitionem etiam plenè probatur debitum ex Laudimii causa promissum, Rebuff. in d. præfat. nu. 27. Quod hi-
4 sce principale axioma haud dubiè extenditur habere locum † & si scriptura non sit sollemnis, vt putà si in ea non interuenit diei annotatio, nec partis subscriptio, sufficit etenim qualitercunque fuerit scripta, & imputet sibi pars scribens quare diem non apposuit, ita Rebuff. in d. præfat. nu. 88. testantur hanc esse magis communem opinionem Alexan. consi. 70. nu. 5. vol. 1. Dec. in Cap. 2. de fide instrum. nu. 13. Cepha. consi. 678. nu. 51. Mars. sing. 429. Noni. con. 79. nu. 1. Bursa. cons. 320. nu. 9. & 10. Gab. con. 169. num. 36. vbi etiam ait quòd neque requiritur indictionis adiectio, & quàmuis talis scriptura non sit de per se sufficiens ad proban
5 dum, tamen † negari non potest, vt ea medio recognitionis scribentis sortiatur effectum confessionis iudicialis, maiorque quolibet instrumento etiam publico, ac quibuscunque testium depositionibus censeatur, vt ore Rebuffi loquar in d. præfat. nu. 48. Mache. d. patro. nu. 7. Qua confessione præexistente etiam executiuo modo poterit procedi contra recognoscentem, maximè si fuit facta parte præsente, & acceptante, vt latè per Afflict. dec. 387. Vinc. de Franc. dec. 118. nu. 7. Tessau. dec. 26. num. 13. vbi etiam inquit quòd non differt talis confessio ab obligatione, quæ fit

acta,

6 acta. † Qui modus executiuus nullatenus daretur ex facie dictæ meræ
7 apodissæ, vt voluit Caualc. in d. num. 87. † esto quòd contineat pactũ ex-
præssum vt via executiua ex ea agatur, maximè stante Cap. Ritus 6. quod
exigit publicum instrumentum manu tabellionis confectum, vt docet
Cumia ibi nu. 16. & seq. vbi subdit rationes. Rursus ampliatur nostrum
8 pronuntiatum † procedere siue apodissa scripta fuerit ab ipso debitore si-
ue ab eo dumtaxat subscripta, eo quòd tantùm regulariter operatur sub-
scriptio quantum scriptura cum subscriptione, vt per Bursa. cons. 39. nu.
23. Rebuff. in d. præfat. nu. 51. Seraphy. de priuil. iura. priui. 77. num. 16.
Meno. de præsum. lib. 3. præsum. 66. num. 2. Nam scriptura aliena manu
facta sumit fidem ex subscriptione, ita Rimin. Iun. con. 297. nu. 40. vol.
9 3. & con. 585. num. 65. vol. 5. Couar. in præcit. loco. † Quia subscribens
præsumitur scripturam approbare, ac virtualiter fateri omnia in ea con-
tenta vt elicitur ex §. 1. Instit. de empt. & vendit. fatentur hanc esse com-
munem opinionem Masca. in d. tract. conc. 1341. nu. 4. & 5. Rimin. Iun.
con. 503. nu. 5. & con. 538. nu. 7. Gabr. in titu. de præsum. conc. 3. nu. 1.
Meno. dicta præsum. 66. Bursa. con. 241. nu. 2. & consi. 34. nu. 24. Ozas.
10 dec. 36. nu. 3. † Et paria sunt constare aliquid per testium depositionem,
& partium subscriptionem, Affli. dec. 104. nu. 3. Decian. con. 29. nu. 30.
vol. 2. Panciro. con. 118. nu. 4. cum cæteris copiosè adductis per Masca.
11 d. conc. nu. 3. † Hinc iure optimo infertur Cap. Ritus 19. præbens paratã
executionem dictæ banci, vel scripturæ contra bancherium, proculdu-
bio verificari in dicta vel scriptura banci scripta manu aliena, subscripta
tamen manu ipsius debitoris, vt notabiliter docet Cumia in d. Cap. nu.
96. cuius sententiæ non grauabor addere Tiraquell. de leg. connub. glo.
3. nu. 194. Gabr. in d. conc. 3. nu. 7. Seraphy. in tract. de priuil. iuram. pri-
uil. 77. nu. 15. cum seq. Meno. d. præsum. 66. nu. 12. cum sequ. Rebuff. in
12 d. præfa. nu. 53. Masca. d. conc. 1341. nu. 8. † Et est notandum quòd ne
dum scriptura recognita plenam reddit probationem contra scribentem,
verùm etiam aliter iustificata probabit contra scribentis seu subscriben-
tis hæredes, singularesque successores habẽtes causam & ius ab ipso scri-
bente, etiam si non essemus in antiquis, & scriptura careret testium sub-
scriptione, ac literarum comparatione, ex sententia Crauet. de antiquit.
temp. par. 1. vers. viso de verbis nu. 15. & aliorum quos recenset Mascar.
13 in d. con. 1294. nu. 2. † Aut apodissa negatur fore scriptam, vel subscri-
ptam manu emphyteutæ, & tunc si de mendacio constat rectè condem-
nabitur ipse emphyteuta qui apodissam scripsit, seu subscripsit, Roman.
14 con. 373. nu. 1. † Quæ probatio à domino directo expedit fieri, cùm ha-
beat præsumptionem pro se, eo quòd detinet apodissam præ manibus
non autem à debitore qui illam negauit, Rebuff. in d. tracta. art. secundo

15 nu.3. Omnis † autem dispositio præsupponit substantiam actus, & sic prius debet apparere quòd scriptura sit illius cuius esse prætenditur, Cra-
16 ue.in d.vers.nu.4.Masca.d.conc.1294.nu.4.†Cuius scripturæ verificatio qualiter fiat per testes, vel per comparationem literarum, aut vtrumque, legito Monticell.in suo reper.de test.vers.recognitio pag.410.Gianut.d.theo.15.Ludou.dec.perus.7.Couarr.in d.cap.22.Vinc.de Franc.
17 dec.105.nu.9. Secundo enim casu principali † quando scilicet apodissa fuit scripta seu subscripta à tertio de mandato ipsius debitoris, & tūc habetur ac si ipse debitor illam scripsisset, dummodo quòd sit recognita à scribente, & pars confiteatur suo mandato esse scriptam, vel si probaretur per contestes fidei dignos quòd talis apodissa fuit scripta ab ipso tertio de mandato ipsius debitoris præsentis; ita Rebuff. in d. pręfat.nu.57. Bursat.con.39.num.22.Couarr.in d.cap.22.nu.2.quia perinde est ac si per eum ita volentem scripta aut subscripta esset, vt per Crauet. con.73.
18 nu.1.† Nec asserenti scripsisse, dictam apodissam de mandato ipsius debitoris creditur, Dec.con.310.nu.2.Meno.con.98.num.17.lib.1. Anna
19 sing.41.† Quemadmodum si ipse debitor recognosceret cedulam suo tantùm sigillo munitam, licèt non suæ manu scriptam seu subscriptam, quia tunc huiusmodi cedulę regulariter omnimoda fides erit adhibenda contra ipsum recognoscentem, Glo. est singularis in l. si procuratorem absentem vers.intelligendum D.de procura.Gab.in d.tit.de pręsu.conc. 4.nu.1.& 2.Rebuff.in pręfa.iam dicta nu.61.Crauet. de antiqu.temp. parte 1.nu.171.Tiraquell.de retra.lignag.§.1.glo.9.nu.157.Masc.cóc. 102.nu.5.& 7.Meno.de pręsum.lib.3.pręsum.66.nume.7. Anna sing.
20 480.Masca.in d.conc.1294.nu.26. vbi subdit rationem quia † sigillum consensum, & ratihabitionem denotat, & dixit Menoch. de pręsum.lib.
21 2.pręsu.57.nu.33.& antea de arb.iud.casu 113.num.10.& 11.† quòd idem operatur sigillum quòd subscriptio, & probato sigillo probata est
22 veritas, & consensus ipsius actus.†Idem ius statuitur si illiteratus nesciēs scribere, apponeret aliquod signum quod postea recognosceret esse suū, quia tunc illa recognitio probabit contra eum, ne illiteratus melioris cōditionis quàm literatus existimetur, ita Rebuff.in d.pręfat.num.58. Nec
23 omittam referre † quòd debitor potest cogi officio iudicis accedere ad iudicium apodissam à se scriptam fuisse recogniturus, vt consuluit Roma.con.373.in prin.quem sequuntur Rebuff.in d.pręfa.num.78.Curt. Iun.in d.l.admonendi nu.37.Couarr.in lib.2.var.resol. cap.2. nume.4.
24 † Et quòd à tali pręcepto minimè poterit appellare ex quò non grauatur, cùm de facto suo interrogetur consuluit Bal. con.335.vol.4. quem sequitur Rebuffus in d.pręfat.nu.80.

IN-

INSPECTIO XXXIX.

Emphyteutarius an præferatur in exactione Laudimij creditoribus emphyteutæ.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutarius an preferatur anterioribus creditoribus emphyteuta in exactione Laudimij, & nu.4.& 6.*
2 *Regula qui prior in tempore & cet. procedit tam in agendo quàm excipiendo.*
3 *Hypotheca generalis prafertur speciali.*
5 *Emphyteutarius an præferatur in exactione canonis creditoribus emphyteuta.*
7 *Laudimium solutum domino an possit repeti per creditores emphyteutę.*
8 *Laudimium debetur ex causa onerosa.*
9 *Creditori vigilanti magis iura subueniunt.*
10 *Hypothecæ prioritas debet probari per allegantem.*
11 *Hypothecæ prioritas qualiter probetur, remissiuè.*

1 EMPHYTEVTARIVS † an preferatur creditoribus anterioribus emphyteutę in exactione Laudimii, regulariter loquentes respondemus quòd non fieri, ex regula Cap. qui prior de regul. iur. in vi.l. qui balneum, & l. potior D. qui potio. in pign. hab. cum simil. quòd prior in tempore potior est in iure, quam vti vulgatissimam sequuntur Masca. in tract. de probat. conc. 1228. in princ. Rebuff. de const. redd. art. 1. glo. 8. in prin. Negusan. in tract. de pigno. mem. 2. par. 5. nu. 1. † Quod pronũ-
2 tiatum non solùm in agendo, & opponendo procedit, sed etiam in excipiendo, & replicando, secundum Rebuff. & Negusan. vbi supra Mascar. in d. conc. nu. 9. † etiam si priores creditores haberent generalem hypo-
3 thecam super omnibus bonis emphyteutę, & emphyteutarius ipse haberet specialem super vnica re tantùm, quia ius ex prima obligatione prioribus quęsitum sine eorum facto ab eis auelli nequit, ita Rebuff. in d. gl. nu. 13. Negusa. d. mem. nu. 14. Paul. de Montepi. consi. 28. num. 7. Marc. dec. 371. nu. 8. Ozas. dec. 159. nu. 5. & 6. † At declaratur nostrum princi-
4 pale pronuntiatum non sortiri effectus suos quando sub primęua inuestitura emphyteutica fuisset cautum vt emphyteusis pręcisè sit obligata pro iure Laudimii tempore alienationis illius, quia tunc emphyteutarius

potior

potior aliorum creditorum anteriorum censebitur, ita Negusa. in d. tra. par. 4. nu. 33. cum seq. & Rebuffus in d. glo. nu. 28. Nec proximę conclusioni aduersatur dictum de quo supra nu. 3. quandoquidem illud procedit in debitore acquirente res dependentes ex mera eius voluntate, vt adire hæreditatem, bonorum possessionem agnoscere. & simil. secùs in cōtractu dependente etiam ex voluntate alterius, vt in emptione & venditione, concessione rei ad emphyteusim, & huiusmodi vt considerauit Ne
5 gusan. in d. tract. par. 4. nu. 41. † Quemadmodum ipse dominus directus in exactione iuris canonis præfertur creditoribus anterioribus emphyteutæ, vt asseuerat Folle. sup. Bulla vers. tanquam res iudicatas num. 58.
6 † Declaratur secundo quando directo domino essent obligata omnia bona emphyteutæ, creditoribus autem anterioribus minimè, quia tunc cùm primi creditores nullum ius habeant in re non præferuntur domino habenti hypothecam, ita Rebuff. in d. glosa nu. 16. Nec omittendum
7 putaui, † Laudimium solutum domino directo haud reuocari & repeti posse per creditores anteriores, si illud bona fide fuit consumptum, ex Afflict. dec. 190. nu. 1. & 6. & ibi Vrsill. nu. 1. Capic. dec. 78. num. 1. & 2. Gramma. post eius decis. quęst. 1. nu. 4. & 9. qui testantur pluries ita decisum fuisse Neapoli Ceph. con. 86. nu. 5. & con. 448. nu. 31. Meno. con. 25. nu. 2. & 4. Couar. in lib. pract. q. cap. 29. nu. 1. Ludou. dec. perus. 45. nu. 4. Hyer. à Laure. dec. auenio. 96. nu. 2. Straccha in tract. de merca. tit.
8 de decoct. nu. 29. & seq. & latius Paris. con. 69. vol. 4. † Cui declarationi confert quia Laudimium domino debetur ex causa onerosa, vt sensimus in prima parte sub Inspe. 5. quo casu haud dubio militat proxima cōclu-
9 sio, secundum Gramma. in d. q. nu. 7. Couarr. in d. cap. nu. 3. Item † vigilanti creditori magis iura subueniunt, Bursa. con. 306. nu. 5. Natta con.
10 14. nu. 20. † Quæ prioritas hypothecę omnino per allegātem debet probari, siue agat siue conueniatur, Masca. in d. conc. nu. 6. & 7. Negusa. in
11 2. mem. 5. par. nu. 43. Rebuff. in d. glo. 8. nu. 44. † Et qualiter ea probetur, vide Masca. ibi nu. 11. cum seq. Suarez in repet. l. post rem iudicatam in 7. limitat. nu. 4. fol. 615. D. de re iudic.

INSPECTIO XL.

Quæ possint allegari per emphyteutam obligatū soluere Laudimium cum pacto de non opponendo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ admittantur aduersus executionem instrumenti debitū ex*

ex causa Laudimij continentis, & nu 31.

2 Pactum de non opponendo reijcit omnes exceptiones, & defensiones.

3 Pactum de non opponendo qualiter extendatur per notarios.

4 Obligatus cum pacto de non opponendo, non potest os aperire in se defendendo.

5 Carceratus non potest se defendere si est obligatus cum pacto de non opponendo.

6 Pactum de non opponendo reijcit exceptiones modificatiuas.

7 Statutum fauens executioni instrumenti reijciendo omnes exceptiones, reijcere censetur etiam modificatiuas, secus si instrumento.

8 Pactum de non opponendo excipiens solutionem, omnes exceptiones similes reijcit.

9 Exceptiones rationabiles censentur exceptę sub reiectione exceptionum.

10 Pactum de non opponendo denegat offitium Iudicis, & nu. 127. vbi declaratur.

11 Statutum denegans defensionem, compræhendit officium Iudicis.

12 Officium Iudicis est defensio.

13 Statutum priuilegians executionem, censetur denegare offitiū iudicis.

14 Statutum denegans exceptiones non compræhendit offitium iudicis.

15 Excipere qui nequit, potest offitium iudicis implorare.

16 Iudex tenetur seruare formam statuti in admittendo exceptiones.

17 Exceptio fundatur ex æquitate.

18 Pactum de non opponendo dat determinatum modum opponendi exceptiones.

19 Exceptio dicitur deducta extraiudicium, si ea prohibetur opponi.

20 Iuramentum obligat iurantem precisè ad factum.

21 Pactum de non opponendo non continet iniquitatem.

22 Pactum de non opponendo non tollit defensiones, sed illas differt.

23 Pactum de non opponendo non reijcit defensiones quò ad substantiam, sed quò ad formam.

24 Pactum de non opponendo alterat defensiones temporaliter.

25 Defensio ex causa potest tolli, & alterari.

26 Clausula (præstito de restituendo in casu succumbentiæ) in interlocutoria oppositionum reiectiua, quid operetur.

27 Appellari an possit si reijciantur oppositiones sine clausula (præstito de restituendo)

28 Debitor obligatus cum pacto de non opponendo, tenetur soluere, & si habet iustam exceptionem, pecuniam condictione indebiti repetere potest.

29 Denuntiatione euangelica an tuatur debitor qui excipere nequit.

30 Inhi-

30 Inhibitoriæ iudicis ecclesiastici impediunt executionem instrumenti cum pacto reiectiuo.
32 Exceptio prorsus incompetentiæ non reijcitur ex vi pacti de non opponendo.
33 Executionem petens coram iudice prorsus vetito, priuatur iure suo.
34 Exceptio prorsus incompetentiæ non includitur sub reiectione defensionum.
35 Iudex prorsus incompetens quis dicatur, & nu. 36. & 37.
38 Exceptio incompetentiæ reijcitur per pactum de non opponendo.
39 Iudex incompetens quis dicatur.
40 Exceptio declinatoria fori dicitur defensio.
41 Exceptio legitimationis personæ admittitur aduersus pactum reiectiuum, & nu. 48.
42 Agens vt hæres, se hæredem esse docere debet, & nu. 43.
44 Cessionarius debet docere de iure cesso.
45 Executio non potest exerceri ad instantiam tertij, etiamsi sua interesst.
46 Exceptio impugnatis personam actoris, admittitur non obstante pacto reiectiuo.
47 Agens vt tutor, curator, procurator, Sindicus se esse talem debet docere.
49 Habilitas comparentis in quocunque iudicio attenditur.
50 Exceptio legitimationis personæ impedit causam agitari donec fiat legitimatio.
51 Exceptio legitimationis non includitur sub prohibitione exceptionum.
52 Defectus inhabilitatis maior est defectus iuris agentis.
53 Exceptio legitimationis non tangit instrumentum, sed personam actoris.
54 Exceptio notoria an admittatur aduersus pactum reiectiuum, & ibidem an Statutum excludens exceptiones includat notorias, & nu. 56. vbi declaratur.
55 Notorium an subiaceat regulis iuris.
57 Actionem proponens, censetur illã proponere cum intrinseca exceptione.
58 Statutum denegans exceptiones, non includit ex eodem statuto descendentes.
59 Exceptio oriens ex eodem instrumento dicitur priuilegiata sicut actio.
60 Exceptio non purificatæ conditionis opponitur non obstante pacto reiectiuo, & nu. 62.
61 Creditori tenetur probari esse purificatam conditionem.
63 Citatio num requiratur in purificatione conditionis, & nu. 65.
64 Oppositiones an valeant præsentari aduersus liquidationem conditionis.
65 Citatio non requiritur in verificatione possessionis contra detemptorem rei subiugatæ.

67 Ex-

67 *Exceptio decennij elapsi potest opponi aduersus pactum reiectiuum.*
68 *Pactum de non opponendo amittit efficaciam elapso decennio.*
69 *Clausulæ accessoriæ sequuntur naturam instrumenti.*
70 *Decennium quando incipiat currere, & contra quos.*
71 *Decennio elapso qualiter sit procedendum.*
72 *Pactum de non opponendo habet locum quando agitur executiuè.*
73 *Pactum de non opponendo non reuiuiscit per sententiã condemnatoriam.*
74 *Exceptio non aduenti diei admittitur aduersus pactum de non opponẽdo.*
75 *Creditor tenetur probare diem venisse, vt locus sit executioni.*
76 *Iudex ex officio potest repellere creditorem comparentem ante diem.*
77 *Creditor agens ante diem qualiter puniatur.*
78 *Exceptio extinctæ obligationis admittitur aduersus pactum reiectiuum.*
79 *Permissum ad tempus, eo elapso censetur prohibitum.*
80 *Exceptio notoriæ nullitatis instrumenti admittitur non obstante pacto reiectiuo, & nu. 81. & 84.*
81 *Nullitas est defensio.*
82 *Extrema habilia sunt præsupponenda in quauis dispositione.*
83 *Pactum de non opponendo dicitur nullum, si est nullum instrumentum.*
85 *Creditor tenetur ostendere instrumentum sollemne, & perfectum de iure.*
86 *Fundans se in publicitate instrumenti illam probare tenetur.*
87 *Simulationis exceptio an admittatur aduersus pactum reiectiuum.*
88 *Exceptio falsitatis an possit opponi aduersus pactum de non opponendo.*
89 *Exceptio cedendarum admittitur non obstante pacto reiectiuo, relatiuè.*
90 *Exceptio sine causa an possit obijci aduersus pactum de non opponendo.*
91 *Iuramentum quando operatur effectum expressionis causæ.*
92 *Exceptio liquidationis valet admitti aduersus pactum reiectiuum.*
93 *Illiquidum instrumentum non est exequendum.*
94 *Instrumenta publica rem liquidam ostendere solent.*
95 *Liquidatio an præcedere debeat executionem instrumenti illiquidi.*
96 *Probatio possessionis rei subingatæ debet fieri ante effectum executionis.*
97 *Citatio an exigatur in liquidatione instrumenti.*
98 *Oppositiones an admittantur aduersus liquidationem instrumenti.*
99 *Exceptio inhabilitatis an admittatur aduersus pactum reiectiuum, & nu. 100. & nu. 103.*
101 *Minor se obligans sine authotitate iudicis, vel curatoris an possit opponere exceptionem inhabilitatis aduersus pactum reiectiuum, & nu. 102. vbi ampliatur.*
104 *Iuri executiuo vt sit locus, quæ requirantur.*
105 *Exceptio non implementi admittitur aduersus pactum reiectiuum.*
106 *Creditor antequam agat, debet probare se adimplenisse promissa in con-*

tractatur latius nu. 108. & 109.

107 *Promissio habet conditionem si seruetur fides.*

110 *Exceptio rei non traditæ an obijciatur aduersus pactum de non opponēdo.*

111 *Exceptio pretij non soluti an possit opponi aduersus pactum reiectiuum.*

112 *Venditor quando possit retinere rem venditam.*

113 *Emptor potest retinere pretium, donec res empta ei tradatur.*

114 *Exceptio erroris an possit opponi aduersus pactum reiectiuum.*

115 *Exceptio notoria qualiter appelletur.*

116 *Exceptio intentionis, & facti non includitur sub reiectione exceptionū.*

117 *Negatio non est defensio.*

118 *Exceptio notoria est iuris, & non facti.*

119 *Iuris allegationes possunt opponi non obstante statuto reijciente defensiones.*

120 *Pactum de non opponendo non reijcit iuris allegationes.*

121 *Exceptio notoria non præsumitur malitiosè opposita.*

122 *Exceptio notoria non impugnat instrumentum.*

123 *Exceptio ortum habens ex facto aduersarij nunquàm excluditur.*

124 *Exceptio notoria est rationabilis.*

125 *Exceptio euidens ex facie instrumenti non venit sub reiectione exceptionum, & defensionum, & nu. 126. vbi ampliatur.*

128 *Pactum de non opponendo non reijcit exceptionem solutionis, & nu. 132 vbi declaratur, & nu. 135.*

129 *Exceptio solutionis non venit sub reiectione exceptionum.*

130 *Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

131 *Bona fides non patitur vt bis idem exigatur.*

133 *Exceptio oriens ex æque sollemni instrumento nunquàm censetur reiecta.*

134 *Solutionem docens ex publico instrumento, non præsumitur in malitia.*

136 *Solutio si prætenditur probari per testes, locus est pacto reiectiuo.*

137 *Creditor an teneatur deferre iuramentum super solutione, & nu. 138.*

139 *Confessio solutionis facta in iudicio quando præiudicet confitenti.*

140 *Compensatio non admittitur aduersus pactum de non opponendo.*

141 *Solutio si est facienda in pecunia numerata, cōpensatio tūc nō admittitur.*

142 *Exceptio cancellationis an & quando admittatur aduersus pactum de nō opponendo, & nu. 143. vbi declaratur.*

144 *Exceptio non admissibilis contra pactum de non opponendo, si opponatur parte non contradicente, præiudicat creditori.*

145 *Idem ampliatur in terminis Regiæ Pragmaticæ de censibus,*

146 *Item in spolio priuilegiato de recenti.*

147 *Creditoris cautela ne patiatur opponi exceptiones in admissibiles.*

148 *Exceptiones quando opponi debent per obligatum cum pacto reiectiuo.*

SOLET non semel ambigi super obiectu exceptionum admittendarum aduersus pactum de non opponendo, vnde nouissimè visum
1 est commemorare† quænam exceptiones valeant opponi, & admitti aduersus executionem instrumenti iuris Laudimii obligationem continentis, pacto iam dicto clausulatum, ac iureiurando vallatum; & quamuis isthæc Inspectio diuersum exposcat prælium ob eius nodosam materiam, nitar tamen aliquas permissiuas exceptiones aduersus dictum pactū ad nostram materiam frequentiores palpitare. Qua in re videtur prima clausulæ
2 se vti verbis negatiuis† nullam scilicet exceptionem, & defensionem opponi, & admitti debere; Quandoquidem pactum prædictum illas reijcit,
3 cuius formula tali modo extenditur vniformiter per notarios, † (*cum pacto quòd dicti contrahentes eorumque hæredes non poßint se opponere, excipere, vel defendere, nec iudicis officium implorare, nec aliquid præuenire, dicere, vel allegare quomodocunque, vel qualitercunque tàm aduersus executionem, & verificationem ipsorum extremorum; quàm etiam aduersus contractum, vel aliqua in eo contenta, quin prius, & ante omnia soluat, & adimpleant formam præsentis contractus:*) vt fatetur Pet. de Greg. super Bulla quæst. 10. vers. & primo certum, & ex non nullorum minerua probauimus in hac eadem parte Inspe. 17. num. 7. & dixerunt Cumia in Cap. 98. Ritus nu. 17. Vipera in l. prima §. & parui D. quod vi aut clam post Bar. & Alex. in d. §. † quòd obligatus sub tali pacto de non opponē-
4 do nequit os aperire in proponendo defensiones; † etiam si ipse debitor
5 pareret executioni medio carcerationis idem Cum. in Cap. 20. Ritus
6 nu. 2. † Et adeò rigorosum existimatur huiusmodi pactum, quòd non solum denegat exceptiones impugnatiuas, sed etiam modificatiuas, vt ore Petri de Gregor. loquar in d. quæst. vers. tertio deduco. Quod eo axiomate pariter substinetur, dum per ipsum pactum executioni instrumen-
7 ti fauetur, vt patet ibi (*tam aduersus executionem.*) Nam quandoq; † statutum seu pactum fauet executioni instrumenti reiiciendo omnes exceptiones, tunc etiam exceptiones modificatiuæ non admittuntur licèt sententia esset lata super tantùm instrumento, Cumia in Cap. 17. Ritus nu. 37. Item cùm ex forma ipsius pacti prohibeatur exceptionum, & defensionum

cuntur sublatæ defensiones quò ad earum robur, & substantiam, sed censentur alteratæ quò ad formam, & sollemnitatem iuris positiui. In odiú debitoris quousque perdurauerit in non soluendo, & adimplendo formá contractus, ita Charta. in tract. de exec. sent. cap. ban. cap. 3. nu. 45. cum seq. Suarez. in declara. leg. Regni lim. 12. nu. 3. pag. 624. Gab. de cita. cõs. 1. nu. 524. Alex. con. 106. nu. 5. vol. 5. Cumia in Cap. 17. Ritus num. 45.
24 † Nec minus tali casu dicuntur suspensæ, & alteratæ perpetuò sed tem-
25 poraliter, vt per Cumia in Cap. 40. Ritus nu. 209. Quinimmo cùm † defensio ex iusta causa penitus tolli possit, multofortius modus defensionis temperari, & differri permittitur, Alex. con. 225. nu. 7. vol. 6. & in l. si sic nu. 18. de leg. 1. Vant. de nullit. sent. ex defectu citat. nu. 9. in fine Suarez in d. 12. limi. Chartar. de exec. sen. cap. ban. cap. 3. nu. 34. & 47. Carauit. in Rit. Neap. 220. nu. 14. cum seq. Afin. de execu. §. 2. cap. 4. num. 4. Cumia in d. Cap. 17. nu. 45. & in Cap. 40. nu. 41. Nepita in Cons. Cat. pag. 36. nu. 8. cum seq. Straccha in d. gl. 29. nu. 2. qui loquitur in propriis nostris terminis, quia contractus ex conuentione contrahentium legé accipiunt, l. contractus D. de reg. iur. l. 1. §. si conuenerit D. deposi. Item iuri, & fauori potest vnusquisque renuntiare, l. pen. Co. de pact. Cap. ad apo-
26 stolicam de regular. Hinc inoleuit praxis iuri consona; † quòd dum reiiciuntur oppositiones stante dicto pacto de non opponendo, solet ex iudicis officio apponi clausula præstito per creditorem de restituendo pecuniam in casu quo succubuerit in causa oppositoria, de qua Cumia in practica Ritus pag. 11. col. 2. Cæsar Donus inter cons. diuersorum cons. 85. nu. 61. Straccha in d. nu. 2. in fine Tessau. dec. 26. nu. 12. circa finem Rebuff. de lit. oblig. art. 5. glo. 7. num. 5. vbi testatur ita bis fuisse decisum
27 per Senatum Parisiensem alias † lata interlocutoria iam dicta citra dictá clausulam, defectu nullitatis poterit infringi, ac remedio appellationis causa poterit ad superiorem deuolui; vt audacter aiunt Tessau. & Re-
28 buff. vbi supra. † Et vnico tantùm remedio proficiscitur vt ipse debitor tali pacto suppositus, vt soluat, & exinde legitima exceptione suffultus pecuniá solutam repetat, vt voluerunt Vital. in tract. claus. vers. clausula nulla exceptione n. 71. f. 23. Cum. in Cap. 11. n. 6. in Cap. 16. nu. 72. & in Cap. 17. nu. 30. & 33. Capra d. conc. 51. in fine Canar. de execu. instrumen. q.
29 55. Roman. cons. 76. nu. 7. † Et quàmuis secundum aliquos detur aliud remedium vt debitor conqueratur apud iudicem ecclesiasticum per viá denunciationis euangelicæ, vt per Cumiam in d. Cap. 17. nu. 54. Vipora. in d. §. 3. parui versic. quid si essent. à lano. de præsu. 48. in fine, attamen puto tale remedium iure non substineri, quoniam illud procedit quando exceptiones essent funditus prohibitæ, at per formulam nostri pacti tantùm differuntur (vt supra dixi) meritò non habet locum in casu nostro, ex

Rebuffo de l. obliga. art. 1. glo. 15. in fine. Item si hoc procederet vt in causis profanis ob denuntiationem peccati permitteretur laicum ad forum ecclesiæ trahere, esset penitus euacuare iurisdictionem laicalem, & in facultate actoris articulare de peccato mortali, vt in specie expendit Velas. in tract. de iure emphy. quæst. 7. nu. 22. Et propterea sis cautus dũ citatus es coram iudice ecclesiastico, vt obiter compareas allegando pactum prædictum, cuius intuitu debitor non poterit in aliquo audiri, maximé si absolutio à iuramento non plena, sed concessa dumtaxat fuerit habilitatio ad finem agendi, & excipiendi, quia hæc solum reatum periurii remouet, non autem tollit vires contractus, & consequenter efficaciã pacti de non opponendo, vt affatim admonent Becc. consi. 63. nu. 3. Io. Botta con. 51. nu. 28. & seq. Cumia in pract. ritus tit. de modo proced. in
30 causa nulli. col. 4. pag. 79. vers. aduerte aliàs † si per iudicem ecclesiasticũ emanantur inhibitoriæ iudicibus laicis directæ ad quorum iurisdictioné spectat exequi instrumentum, impedictur dicti instrumenti executio. circumscr pto pacto de non opponendo, vt aliàs obtinuimus. Qualiter autem dictæ inhibitoriæ concedantur habes supra Inspectio. 33. præsentis
31 partis. Sed præmissis non aduersantibus arbitror † duo exceptionum, genera fore admittenda ante solutionem, & adimplementum contractus, quorum primum personas iudicis, vel creditoris concernit, reliquum verò intentionis fundamentum. Circa primum genus inchoando à perso-
32 na iudicis, dico quòd iure optimo † poterit opponi, & admitti exceptio incompetentiæ, vtputa quando instrumentum Laudimii obligationem continens fuit executum per iudicem debitori prorsus incompetentem, isthæc enim exceptio ex qua ipso iure denegatur iurisdictio nunquam includ tur sub denegatione exceptionum, & defensionum Bald. in l. reos nu. 37. Co. de accusat. & speciatim tradunt Vipera in d. §. & parui vers. & dico, Cumia in Cap. 40 Ritus nu. 119. & 123. & in Cap. 16. nu. 58. cum seq. Vnde dicebat Suarez in reper. l. post rem iudicatam D. de re iu-
33 dic. pag. 713. nu. 32. quòd † petens executionem instrumenti habentis executionem paratam coram iudice prorsus vetito ad quem non perti-
34 net executio priuatur iure suo, caditque ab ipsa causa executionis. † Isthæc enim exceptio numquam comprehẽditur sub statuto seu pacto excludente omnes exceptiones, & defensiones, nisi de ea fiat expressa mentio, Glosa est singularis & communiter recepta in Clemc. 1. de sequest. & posse. quam sequuntur Vant. de nullit. ex defectu iurisdict. nu. 4. & in tit. quot & infra quod temp. nu. 5. Capra d. conc. 31. nu. 22. Sim. de Pret. con. 97. nu. 30. & con. 206. nu. 3. Cauale. dec. 10. nu. 21. par. 1. Menoc. con. 2 nu. 152. lib. 1. & in tract. de præsum. lib. 2. præsum. 48 nu. 26. Noni; con. 9. nu. 16. Gab. cons. 22. nu. 46. vol. 1. Chartar. in tract. de execut.

sent.cap.banni.cap.fin.nu.196.Seraphy.de priuil.iura. priuil.7. nu. 53. Hyero.à Laure.dec.auenion.142.nu.4.& dixi in meo Tracta.de Notorio
35 par.3.effectu 27.nu. vbi hanc sententiam multipliciter extoll. † Quæ prorsus incompetenti verificatur in eo qui nullam radicitus habet iurisdictionem in conuenatum, Cumia in d.Cap.40. nu. 123. vers. Item cum
36 radicitus, † vel si eius iurisdictio non sit prorogabilis ex eodem Cumia in
37 d.vers.& num.126. † vel si suspensam iurisdictionem habet, vt per Aret.
38 con.75.nu.10. † Secùs autem est dicendum si non esset iudex prorsus incompetens, quia tunc talis exceptio haud poterit opponi, stante pacto
39 prædicto, Cumia in d.Cap.nu.118.& 208. † vt puta si eius iurisdictio tacitè consensu partium potest prorogari non opponendo exceptionem declinatoriam, quoniam & si radicitus non dicitur habere iurisdictionẽ, eam tamen consequitur ex partium consensu dum non opponitur, quæ oppositio non permittitur stante dicto pacto de non opponendo, ita
40 Cum.in d.Cap.nu.122. Mouemur ea potissima ratione, quia † fori declinatoria est defensio, Socc.in l.2.not.3.D.de except.Bal.in l.reos nu.36. Co.de accusat.Rubeus de potest.procu.nu.326. Dec. in Cap. quoniam contra nu.27.de probat.quicquid sentiat Cumia in pract.sindic.cap.17. nu.59. Quo ad aliud capud scilicet de persona creditoris, seu actoris, sic distinguendum existimo, quòd aut compareat nomine proprio, aut alie-
41 no. Primo casu, † poterit opponi, & admitti exceptio legitimationis personæ, asserendo & probando actorem esse minorem xviii. annis, bannitum, vel excommunicatum maiori excommunicatione, hæc etenim exceptio non contra instrumentum, vel illius executionem opponitur, sed contra personam instrumentum producentem, de qua non loquitur formula nostri pacti, Vitalis in tract.clausul.vers. clausula nulla exceptione nu.5.pag.21.& docet Bar.in d.§.& parui nu.6.vbi etiam Vipera. vers.vno modo, Meno.d.præsum.48.nu.6.cum seq.Pet.de Grego. super Bulla q.8.vers.hoc igitur Canar.in d.quæs.15. Massa in tract. ad form.cam. obligat.par.4.quæst.5.nu.3.pag.66. Straccha in d.glo.29. nu.4. Gigas
42 de pensio.quæst.fina.nu.17.cum seq. † vel siquis egerit vt hæres creditoris non docto se esse hæredem, ac creditorem esse defunctum, iuxta Cap. Ritus 8.& ibi Cumia nu.5.vbi dicit quòd mors & successio probari debet antequàm fiat executio, ob ablatiuum absolutum in d.Cap.adiectũ, cui addo Decium con.11.nu.19.Petr. de Gregor. super Bulla q.8.vers.
43 hoc igitur. † Nam licèt ex forma statuti possit creditor petere executionẽ instrumenti, & ita quoque hæres eius secundum communem opinionẽ de qua Alex.in l.postulante D.ad trebell.Crass.in §.hæreditas quæst.12. nu.5.Io.Botta con.75.nu.16.Cumia in d.Cap.nu.2.& in Cap.29.nu.1. tamen tenetur prius probare se esse hæredem, ita Suarez in l. post rem iudicatam

dicatam D.de re iudic.amplia.1.nu.10.cum sequ.Rebuff.de lit.obligat. art.3.glo.2.nu.14.Massa.in d.tract.part.2.quęst.1.num.1.pag.33.& in tit.de processu.nu.11.pag.137.Alex.con.115.in fine vol.7. Ioan.Botta consi.25.nu.34.id amplians esto quòd à parte non opponatur,Menoc.
44 con.75.nu.101.& consi.301.num.6.Idem iuris est † si quis egerit tanquàm cessionarius creditoris, qui licèt valeat petere executionem instrumenti quemadmodum poterat petere cedens ante cessionem, vt elicitur ex Cap.Ritus 29.& ibi Cumia nu.1.cum seq.vbi subdit rationes Rebuff. in d.glo.nu.18.in fine Massa in par.2.quæst.2.nu.1.pag.40. tamen hoc procedit liquidato prius se habere ius cessum, secundum Suarez in d. l. amplia.7.pag.571.Asin.de exec.§.1.cap.28.nu.14. Boer.dec.10.col.2. Alex.con.115.in fine vol.7.idem Asin.in d.§.cap.49.nu.4.& sic succes
45 siue † si alio nomine quis compareret asserendo habere ius & causam à creditore, nam ad eius instantiam nec minus executio causari poterit, etiamsi sua intersit,Cumia in Cap.6.Ritus nu.2.& 3. Iaso.in l.si vnus §. ante omnia nu.5.D.de pactis Tiraque.in tract. res int. alios acta pag.8. vers.cui confine Io.Bapt.Mart.inter cons.diuers.con.37. nu.33. vol.1. Seraphy.de priuil.iura.priuil.77.nu.61.Rebuff.in d.tractat art.1.glo.9.
46 nu.28.Alex.in d.loco Suarez in d.l.limit.2.nu.1.pag.586.†vel si opponatur aliud t de quòd non impugnat instrumentum, seu illius executionem,sed personam actoris,vtputà tu es furiosus, mente captus, mutus, surdus,filiusfamilias,de quorum inhabilitate notoriè constat,vt latè per
47 Vant.in tit.de nullit.sent.ex defectu inhab.Si autem ipse†actor compareret nomine alieno nempe tanquam procurator,tutor,curator, sindicus, & tunc poterit etiam opponi quòd non constat de procuratorio,tutela, cura,& mandato,de quibus affatim Vant.in d.tit.Straccha in d.glo. 29. nu.4.& Vtalis in d. nu. 5. Substinentur præmissa ea potissima ratione,
48 quia † hæc exceptio legitimationis personæ proculdubio admittitur pacto de non opponendo circumscripto, vt in specie voluerunt Cumia in Cap.16.Ritus nu. 53. & in similibus terminis hoc est in Bulla & Regia Prag.de cens.Pet.de Grego.ibi quæst.7.vers. primo requiritur, & in spolio priuilegiato Cumia in Cap.40.Ritus nu.236.Quæ veritica ra-
49 tio infrascriptis fundamentis fulcitur. Primo quia † in quouis iudicio ét summario, & executiuo ad iudicis officium pertinet inquirere vt actor, & reus legitimé compareant,cùm in quacunque materia non solum iuris ratio quàm personæ habilitas spectanda est,aliàs sequeretur absurdũ quòd alteri per alterum iniqua conditio inferri posset, ita ad amussim Ozas.dec.1.nu.35.& seq.Lancello.in tract.de attent.par.3.cap.24.q.2. nu.4.Meno.de recup.poss.rem.15.quæst.24.nu.273.& in tra. de præsum,lib.2.præsum,32.nu.1,Rimin.Iun.con.372.nu.6.& con.376.nu.

45. Vant.de nulli.sen.ex defectu in hab.num.3.Straccha de assecura.glo. 29.nu.4.Cumia in Cap.9.Ritus nu.17.R pa respo.196.num.11.Rota Genu.153.Alciat.con.127.nu.2.vol.5.Gratus con.140. nu.39. vol.1. fatetur communem Suarez in suis com.opin. litera I. nu.64. Menoc.d.
50 præsu.48.nu.7. † Et donec persona comparentis in iudicio non legitimetur, nullatenus procedatur in causa Mar in.par.4.distinct. vltima nu.
51 16. † quàmuis ex forma statuti sint reiectæ omnes exceptiones, quia ilthæc exceptio legitimationis non comprehenditur, & quandocunque potest opponi, Meno d.præsu.48.nu.6.Camr.de exec.instru.quæst.15. Masca.d.conc.nu.9.Gigas de pens.quæst.vltima nume.18. Iaffred.dec. 173.Cen.2.Rim n.Iun.con.403.nu.17.cum seq.Vant. de nullit. ex de-
52 fectu inhab.nu.1. cum seq. vbi ait quòd talis † defectus ex inhabilitate insurgens maximus, & potens existimatur, quàm defectus iuris in agen-
53 te.Secundo fulcitur nostra ratio, quia ilthæc † exceptio legitimationis non dicitur tangere instrumentum nec illius executionem, sed personā actoris inhabilem reddit standi in iudicio, secundum Stra ccha in d. nu. 4.Massa in 1.quæst 4.part.nu.1.& 3.fol.65.Iaffre.d.dec.Dec.in Cap.ex parte il 2.nu.12.de offic.deleg. At pactum iam dictum priuilegiat instrumentum, & illius executionem, ergo omnifariam admittenda est dicta exceptio, & ita multoties practicari vidimus, & hæc quò ad primum genus exceptionum; Circa verò aliud genus scilicet intentionis fundamen-
54 tum concernens. Primo † admittitur exceptio notoria, quia talis exceptio sub quauis exceptionum reiectione haud includitur, ex sententia Meno.in primo respo.causæ finar.nu.75.& de arb.iud. lib. 1. quæst.80. nu.79.& in tract.de præsum.lib.2.præsu.48.nu.9. Anguisso. con.153. nu.12.Seraphi.de priuil.iura.priu.l.4.nu.50.& priuil.77. nu.79. Gabr. con.149.nu.117.lib.2.Contard.in l.vni.limi.9. num.17.& 33.Co.ti de mome.posse.fuc.appella. Gigas in tract.de pensio.quæst.100.nu.21.cū cæteris cumulatis in meo Tractat.de Notorio par. 3. effectu 15.nu.
55 † Notorium enim regulis iuris minimè subiacet, neq; dispositioni quātumcunque præcisè, Paris.con. 1.nu.37.vol.1.Bursa.con.225.num.12.
56 R min.Iun.con.416.nu.29.vol.4.Contard.in d.limit.num.16.† Quod hisce axioma ita demum procedere admictimus, si notoria exceptio descendit ex eodem fonte, ex eadem causa, ac ex eisdem instrumētis quorū vigore creditor suam fundauit intentionem, Natta con.374. nu.35.vol. 2.Roma.con.42.nu.4.con.472.nu.2.& con.244.nu.5.Suarez in l.post rem iudicatam D.de re iudic.nu.51.pag.657.Mars.cons.89.num.16.& sing.7.Alex.con.95.nu.1:vers.pro hoc & con.119.nu.4.vol.1. & con. 77.nu.15.vers.tertio responde vol.3.Cumia in Cap.16. Ritus num.55. cum seq.Meno.in d.præsu.48.nu.3.21.& 23.Corn. con.291.sub litera.

H.vol.

H.vol.3.Suarez in d.fol.650.nu.8.Dec.consi.119.nu.1.vers. & similiter, speciatim Straccha in tract.de assecura.glo.29.nu.9.& in tractat.de adiecto par.4.quæst.11.num.5.Felin.in Cap.ex parte il secondo in 5.& 10.limit.de offic.deleg.Seraph.de priuil.iur.priuil.59.nu.15.Mascard. in tract.de probat.conc.8.nu.18.Galles. in tractat. ad form.came. q.1. part.4.nu.8.& 16.Ruyn.con.27.nu.5.Craue.con.211. nu.5. Didac.à Segura in l.si ex legati nu.84.D de verb.oblig.& in specie Hyero. Fimia conciuis meus con.119.col.5.& dixi in meo Tracta.de Notorio effectu iam dicto nu. quia tunc agens non ope exceptionis reo competentis à iudicio repellitur, sed ob defectum eius intentionis se ipsum excludit,
57 † cùm proponendo actionem videtur illam proponere cum exceptione intrinseca, quæ ex sui natura inest secundum præfatos. Ad cuius sen-
58 tentiæ confirmationem adstipulatur, quia stante † statuto denegante exceptiones non censentur denegatæ exceptiones ex facie eiusdem statuti prouenientes, Meno.in d.præsum.nu.3.& 4. Alex. con.60. nu.9.vol. 2.Ruin.con.138.nu.10.vol.5.Roma.con.472.nu.2.Dec.con.239.nu. 9.Rimin.Sen.con.245.nu.18.lib.2.& Rimi.Iun.con.19.nu.78.& con.
59 195.nu.30.& con.468.num.29.Item dicta † exceptio tanquam oriens ex eodem instrumento dicitur pariter priuilegiata quemadmodū actio, Bal.in l.ex prediis nu.2.Co. de euict. Vnde pro elucidatione nostræ sen-
